

884480



UAN

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECA



OGIC

BX1750

.C23

1784-90

v.3

c.1

INSTITVTIONES THEOLOGICAE
IN VSVM TYRONVM

ADORNATAE

A F. AVGVSTINO CABADÉS MAGI

REGII ORDINIS B. MARIAE V. DE MERCEDE,

Redemptionis Captiuorum, in Valentina Academia Sacrae

Theologiae Doctore, Professore, ac Censore.

TOMVS III.



SVPERIORVM PERMISSV.

46440

VALENTIAE: IN OFFICINA BENEDICTI MONFORT,

M. DCC. LXXVII.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

821750
.C23
1784
v.3



1080044469

Non cum vulgi imperitia certamus, sed eos instituimus, qui verae, germanaeque Theologiae solidam, et expressam effigiem tenere cupiunt, nec fugientes umbras persequi.

Cl. Melchior Camus Lib. VII. cap. 3. concl. 4.

FONDO BIBLIOTECA PÚBLICA
DEL ESTADO DE NUEVO LEÓN

132753

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
CAPILLA ALFONSO DE ARAGÓN BIBLIOTECA UNIVERSITARIA
MICROFILMADO Folio-9

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

INDEX

INSTITVTIONVM THEOLOGICARVM.

PARS ALTERA

De Deo quia rerum est principium et finis.

LIBER V.

Qui diuinam gratiam hominis infirmitatem adiuuantem considerat.

- CAP. I. *V*ocabuli gratiae multiplex acceptio. Varias item gratiae diuisiones. Pag. 2.
- CAP. II. *V*ndenam diuinam gratiae efficaciam repetenda sit. 11.
- CAP. III. *M*olinianae doctrinae originem ac vicissitudines summatim tradit. Eiusdem capita praecipua explodit. Congruistis occurrit. 19.
- CAP. IV. *D*issidium inter Augustini et Thomae Commentatores in assignanda efficaci gratiae natura proponitur. Illud nominis, non rei esse certo certius suadet. Mens utriusque Doctoris ex ipsis declaratur. 31.
- CAP. V. *C*atholicum dogma erga gratiae actualis necessitatem in genere sustinet. 39.
- CAP. VI. *H*aeresis Pelagianae Auctores, Factoresque recensentur. Varii illius status designantur. 43.
- CAP. VII. *D*e eodem argumento: deque haeresis Semipelagianae initium, atque progressu. 51.
- CAP. VIII. *J*oan. Chrysostomum a Semipelagianismo vindicat. 60.
- CAP. IX. *D*e aliorum virorum, Sanctorum etiam, doctrina, semotis praediuicium, fertur iudicium. 65.
- CAP. X. *Q*uae Apologistae nonnulli concinnant ut sanctos viros a Semipelagianismi laebe purgent, imbecilla ostenduntur. 71.
- CAP. XI. *G*ratiae necessitas ad fidei initium contra Semipelagianos data opera demonstratur. 80.
- CAP. XII. *A*rgumentis Semipelagianorum satisficit. Eorundem error distinctius adaperitur. 83.
- CAP. XIII. *N*ecessitatem gratiae Christi-

Christi ad veri cognitionem scrutatur. 90.

CAP. XIV. Objectionibus in contrarium breuiter satisfi. 94.

CAP. XV. De gratiae necessitate ad opera moraliter bona. 97.

CAP. XVI. Gregorii Ariminensis argumenta diluuntur. 103.

CAP. XVII. An, et quae ad diligendum Deum, et naturae

auctorem; ad legis praecepta obseruanda; ad uitandum peccatum, et tentationes vincendas necessariae sit gratia. 110.

CAP. XVIII. Qui nobis aduersentur pauis adaperitur. Singulorum momentis deinde occurritur. 118.

CAP. XIX. Venialium peccatorum deitacionem, finalem item perstuerantiam ex gratia

esse probat. 129.

CAP. XX. Obiectiones in contrarium soluantur. Haereticorum prius errore detecto. 134.

CAP. XXI. De dispositione ad gratiam breuiter disputatur. Vulgatum illud axioma, facienti quod est in se Deus non denegat gratiam, exponitur. 138.

CAP. XXII. Scholia Doctor contraria sententia refertur, eiusdemque momenti fit satis. 140.

CAP. XXIII. Liberi hominis arbitrium catholice firmat: eiusdem essentiam determinat. 150.

CAP. XXIV. Nouatorum peruersa dogmata, circa hominis libertatem referuntur: eorundem obiecta soluantur. 150.

LIBER VI.

Diuinae gratiae effectus considerat.

CAP. I. Praecipuum gratiae effectum, videlicet sanctitatis ornatum, designat, atque tuetur. 161.

CAP. II. Lutheri error describitur. Eundem sequutum fuisse Caluinum notatur. Argumenta soluantur. 165.

CAP. III. Quomodo aucti ad iustificationem disponantur.

Sensus Apostoli, hominem gratis et per fidem iustificari affirmatis, datur. 169.

CAP. IV. Error haereticorum declaratur. Eorundem dissidium obiter notatur. Argumenta diluuntur. 174.

CAP. V. Meritum bonorum operum considerat. Tum de conditionibus operis meritum tollit.

quitur. 181.

CAP. VI. Impium haereticorum circa meritum bonorum operum doctrinam refert, ac confutat; et momenta, quae illam munire satagunt, diluit. 188.

CAP. VII. De iustificatione impij de nouo loquitur, et alios Nouatorum errores oppugnet. 194.

CAP. VIII. Impia Nouatorum mens detegitur. Quae obiectant diluuntur. 197.

LIBER VII.

Qui de legibus mores humanos dirigentibus agit.

CAP. I. Legis vocabulum exponitur. Multiplex etiam legum partitio datur. 204.

CAP. II. De lege aeterna pertractat, atque ab ea omnes deriuari ostendit. 206.

CAP. III. Iuris naturae primaei existentiam, essentiam, ac praecepta, demonstrat, considerat, designat. 212.

CAP. IV. Naturalem legem neutiquam posse immutari resoluuntur, ac euincitur. 217.

CAP. V. Scoti discipulorum argumenta soluantur. Eorum etiam qui Romano Pontifici indulgent. 220.

CAP. VI. Quem auctorem lex vetus

habeuerit cuius etiam utilitatis et perfectionis fuerit illa. 227.

CAP. VII. De sententijs contrapugnantibus: nefaria praesertim Manichaeorum, et Marcionitarum. Vbi eorundem momenta dissoluantur. 231.

CAP. VIII. De legislatrice humana facultate, eiusque vi. 243.

CAP. IX. Haereticorum conatus prodit et frangit. 246.

CAP. X. De lege noua, seu euangelica, disputat. 253.

CAP. XI. Haereticorum falsa dogmata dispelluntur. 258.

CAP. XII. De legum diuinarum fine, praemio, et poena. 263.

LIBER VIII.

De humanis officiis agit : atque singulorum naturam designat.

- CAP. I. *Quid humanum officium sit definit : an ex parte matris, aut probitatis.* 268.
- CAP. II. *Discipulorum Scoti, aliorumque his adhaerentium argumenta solvantur.* 275.
- CAP. III. *De certa humanorum officiorum specie disserit, scilicet peccato : eius naturam, atque nequitiam exhibet. Scholae morem gerens.* 282.
- CAP. IV. *Dissentientium Theologorum, eorum etiam, qui Sancti Thomae nomine gloriantur, momenta expendit : Manichaeorum ante erroris relato.* 287.
- CAP. V. *Num grauia omnia peccata paria sint. An dentur etiam peccata natura sua venialia.* 294.
- CAP. VI. *Contra haec catholica dogmata pugnantes errores adducit. Eorundem momenta infirma demonstrat.* 298.
- CAP. VII. *Quaedam resoluit, quae pro pleniori peccatorum notitia faciunt.* 305.
- CAP. VIII. *De altero hominis officio, cui virtutis nomen datur, disputat. Quid illud sit; quotuplex etiam, resoluit.* 317.
- CAP. IX. *Theologorum contra sententiarum argumenta diluit.* 319.

LIBER IX.

Qui de theologis virtutibus ex instituto pettractat.

- CAP. I. *Quid fides sit : cuius insuper necessitatis ad salutem, resoluit.* 323.
- CAP. II. *Quaestionem de fidei resolutione, ac analysi, ad quam haeretici nos inuitos prouocant, resoluit, ac firmat.* 331.
- CAP. III. *Errores his Ecclesiae dogmatibus contrarii recensentur : auctorum nomine dati; eorundem cauilla diluntur.* 338.
- CAP. IV. *Externum fidei actum, seu confessionem, considerat. Quid erga hunc liceat, necne,*

- ne, resoluit. De Sinensium ritibus ad calcem loquitur.* 348.
- CAP. V. *Haeticorum irritos conatus demonstrat.* 354.
- CAP. VI. *Num infideles, atque haeretici compellendi ad fidem sint.* 364.
- CAP. VII. *Contraria his adsertionibus momenta adducit, et diluit.* 371.
- CAP. VIII. *De spe fidelium, eiusdemque necessitate, ac certitudine.* 376.
- CAP. IX. *Momenta cum adductis pugnancia soluantur : ea praesertim quae Pseudo-reformati proferunt.* 383.
- CAP. X. *De praecipuo hominis officio, scilicet dilectione Dei, et hominum, quod charitas dicitur.* 388.
- CAP. XI. *Eos, qui contra opinati sunt, designat; eorumque momentis occurrit. Quaedam insuper inde insert.* 395.
- CAP. XII. *Charitatis excellent. praeter aliis virtutibus contra sectarios tuctur. Damnatum quietismum reprobatur : una et purum amorem.* 408.
- CAP. XIII. *Errores contrarios una et auctorum nomina adducit. Momenta, quibus ea firmare student, destruit.* 412.

LIBER X.

Potissimam humanorum officiorum regulam, Conscientiam scilicet, declarat.

- CAP. I. *Conscientiae notionem exhibet. Grauiissimam de opinione probabilis quaestionem resoluit.* 418.
- CAP. II. *Probabilistarum argumentationes expenduntur. Variarum ex Probabilismo ductarum consequentium reuocantur.* 430.

Erratula, quae irrepsērunt, leuiora sunt, quam ut nos-
tram in corrigendo diligentiam desiderēt, aut laborem. Il-
la prudens Lector quamfacile deprehendet, emendabitque.



INSTITVTION. THEOLOGICAR.
PARS ALTERA

DE DEO QVIA RERVM EST PRINCIPIVM
AC FINIS.

LIBER V.

QVI DIVINAM GRATIAM HOMINIS
infirmitatem adiuuantem considerat.

CAPVT I.

*Vocabuli gratiae multiplex acceptio. Varias item
gratiae diuisiones.*


Intelligitur gratiae nomine ex parte Dei, ipsius liberalitas,
ac misericordia, seu omnino quaecumque gratuita, et
benefica Dei operatio. De hac gratia dicitur accipitur
illud Archangeli ad B. Virginem: «Inuenisti gratiam
»apud Deum«. Quae deinde loquendi phrasis frequens
est in Scripturis sacris, ut Gen. 6. vbi dicitur: «Noe vero inuenit
»gratiam coram Domino»: Et Exod. 33. Domino loquente ad Mo-
sem: «Inuenisti gratiam coram me.»

Tom. III.

A

Hanc

Erratula, quae irrepsērunt, leuiora sunt, quam ut nos-
tram in corrigendo diligentiam desiderēt, aut laborem. Il-
la prudens Lector quamfacile deprehendet, emendabitque.



INSTITVTION. THEOLOGICAR.
PARS ALTERA

DE DEO QVIA RERVM EST PRINCIPIVM
AC FINIS.

LIBER V.

QVI DIVINAM GRATIAM HOMINIS
infirmitatem adiuuantem considerat.

CAPVT I.

*Vocabuli gratiae multiplex acceptio. Varias item
gratiae diuisiones.*

Intelligitur gratiae nomine ex parte Dei, ipsius liberalitas,
ac misericordia, seu omnino quaecumque gratuita, et
benefica Dei operatio. De hac gratia dicitur accipitur
illud Archangeli ad B. Virginem: «Inuenisti gratiam
»apud Deum«. Quae deinde loquendi phrasis frequens
est in Scripturis sacris, ut Gen. 6. vbi dicitur: «Noe vero inuenit
»gratiam coram Domino»: Et Exod. 33. Domino loquente ad Mo-
sem: «Inuenisti gratiam coram me.»

Tom. III.

A

Hanc

Hanc gratiam alibi Scripturae misericordiam, et bonitatem, et beneplacitum Dei, et bonam voluntatem, aut voluntatem simpliciter appellant; ut Psalm. 93. dum dicitur: «Misericordia tua Domine adiuuabat me». Ecclest. etiam 1. «Misericordia Domini super omnem carnem». Et Psalmis 149. 5. et 50. «Beneplacitum est Domino in populo suo: Scuto bonae voluntatis tuae coronasti nos: «Beneplacitum est Domino in bona voluntate tua Sion». Et tandem ad Philip. II. «Deus operatur in nobis et velle et perficere pro bona voluntate».

Loquitur et hoc sensu Augustinus (1) quum dicit, gratiam praecedere voluntatem hominis; quatenus nempe prior est Dei voluntas, qua homini bene vult, quam voluntas hominis accipiens Dei beneficium, iuxta illud Psalm. 58. «Misericordia eius prauehiet me». Sic in Concilio Arausicano u. can. 3. dicitur, Gratiam Dei facere, vt Deus inuocetur a nobis.

Neque inusitata est haec gratiae acceptio apud Scholasticos: Dicit etenim S. Thomas (2), quod quamuis communiter loquentes vntur hi Theologi Gratiae nomine ad donum supernaturale iustificans designandum; generalius tamen Gratiam intelligi posse misericordiam Dei, per quam interius motum mentis operatur, et exteriora ordinat ad hominis salutem. De ea insuper scribit (3): «Gratia Dei causat bonitatem in homine grato, eo quod bona voluntas Dei, quae nomine gratiae intelligitur, est causa omnis boni creati».

Ceterum ex parte nostra Gratiae nomine generaliter intelliguntur quaecumque gratuita Dei beneficia; siue id omne quod gratiose nobis a Deo conceditur; vel naturale illud sit, vel naturae terminos excedat. Hac generali significatione Gratiae imago Dei, ad quam conditus est homo, quaeque post peccatum in eo remansit, interdum Gratia vocatur a Patribus, nominatim ab Epiphanio (4). Ita quoque Gratiae nomen vsurpat S. Thomas (5), quum docet in omni opere Dei tam naturali; quam supernaturali, rationem gratiae, simul et iustitiae cuiusdam reperiri; vt verum illud semper sit: «Vniuersae viae Domini misericordia et veritas». Quamuis enim voluntate creaturas insituenti in Deo praesupposita, quamdam iustitiae, ac debiti rationem habeat, quod eas faciat iuxta conditiones, proprie-

(1) Epist. 100. alias 186.

(3) III. p. q. 86. art. 2.

(2) Quaest. 24. de Veritate art. 14.

(4) Epist. ad Ioh. Episc. Hierosol.

(5) I. p. q. 21. art. 4.

tatesque vniuersusque naturae conuenientes, gratuiti tamen beneficii est, proindeque Dei misericordiae quod creaturas ex nihilo producat.

Similiter nomen gratiae vsurparunt Graeci plerique; ipsa etiam VI. Synodus Oecumenica (1), quum docuit Angelos esse immortales per gratiam.

Atque sub hac generali gratiae significatione haeresim suam occultare, et Catholicis illudere Pelagius conatus est: imo vt Augustinus adnotat (2) Concilli Palestini Patres fefellit. Dicebat enim se gratiam Dei non negare, sed id vnum asserere, vt qui eam in natura, mente, libero arbitrio, tamquam gratuitis beneficiis homini collatis agnosceret. Vnde Augustinus eundem Pelagium sic loquentem inducit: (3) «Hoc ipso quia liberum arbitrium hominis defendo, et dico, quia liberum arbitrium sufficiens est, vt iustus sim, non sine gratia Dei». Sed Augustino ipso interrogante: «Expone ergo nobis, o Doctor, quam gratiam? Responder: «Quum dico....liberum hominis arbitrium; vide quia hominis dico. «Quid deinde? «Hominem quis creauit? Deus. «Si ergo hominem Deus creauit, et homini Deus liberum donauit arbitrium, quidquid potest homo de libero arbitrio, cuius gratiae debetur, nisi eius, qui eum condidit cum libero arbitrio? At in hoc Pelagius non errauit: Reuera enim poterant ea omnia sub gratiae Dei nomine comprehendere quemadmodum ipse Augustinus approbare videtur, dum scribit (4): «Quadam non improbanda ratione dicitur gratia Dei, qua creati sumus, vt non nihil essemus; nec ita essemus aliquid, vt cadauer, quod non viuere, aut arbor, quae non sentit, aut pecus, quod non intelligit; sed homines, qui et essemus, et viuere, et sentire, et intelligere: et de hoc tanto beneficio creatori nostro gratias agere valeamus: vnde merito et ista gratia dici potest; quia non praecedentium aliquorum bonorum operum merito, sed gratuita Dei bonitate donata est».

Verum illud in Pelagio damnatum, quod huius generalis gratiae commemoratione eam gratiam obscurare, imo et tollere vellet, qua Christiani sumus, et quam Doctores Catholici Scripturam sacram sequuti contra naturam distinguunt.

Porro specialiter, et quidem frequentissime in Scripturis, noui

A 2

prae-

(1) Act. II. (2) Epist. 95. alias 177.

XXXVI. cap. 7.

(3) Serm. II. de Verb. Apost. alias

(4) Epist. laudata.

praesertim Testamenti, significatur nomine gratiae donum, seu beneficium supernaturale ordinatum ad salutem, quae est per Christum, et ad vitam aeternam; siue illud in habitu, siue in actu consistat; siue internam sit, siue externam. Hoc modo accepta gratia adhuc bifariam diuiditur; prout scilicet Dei beneficia ad hocce genus spectantia in duplici sunt differentia; quemadmodum S. Thomas docet. (1) Quaedam enim sunt eiusmodi, quae per se ad salutem, et iustitiam eius in quo sunt non conducunt; per ea tamen unus alteri cooperatur ad hoc ut in Deum reducat. Haec a Theologis vocatur gratia gratis data: Cuiusmodi sunt gratia sanitarum, genera linguarum, donum prophetiae, discretio Spirituum, et his similia. De quibus Paulus I. ad Corinth. xii. scribens: «Divisiones gratiarum sunt.» Et infra: «Vnicuique datur manifestatio Spiritus ad utilitatem», scilicet aliorum, «Alii quidem per Spiritum datur sermo sapientiae», etc. Et Petrus I. Epist. 4. «Vnusquisque sicut accepit gratiam in alterutrum illam administrans», etc. Alia vero sunt quibus homo ad iustitiam et salutem consequendam misericorditer reparatur a Deo: Quae nimirum cuncta ad eam pertinent gratiam, quam Theologi gratum facientem ideo vocant, quoniam nedum gratis data est, quod habet cum aliis commune, sed et gratum ac Deo amicum hominem facit: vel vt Apostolus loquitur ad Eph. I. per eam Deus nos gratificat; seu gratos, et acceptos sibi habet. Quamuis enim non omnia Dei beneficia, quae ad hoc diuisionis membrum referuntur, eiusmodi sint, vt hominem statim in Dei amicitia constituent; eo tamen diliguntur omnia, ut hominem Deo reconcilient, et ad aeternam perfectamque Dei amicitiam tandem perducant: etiam ipsa perfecta amicitia in illis comprehensa, una cum omnibus vitae aeternae bonis. Sunt in hoc genere fides, spes, bona voluntas; imo quaecumque fidei, spei, ac bonae voluntatis initium, poenitentia quoque, remissio peccatorum, charitas, iustitia, bona opera, virtutes, earumque augmenta, persecrantia, ac denique vita aeterna; ad quam tamquam consummatam gratiam, de qua ad Rom. vi. scriptum est: «Gratia Dei vita aeterna», priora omnia Dei beneficia destinantur.

Igitur quaecumque ad hoc posterius genus pertinent Dei beneficia, appellatione gratiae Christi designantur; siue, ut alibi Paulus loquitur, gratiae Dei per Iesum Christum; siue qua gratificat nos in dilecto: id est eius gratiae, de qua potissimum a Catholicis Pa-

(1) Prim. 2. q. III. art. 1.

tribus contra Pelagium disputatum est. Neque enim Patres eo nomine habitualement, et sanctificantem gratiam solum intellexerunt; sed etiam fidem, et cetera ad iustitiam conducentia. Sic de gratia Christi loquuntur Concilia, Mileuitanum, Arausicanum n. Tridentinum: sic Augustinus, Hieronymus, Prosper: Sic Pontifices Innocentius I. Zosimus, Caelestinus, et alii.

Porro quae prioris sunt generis beneficia, quia per se non ad hoc dantur vt illi, quibus dantur, per ea Deo gratificentur, non sunt certe inter beneficia gratiae Christi numeranda, nisi quatenus ad salutem, vel initium aliquod salutis aliorum efficaciter ordinantur. Nam gratia Christi non est sine aliquo saltem verae iustitiae et salutis initio.

Ex his itaque patet, ad Christi gratiam secundum se non pertinere quantumcumque magnam diuinae legis, ac mysteriorum scientiam; vt quae a bona voluntate penitus seiuncta esse potest. Quare nec Pelagius quando progressu temporis, quasi vasa gratiae tribuens, in lege et doctrina Dei gratiam constituit, ad veram gratiae Christi agnitionem peruenit; neque ea gratiae confessione Patribus satisfacere potuit.

At neque possibilitas obseruandi mandata Dei pars est gratiae Christi; siue ea possibilitas intelligatur, quae omnibus adest, etiam infidelibus, quatenus in via adhuc constituti possunt ad veram fidem, et iustitiam perduci; siue ea, qua quis praee aliis posse dicitur propter specialia quaedam adminicula naturae, vel etiam gratiae gratis datae; qualis est doctrina, et legis cognitio, vel omnino anfor percipiendae veritatis; siue denique eam possibilitatem intelligamus, qua quis dicitur posse propter excitationes quasdam internas, quibus tamen nondum in homine fiat, vt velit, aut velle incipiat. Atque huius est ratio manifesta; quoniam omnis huiusmodi possibilitas ab acto separata esse potest, ac proinde absque initio bonae voluntatis, et iustitiae consistere; sine quo tamen initio non consistit quae proprie vocatur Christi gratia, vt Augustinus docet (1).

Postremo neque seruilis timor sub hac gratia continetur. Etenim Christi gratia vna eademque est cum gratia noui testamenti; timor autem seruilis effectus est veteris legis, atque ad vetus spectat testamentum. Nam timor ille manum quidem coarctat a perpetracione, sed voluntatem non semper excludit. Vnde nec Adam post peccatum, quando audita voce Domini timuit; neque filii Israel quando mag-

(1) De Nat. et Grat. cap. 42.

no cum timore legem Dei sibi promulgari audierunt, per huiusmodi timorem, qui tantum seruilis erat, gratiae Christi participes facti fuerunt; sed tantum cuiusdam beneficii diuini per legem praestiti, de quo Paulus ad Rom. 8. dum ait: «Non accepistis spiritum seruitutis iterum in timore». Neque enim omnia Dei beneficia conferuntur hominibus per Christum; sed ea sola, quae proprie et per se conducunt ad salutem vitae aeternae, ut loquitur Concilium Arausicanum II. can. 7.

Qui vero plenius cognoscere uolet in quo proprie consistat gratia Christi, et quae Dei beneficia ad eam sint referenda, Augustinum consulat gratiae huius strenuissimum vindicem, eiusdemque Doctorem praestantissimum (1). Potissimum ubi de Christi gratia data opera disserit (2). Quo postremo loco contra Pelagium docet, ad Dei gratiam proprie non pertinere possibilitatem boni operis, sed ipsam bonam voluntatem, et bonam actionem.

Ergo sumta gratia hoc loco pro beneficio nobis diuina liberalitate collato, non quod ad naturam attinet, vel illius proprietates, sed quod pertinet ad supernaturalem beatitudinem, actualis audit, atque ad habitalem comparatur sicut motus ad terminum. Haec principio in gratiam gratis datam, et gratum facientem partitur, ut ex dictis constat. Rursum partitur in praeuientem, et subsequenter. Est prima, qua Deus in nobis priorem motum, aut bonam operationem efficit: secunda est, quae priorem illum motum subsequitur, ut homo opus salutem perficiat. Hanc diuisionem exponit S. Thomas per ordinem ad effectus priores, et posteriores (3). Sunt enim quinque gratiae effectus in nobis, quorum primus est, ut sanetur anima; secundus, ut bonum uelit; tertius, ut bonum quod uult, efficaciter operetur; quartus, ut in bono perseueret; quintus tandem, ut ad gloriam perueniat. Itaque gratia quatenus in nobis primum causat effectum, uocatur praeueniens respectu secundi effectus, et prout causat secundum uocatur subsequens respectu primi; et sic de aliis. De gratia praeueniens ait Psalmista Psalm. 58. «Misericordia tua Domine praeueniet me». Augustinus (4): «Ut incipiamus, dictum est, misericordia tua praeueniet me». Et Concilium Tridentinum, (5) «Si quis dixerit sine praeueniens Spiritus Sancti inspiratione, ar-

(1) De Grat. et lib. arb. capp. 13. et 14. et alibi passim.

(2) De Grat. Christi potissimum capp. 41. 42. et 47.

(3) Prim. 2. q. cxi. art. 3.

(4) Lib. II. ad Bonif. cap. 9.

(5) Sess. VI. can. 3.

que eius adiutorio hominem credere, sperare, diligere, aut poenitere posse, sicut oportet, ut ei gratia iustificationis conferatur, anathema sit.

De gratia uero subsequente idem Psalmista dicit Psalm. 22. «Et misericordia tua subsequetur me». Augustinus ubi supra: «Ut perficiamus, dictum est, misericordia eius subsequetur me». De ueraque Ecclesia orans dicit: «Tua nos quaesumus Domine gratia praeueniat, et subsequatur, ac bonis operibus iugiter praestet esse intentos».

Hinc aliae gratiae diuisiones, quae parum ab ista discrepant. Etenim gratia praeueniens, quatenus operatur in nobis primam bonam uoluntatem, dicitur gratia operans; et gratia subsequens, per quam bona desideria complentur, dicitur gratia cooperans. Habet autem haec diuisio ualidissimum in Scripturis, Conciliis, ac Patribus fundamentum. Nam Scripturae duo gratiae tribuunt; primum, quod operatur aliquid in nobis, operationem nostram praeueniendo, ut legimus Act. xvi. ubi dicitur: «Aperuit cor Lydiae purpurariae intendere his, quae dicebantur a Paulo». Secundum, quod nobiscum iam operantibus cooperetur, iuxta illud i. ad Corinth. «Non ego, sed gratia Dei mecum». Item Concilium Arausicanum II. can. 9. «Quoties, inquit, bona agimus, Deus in nobis, atque nobiscum operatur». Quibus uerbis utraque gratia operans scilicet, et cooperans designatur. Similiter Augustinus, a quo Theologi hanc sumere diuisionem, scribit (1): «Cooperando Deus in nobis perficit, quod operando inchoat: quia ipse ut uelimus operatur incipiens, qui uolentibus cooperatur perficiens..... ut ergo uelimus, sine nobis operatur; quum autem uolumus, et sic uolumus ut faciamus, nobiscum cooperatur». Et Gregorius Magnus (2): «Superna pietas, ait, prius agit in nobis aliquid sine nobis, ut subsequente nostro libero arbitrio, bonum quod appetimus agat nobiscum».

Sic autem diuisionem istam S. Thomas explicat (3). Operatio alicuius effectus non mobili, sed mouenti tribuitur: Ergo in illo effectui, in quo mens nostra mota est, minime mouens, Deo operatio tribuitur, et secundum hoc dicitur gratia operans. In illo uero effectui, in quo mens nostra et mouet, et mouetur, operatio non

(1) Lib. de Grat. et lib. arb. cap. 17.

(2) Lib. XVI. Moral. cap. 10.

(3) Ubi supra art. 2.

solum Deo, sed etiam animae tribuitur, et secundum hoc dicitur gratia cooperans.

Insuper eadem est cum gratia praeueniente, et solo nomine differt, gratia excitans, et cum subsequente gratia adiuuans. Gratia enim praeueniens, quatenus animum peccati somno oppressum ad poenitentiam excitat, gratia excitans dicitur; atque, quatenus iam excitatos, et de nolentibus volentes factos, ad perficiendum quod volebamus adiuuat, gratia adiuuans vocatur. Sunt haec gratiarum nomina apud Augustinum frequentissima: occurrunt quoque in Concilio Arausicano, Canonibus 3. 4. 5. et 6. Tridentinum vero sic loquitur (1): «Declarat praeterea ipsius iustificationis exordium in adultis a Dei per Christum Iesum praeueniente gratia sumendum esse, hoc est, ab eius uocatione, qua nullis eorum existentibus meritis vocantur, ut qui per peccata a Deo auersi erant, per eius excitantem, atque adiuuantem gratiam ad conuertendum se ad suam ipsorum iustificationem, eidem gratiae libere assentiendo, et cooperando disponantur.»

Habet praeterea partitionis gratiae quamdam speciem, quam Patres interdum gratiam vocant *ducem* et *comitem* voluntatis; quoniam ipsa nimirum et voluntatem ducat, et comitetur. Quam utramque etiam Ecclesia nobis significat in oratione secreta propter agentibus, dum Deum praecatur, ut viam illorum, et praecedente gratia sua dirigat, et subsequente comitari dignetur. Sic et Augustinus loquitur (2), gratiam praeuenientem, comitantem et subsequentem distinguens. Sed hac diuisione inducta nihil aliud significare Patres voluere, quam quod gratia, et operandi causa voluntati sit, et nihilominus voluntati operanti simul cooperetur; adeo ut priore quidem ratione dux, seu ducens gratia vocetur; posteriore autem comes, seu concomitans. Qua expositione habetur hanc gratiae diuisionem fere eandem esse cum memoratis. Habetur etiam nihil suffragari diuisionem istam falsae quorundam opinioni, qui voluntatem in bono opere, vel aliqua eius parte ducem gratiae esse volunt, quasi nimirum gratia a ductu, et consensu voluntatis dependeat, et non potius ipsa hunc consensum in voluntate efficaciter operetur.

Sunt et aliae quaedam gratiae diuisiones superioribus non distantes, quas, quum ex Scripturis, tum ex Patribus, et Ecclesiae orationibus facile est colligere. Potest itaque diuidi gratia in aspirantem, siue

(1) Sess. VI. cap. 5.

(2) Epist. 56. ad Dioscorum; alias 118.

siue inspirantem, et prosequentem. Quam diuisionem nobis indicat oratio Ecclesiae, qua petit, ut Deus actiones nostras aspirando praeueniat, et adiuuando prosequatur: altera etiam, qua sic orat in die Paschatis: «vota nostra, quae praeueniendo aspiras, etiam adiuuando prosequere.» Cuiusmodi verba leguntur quoque apud Gregorium. (1) Ex quibus intelligitur, aspirantem gratiam eandem esse cum praeueniente, et prosequentem cum subsequente, et adiuuante. Quocirca aspirans gratia, siue inspirans, non est constituenda in sola interna boni suggestionem quoad intellectum, etiamsi voluntas nullo modo mutetur, aut efficiatur per consensum, complacentiam, aut desiderium boni; sed eam significat, siue aspirationem, siue inspirationem, quae voluntatem efficaciter afficiat, operando in ea saltem desiderium aliquod, et initium boni. Hoc sensu de gratia inspirante loquitur Arausicanum Concilium dum Can. v. docet: «Per gratiae donum, id est, per inspirationem Spiritus Sancti corrigi voluntatem nostram ab infidelitate ad fidem, et ab impietate ad pietatem.» Ex Can. vi. «Per inspirationem Spiritus Sancti fieri in nobis ut credamus, velimus, desideremus, &c. Et Can. vii. «Neminem posse bonum aliquid ad salutem perficiens cogitare, ut expedit, aut eligere, neque euangelicae praedicationi posse consentire absque inspiratione Spiritus Sancti.» Et Can. ultimo: «Deum nobis, et fidem, et amorem sui inspirare.» Quae omnia abunde ostendunt gratiam inspirantem intelligendam esse respectu voluntatis efficaciter motae. Vnde idem Concilium Can. iv. vocat operationem Spiritus Sancti, quam in sequentibus nominat inspirationem; ut hinc etiam intelligatur inspirantem, siue aspirantem gratiam eandem esse cum gratia operante.

Diuidi insuper gratia potest in inchoantem, et perficientem, siue finientem, atque consummantem. Significatur haec diuisio illa orationis Ecclesiae parte: «Ut cuncta nostra oratio, et operatio, a te semper incipiat, et per te coepta finiatur.» Sed haec quoque diuisio incidit eum praecedentibus: nam gratia inchoans eadem est cum operante, et praeueniente; perficiens autem fere eadem cum cooperante, et subsequente; hoc solum discrimine, quod ista sonat operis consummationem vsque in finem, illae vero tantum prosecutionem.

Praeterea passim observare est et alias differentias gratiae, sed
Tom. III. B quae

(1) Hom. ix. super Ezequielem.

quae facile reducuntur ad membra superiorum diuisionum. Siquidem ad gratiam operantem et praeuientem pertinet gratia conuertens, de qua Hieremiae xxxi: gratia vocans, de qua Apostolus ad Rom. vii: gratia trahens, quam Christus ipse commendat Iohannis vi: gratia compellens, quam agnoscit Ecclesia Deum orans, vt nostras etiam rebelles ad se compellat voluntates. Ad gratiam item cooperantem, et subsequentem pertinet gratia dirigens, et gubernans, confortans, et confirmans, conseruans, et custodiens, protegens, municiens, atque defendens.

Porro aliae quaedam differentiae, ut sunt gratia liberans, reconcilians, purificans, sanctificans, viuificans, iustificans, saluans, glorificans, partim spectant ad gratiam remissionis peccatorum, partim ad gratiam habitualem, partim ad gratiam coelestis gloriae. Denique quot sunt in nobis salutaria bona, tot gratiae Dei dona recensentur; quum omne nostrum bonum Dei donum sit.

Omnibus vero gratiae diuisionibus hucusque traditis celebrior euasit postremis hisce saeculis gratiae actualis diuisio in sufficientem et efficacem. Qui Moliniani audiunt sufficientem gratiam appellant, quae voluntati dat posse, et nullum effectum producit nisi ab humana voluntate determinetur; determinatur tamen, et quidem sine gratia alia operationis, quae tribuat etiam velle. Atque hanc gratiam, si conferatur in aliquibus circumstantiis, in quibus positi sequimur vocantem, appellant hi Theologi gratiam congruam. Ita post Molinam qui eius premunt vestigia efficacem reipsa gratiam de medio sustulere. At, qui ex SS. Augustini et Thomae discipulis sufficientis gratiae nomen, antiquis ignotum, aptarunt, longe illi diuerso a Moliniani sensu id fecerunt. Admittunt itaque hi pro hoc infirmitatis statu necessarium auxilium ab intrinseco efficacem: sed admittunt etiam gratiam sufficientem; quam dicunt dare, posse non velle, aut velle quoque, sed adeo inualidum, ut robustiori indigeat gratia vt in opus exeat. Posteriorem hanc gratiam sufficientem additam, et superuenientem, efficacem Theologi isti vocant, quae cum effectu semper coniungitur.

CAPVT II.

Vndenam diuinae gratiae efficacia repetenda sit.

Dei gratia seipsa efficax est.

Hoc Scholae nostrae dogma testantur Scripturae. Ezequielis enim xxxvi. de gratia, quae per Christum confertur iis, qui ab Idololatria resipiscunt, implentque praecepta Domini, dicitur: » Dabo vobis cor nouum, et spiritum nouum ponam in medio vestri: et auferam cor lapideum de carne vestra, et dabo vobis cor carneum. » Et spiritum meum ponam in medio vestri: et faciam vt in praeceptis meis ambuletis, et iudicia mea custodiatis, et operemini. « Quibus sane verbis nobis promittitur gratia specialis, victrix, et ab intrinseco efficacem: nulla enim hic mentio fit, aut humani consensus, aut conditionis alicuius extrinsecae. Immo non praedicat Ibi Deus promissionis filios diuinis obtemperaturos mandatis, sed promittit se facturum vt diuinis mandatis obtemperent. At quod Deus promittit, non ex potestate liberi arbitrii, sed ex firmitate saroque diuinae voluntatis decreto cum rei euentu connectitur.

Neque vero possunt Ezequielis verba hoc tantum sensu explicari, quod in noua lege plures quam in veteri ambulent in viis Domini. Etenim quamuis noua lex amplior sit, et a pluribus obseruetur; non in eo a veteri differt, quod per se plures, vel pauciores sint legis obseruatores, quando quidem iustitia non est ex lege, neque ad perfectionem lex adducit; sed quoniam in lege noua Deus in pluribus auferit cor lapideum, largitur spiritum nouum, et facit ut faciamus.

Huic Ezequielis loco sunt similia illa, in quibus legitur Deum inclinare, et trahere corda hominum, operari in eis bonam voluntatem, filios Dei agi Spiritu Sancto, aliaque id genus. Sunt autem haec: Iob xii. » Qui immutat cor principum populi terrae. « Ioh. vi. » Nemo potest venire ad me, nisi Pater qui misit me traxerit eum. « Ad Philip. ii. » Cum metu et tremore vestram salutem operamini. Deus est enim qui operatur in vobis velle, et perficere pro bona voluntate. « Et ad Rom. viii. » Quicumque enim Spiritu Dei aguntur, ii sunt filii Dei. «

Quae quidem incassum effugere Aduersarii tentant, reponentes hoc tantum sensu Deum inclinare, trahere, et operari in nobis bonam voluntatem, quod nos adiuet, vt velimus, et faciamus per inspirationem, sine qua velle, et agere non possumus: non qua efficaciter et praecula motione praestet vt velimus, et faciamus. Nam primum, in his, qui sola gratia versatili, et pedissequa sunt praeventi, cor non inclinatur, voluntas non trahitur, neque homo vult, quia Deus operatur in eo velle, sed potius liberum eius arbitrium gratiam determinat, flectit, trahit, et ideo Deus operatur, quia homo vult.

Deinde, in horum Theologorum Systemate quicumque gratia indifferenti adiuantur, inclinarentur, traherentur, et singuli ad Patrem venirent, singuli per gratiam hanc filii Dei efficerentur: et sic qui nec credunt, nec conuertuntur, ineffaciter tamen vocantur, et gratia versatili praemouentur, haberent illam gratiam, quam commendabat Christus dicens: «Nemo potest venire ad me, nisi Pater qui misit me, traxerit eum». Quod quam sit falsum et absurdum atque Scripturis incongruum ex ipsis terminis constat.

Est praeterea in hac controversia praeclearum Apostoli testimonium ad Rom. ix. dicentis: «Igitur non volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei». Quis huius loci vim arte sua Suaresius infringere potuerit, vt ostendit Bertius (1).

Sed nullus est in Scripturis apertior, ac firmitior locus, quam eiusdem Pauli ad Corinth. i. cap. 4. vbi ait: «Quis enim te discernit? Quid autem habes quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris quasi non accepisti? Hoc enim testimonio reuocatum se ab errore Semipelagianorum Augustinus testatur (2). Illud autem quam firmiter contra Molinianos gratiae intrinsicam efficaciam arguit? Si enim gratia natura sua efficax non sit, sed nostrum illa consensum expectet, iam homo aliquid habet, quod non accepit, et in quo gloriari possit, et se ab alio discernere, qui aequali praeventus gratia non consentit; nempe ipsum gratiae consensum, quem non a gratia, sed a se habet.

Plurima tamen reponunt Gratiae congruae Patroni. Prae ceteris autem Honoratus Tournellus omnium vocem, et interpretamenta dedit, vt Doctorem Molinianum possis agnoscere. Ait primum: «Miserum esse aduersarios perpetuo istum Apostoli textum nobis opponere,

(1) Lib. xiv. cap. 9.

(2) Lib. de Praed. Ss. cap. 7.

re, quem ipsimet in sua sententia soluendum pariter habent. Nonne in sententia Thomistarum verum istud est, cum, qui gratiae sufficienti non resistit, efficacem a Deo impetrare? Ergo vnus ab alio se discernit contra effatum Apostoli: «Qui enim non resistit non habet ex gratia efficaci, vt non resistat, vt antea ostendimus.»

Ait etiam: «Obiectionem hanc ex Apostolo praesenti quaestioni non esse accommodatam. Nusquam enim contingit vt efficaci gratiae vnus consentiat, et alter reluctetur; si enim efficax supponitur, ambo consentiunt, alias vero non esset efficax.... Igitur hypothesis, quae solet adduci duorum hominum, quorum vnus gratiae consentit, alter vero resistit, locum non habet, nisi vbi agitur de gratia sufficiente, non vero de efficaci». Haec ille.

Ast in primo quod reponit toto coelo aberrat. Falsum namque est in sententia nostra, quod voluntas gratiae consentiat, seu illi non resistat, non haberi ex gratia. Nihil enim apertius in S. Thomae praecipue vbi scribit (1): «Hoc ipsum quod aliquis non ponit obiculum gratiae, ex gratia procedit». Errat ergo Theologus ille, existimans docere nos hominem ex se ipso non resistere, seu consentire gratiae, quia dicimus, quod ex se ipso resistat, quae duo sunt valde diuersa. Docemus itaque nos cum S. Thoma, hominem ex gratia habere quod non resistat gratiae, quod illi consentiat; quod vero illi resistat ex se habere. Vnde nihil ex se homo habet, nostra sententia; per quod se ab alio discernat, nisi in malo.

Secundum quod adducit falsum pariter est, ac nugatorium. Equis enim fingit, in ea etiam sententia, in qua non dantur nisi gratiae ex se sufficientes, non fieri comparationem duorum hominum, quorum vnus gratiae sufficienti resistit, alter ei consentit? Haec est ipsissima in hoc systemate hypothesis, in qua quaeritur, unde habeat, quod sit efficax in eo, qui consentit, et remaneat mere sufficientis in eo, qui resistit? Thomistae dicunt, habere quod sit efficax ex ulteriori gratia; Tournellus cum suis responder, id habere ex consensu voluntatis: ergo qui consentit, habet aliquid quod non accepit, et per quod ab altero se discernit, nempe suum consensum, quod Paulo repugnat.

Sed valeat hic Theologus, qui vtriusque partis, et Thomistarum, et Molinianorum prononciam assumens, vt scilicet, vtriusque iura ex aequo exponeret, prima alterius partis principia, vel igno-

rat,

(1) In cap. xiv. Epist. ad Heb. Lect. 3.

rat, vel dissimulat. Merito illi poterit reponi: Molinianus es tu; nam loquella tua manifestum te facit.

Ad orationes modo Ecclesiae perscrutandas accedamus: Ex his enim validissimum ad gratiae naturam dignoscendam petitur argumentum. Fuit siquidem antiquorum Patrum sententia, quam Pontifex Coelestinus refert (1). »Vt legem credenti lex statuat supplicandi«. Et Augustinus inquit (2): »Nemo est tam imperitus, tam carnalis, tam tardus ingenio, qui non videat Deum facere quod rogare se praecipit, vt faciat«. Porro quod gratiam, quae se ipsa efficax est imploremus, ex Ecclesiae praecibus sic demonstratur: Orat Deum pia Mater Feria 19. post Dom. 2. Quad. his verbis: »Dirige ad te tuorum corda fidelium, vt Spiritus tui fervore concepto, et in fide inueniantur stabiles, et in opere efficaces«. Et Sab. post Dom. 4. »Ad te nostras etiam rebelles compelle propitius voluntates«. Item Dom. v. post Pascha: »Largire supplicibus tuis, vt cogitemus te inspirante quae recta sunt, et te gubernante eadem faciamus«. Et in Vigilia Pentecostes: »Concede nobis, et nostrae voluntatis prauitatem frangere, et tuorum praeceptorum rectitudinem in omnibus adimplere«. In proxima etiam solemnitate: »Flecte quod est rigidum, fove quod est frigidum, rege quod est deuium«. Quibus omnibus, ceterisque Ecclesiae praecibus similibus addenda est oratio a Benedicto VII. edita, qua in sacris Congregationibus Summi Pontifices utuntur. Est huiusmodi: »Veni ad nos, et dignare illabi cordibus nostris, doce nos quid agamus, quo gradiamur ostende, quid efficiamus operare: esto solus et suggestor, et effector iudiciorum nostrorum. Non nos patiaris perturbatores esse iustitiae, qui summae veritatis diligit aequitatem, vt in sinistram nos non ignorantia trahat, non fauor inflectat, non acceptio muneris, vel personae corrumpat, sed iunge nos tibi efficaciter solius gratiae tuae dono, vt simul in te vnum, et in nullo deuemus a vero«. ceter. Ex quibus sic placet argumentari: Gratia, quae inspirando Spiritus Sancti feruorem nos reddit efficaces, quae voluntatem quoque rebellem ad obsequium reuocat, quae praestat, vt faciamus, quae nostrae voluntatis prauitatem frangit, quae animum penitentem flectit, quae facit vt diuinis mandatis inhaeramus; quae nostra ad Deum corda conuertit quae sola efficaciter nos Deo iungit, numquidnam per se effectrix non erit? Pendebit autem illa a directione et deter-

(1) In Epist. ad Gall. Episc.

(2) Epist. ad Vit. c. VII. alias CCVII.

terminatione voluntatis vt efficax dici valeat, et vere sit? Si penes nos est Dei gratiam efficacem reddere, cur petimus ab eo, vt faciat nos velle, vt nos faciat operari? »Prorsus in hac re, vt cum Augustino loquar (1), non operosas disputationes expectet Ecclesia, sed attendat quotidianas orationes suas: orat, vt increduli credant; Deus ergo conuertit eos ad fidem: orat, vt fideles perseuerent; Deus ergo donat perseuerantiam usque in finem«.

Consentunt his, quae hucusque sunt dicta, vnanimiter Patres. Quoniam vero, vt optime aiebat Perronius (2), ante Pelagianos non fuerat de grat. et lib. arbitrio a Patribus perfecte tractatum, quoniam multi, qui optime poterant Scripturas cognoscere, et pertractare, latabant in populo Dei, vel non afferebant solutionem quaestionum difficilium, quum calumniator nullus instaret, ideo his praetermissis, Augustinum primum in hac controuersia consultimus. Ex eo vero nomina, quibus efficacem gratiam delineat, in vnum complectimur. Ergo Augustinus gratiam appellat »Spiritus Sancti occultissimam gratiam (3), internam, occultam, mirabilem, ac ineffabilem potestatem, qua Deus operatur in cordibus hominum non solum veras reuelationes, sed etiam bonas voluntates (4); omnipotentissimam voluntatem (5), occultissimam, et efficacissimam voluntatem, ac potestatem quae conuertit, et transfert corda hominum ab indignatione ad lenitatem (6); inspirationem bonae cupiditatis, vt homo non sit inuitus, non sit reluctans, sed consentiens bono, et volens bonum (7). Magnam et efficacissimam vocationem (8); inclinandum cordium omnipotentissimam potestatem; (9) Gratiam, quae a nullo duro corde respuitur«. (10) ceter. Igitur ipsa vocabula, quibus ab Augustino Dei designatur gratia, eam se ipsa efficacem ostendunt: nam gratiam efficacem reddi, aut voluntatis consensu, aut circumstantiis locali, vel temporis, non est illam operari miris, et ineffabilibus modis; non est esse efficacissimam, et potentissimam; non est esse inspirantem bonam cupiditatem, ceteraque ibi ab Augustino affirmata.

Deinde, illustriores quasdam Augustini auctoritates in medium du-

(1) De Dono Perseu. cap. 7.

(2) In opi. postremo obieo. IV. cap. 5.

(3) In I. de peccat. merit. cap. 9.

(4) Lib. de Grat. Christi cap.

24.

(5) In III. ad Italian. cap. 8.

(6) In I. ad duas Epist. Pelag. cap.

20.

(7) Lib. sequenti cap. 8.

(8) De Gratia et lib. arb. cap. 5.

(9) De corrupt. et Grat. cap. 14.

(10) De Praedest. S. cap. 8.

ducamus. Prima est (1): »De isto docendi modo Dominus ait: omnis qui audiuit a Patre meo, et didicit, venit ad me. Qui ergo non venerit, non de illo recte dicitur, audiuit quidem, et didicit sibi esse veniendum, sed facere non vult, quod didicit. Proter sus non recte dicitur de isto docendi modo, quo per gratiam docet Deus. Si enim sicut veritas loquitur, omnis qui didicit, venit, quisquis non venit profecto non didicit. Sit secunda (2): »Certum est nos mandata seruare si volumus, sed quia praeparatur voluntas a Domino, ab illo petendum est, ut tantum velimus quantum sufficit, vt volendo faciamus. Certum est nos velle quum volumus, sed ille facit vt velimus bonum, de quo dictum est quod paulo ante posui praeparatur voluntas a Domino: de quo dictum est, Domino gressus hominis dirigentur, et viam eius vult: de quo dictum est, Deus est qui operatur in nobis, et velle, et operari. Certum est nos facere quum facimus, sed ille facit, vt faciamus, praebendo vires efficacissimas voluntati, qui dixit, faciam vt in iustificationibus meis ambuletis, et iudicia mea obseruetis, et factis.

Tertia (3): »Quando Deus promissit Abrahae in semine eius fidem gentium, eam non de nostrae voluntatis potestate, sed de sua praedestinatione promissit: Promissit enim quod ipse facturus fuerat; non quod homines: quia etsi faciant homines bona, quae pertinent ad colendum Deum, ipse facit, vt illi faciant quae praecipit; non illi faciunt, vt ipse faciat quod promissit. Alioquin vt Dei promissa compleantur non in Dei, sed in hominum est potestate, et quod a Domino promissum est, ab ipsis redditur Abrahamae. Non autem sic credidit Abraham, sed credidit dans gloriam Deo; quoniam quae promissit, potens est et facere; non ait praedecere; non ait praescire, sed potens est facere, ac per hoc facta non aliena, sed sua.

Ultima (vt innumeratas mittamus) esto (4): »Haec itaque gratia, quae occulte humanis cordibus diuina largitate tribuitur, a nullo duro corde respuitur; ideo quippe tribuitur, vt cordis duritia primitus auferatur.

Quas sane Augustini auctoritates in suum trahere sensum, dum Moliniani pertinentant, inani se labore frangunt. Neque enim egent illae expositione.

Au-

- (1) Ex lib. de grat. Christ. cap. 14. (2) De Praed. St. cap. 10.
(2) Ex lib. de Grat. et lib. arb. cap. 16. (4) Ibidem cap. 8.

Augustino consonant Prosper, et Fulgentius. Horum prior scribit (1): »qui ambigat tunc liberum arbitrium cohortationi vocantis obedire, quum in illo gratia Dei affectum credendi, obedientique generauit? Alioquin sufficeret moneri hominem, non etiam in ipso nouam fieri voluntatem. Et postea: »Ex inuito volentem facit, et quibuslibet modis infidelitatem resistentis inclinat vt eorum audientis obediendi in se delectatione generata, ibi surgat, vbi praenebatur, ibi discat, vbi ignorabat, ibi fidat, vbi diffidebat, inde velit, vnde nolebat.

Posterior autem haec habet (2): »quomodo Deus omnia quae vult facit, si volens hominem saluum fieri, cuius salus non nisi a bona incipit voluntate, ipsum velle, non in homine Deus inchoat, sed vt ab homine nascatur expectat? Oh quam pessimum nefas asseritur, dum gratiae Dei contumaciter repugnatur, qui homines opere Dei se in bonum mutari negant, qui homines non essent, nisi bonitate Dei operantis existerent. Et alio in loco (3): »Ista gratia vt eligatur, ipsa prius elegit, neque suscipitur, atque eligitur, nisi hoc ipsa in corde hominis operetur.

Ex S. Thoma praecipua quaedam testimonia hic subiicimus. Primum: (4) »Omnis motus tam corporales, quam spirituales, reuducuntur in primum mouens simpliciter, quod est Deus, et ideo quantumcumque aliqua natura corporalis, vel spiritualis ponatur perfecta, non potest in suum actum procedere, nisi moueatur a Deo. Non solum autem a Deo est omnis motio sicut a primo mouente, sed etiam ab ipso est omnis formalis perfectio sicut a primo actu. Sic igitur actio intellectus, et cuiusquam entis creati dependet a Deo quantum ad diu: vno modo in quantum ab ipso habet perfectionem, siue formam, per quam agit; alio modo in quantum ab ipso mouetur ad agendum. Hic enim explicat S. Doctor necessitatem et efficaciam gratiae per motionem diuinam: motio autem diuina non est efficacax ex motu mobilis, sed propria virtute.

Secundum testimonium (5): impugnant vt erroneam eorum opinionem, qui dicebant Deum dare nobis virtutem volendi, non vero ipsum velle, ait S. Doctor: »quibus quidem auctoritatibus Sacrae Scripturae resistitur euidenter: dicitur enim Isaias xxvi. omnia

Tom. III.

C

»ope-

- (1) Epist. ad Rufinum. cap. 15.
(2) Lib. de Incarn. et grat. cap. 29. (4) I. 2. quest. 109. art. 2.
(3) Lib. de verit. praed. e. grat. III. cont. Gent. cap. 89.

»opera nostra operatus es in nobis Domine; vnde non solum virtutem volendi a Deo habemus, sed etiam operationem. Praeterea, »hoc ipsum quod Salomon dicit: quocumque voluerit inclinabit illud; ostendit non solum diuinam causalitatem ad potentiam voluntatis extendi; sed etiam ad actum ipsius. Item Deus non solum dat rebus virtutem, sed etiam nulla res potest propria virtute agere, nisi agat in virtute ipsius, vt supra ostensum est «*ect.*

Tertium (1): »Deus mouet voluntatem immutabiliter propter efficaciam virtutis mouentis, quae deficere non potest, sed propter naturam voluntatis motae, quae indifferenter se habet ad diuersa, non inducitur necessitas, sed manet libertas; sicut etiam in omnibus Providentia diuina infallibiliter operatur, et tamen a causis contingentibus proteneantur effectus contingentiter, in quantum Deus omnia mouet proportionaliter, unumquodque secundum suum modum «.

Vltimum (2): »Omnis actio voluntatis in quantum est actio, non solum est a voluntate vt immediate agente; sed etiam a Deo vt primo agente, qui vehementius imprimit. Vnde sicut voluntas potest immutare suum actum, ita et multo amplius Deus «. Habet similia passim. Quae quidem plana sunt, atque aperta, et disserre expriment infallibilem gratiae efficaciam repetendam esse ex diuinae voluntatis efficacia.

Accedit tandem, ac suffragatur multiplex ratio ab incommo-
dis, quae ex Adversariorum sententia sequuntur, ducta. Erenim subtilata gratia se ipsa efficiat, eaque admissa, quae talis sit ab euentu, seu ex praescientia et circumstantiis, sequitur i. tolli a Deo rationem primae causae, ac primi motoris; quoniam voluntas ipsa se determinat, nequaquam determinata a Deo. Sequitur ii. quod coarctetur Dei omnipotentia, et supremum dominium, quod habet supra nostras voluntates: non enim potest in quibusuis circumstantiis voluntates nostras inclinare. Sequitur iii. quod tollatur a Deo ratio causae vniuersalis; quam sit aliquid quod eius causalitatem subterfugiat, scilicet consensus, et libera determinatio voluntatis. Sequitur iv. quod non debeamus Deo agere gratias pro eo quod omnium caput est in salutis negotio; videlicet pro determinatione ad bonum; quia haec a nobis est, non a Deo. Sequitur v. quod ex parte auferatur praecipua orationis necessitas: etenim in eorum opi-

(1) Quaest. vi. de malo art. unico ad 3. (2) Quaest. xxii. de verit. art. 8.

opinionem haud est necesse a Deo petere quod gratiae consentiamus, quum id quoque ex nobis, non ex Deo sit. Sequitur vi. quod potissimum in nostra libertate, non in sola gratiae spe inniti debeamus: est siquidem nobis liberum semper eam efficacem reddere; vnde non adeo anxie pro salute nostra debemus sinere, nec tanta sollicitudine illi inuigilare. Sequitur vii. quod haec sententia Semipelagianismo affinis videatur, quatenus partem homini vindicat, et partem Deo; imo hominem prius consensum suum promentem ponat, Deum posteris operantem; in quo iuxta Augustinum Semipelagianorum error situs erat. Sequitur viii. quod Deus non sit potius auctor operum bonorum, quam malorum: nam ex Systemate gratiae congruae Deus bonorum operum Auctor dicitur, quatenus hominem in iis constituit circumstantiis, in quibus praeuidet cum bene vsurum gratia, ac cum eo simultanee ad opus concurrat: at pariter illum, qui male agit, in iis circumstantiis ponit, in quibus illum praeuidet oblata gratia male vsurum, et simultatenee cum illo ad malam opus concurrat: aequae igitur mali et boni Auctor dicens est.

Alia plurima huius generis argumenta adduceremus nisi id superuacaneum foret. Ad numerum usque quadragenarium ea perduxit Estius; ad quinquagenarium Bancel; quos superarunt Thomas de Lemos, et Reginaldus. Ex omnibus id unum arguitur, scilicet diuinam gratiam se ipsa efficacem esse; quod erat demonstrandum.

CAPVT III.

Molinianae doctrinae originem, ac vicissitudines summatum tradit. Eiusdem capita praecipua explodit.

Congruistis occurrit.

Qui Ecclesiae historiam vel a limine salutariter, nouit certe quot turbines in ea excitauerit saeculo xvi. excurrente Ludouicus Molina noua illa sua, atque inaudita doctrina erga Dei gratiam, praedestinationemque. Eius consilium fuisse haeresim Caluinianam facillius euertere, et arbitrii libertatem cum Dei gratia expeditius componere, ipse testatur. Fides tamen penes ipsum, Neque enim id eius operis veluti dogmata praesefertur, nec ita visum antiquae fidei, et doctrinae amatoribus: fuere siquidem ex his non pauci, qui discordiam potius quam concordiam Molinae librum appellarent, quod pu-

rum Pelagianismum redoleret. Hinc indictum bellum atque tot scilicet doctrina obruta, quot existeret Academicarum, Salmanticensis praecipue, censurae; praelatorum quoque, et Theologorum totius ferme Hispaniae nostrae: donec tandem res tota Romam delata est, ibique coepit agitari; nec tamen pertractata licet nouem annorum decursu, ab an. videlicet 1598. ad vsque an. 1607. finita ea fuit. Haud crimis causae huius iniqui iudices atque praecipites. Omnium manus occupant historici libri, qui saltem coniecturando (neque enim possunt diuinari haec) eam colligunt (1). Tria vero interea nobis certa suppeditant Acta a Viro ingenio, primo illarum Congregationum Secretario Gregorio Nunzio Coronello Fratre eremita Augustinensi conscripta, atque in Bibliotheca Angelica asservata. Primum: maiorem Consultorum partem sententiam de gratia efficaci a consensu, et cooperatione liberi arbitrii, exosam habuisse, et suis subscriptionibus reprobasse. Secundum: Clementem VIII. non tantum Congregationum initio mandasse, vt assertionum capita ad probatissimam, atque a Praedecessoribus suis consecratam S. Augustini doctrinam expendere; verum etiam ad proscribenda Moliniana dogmata maxime fuisse inclinarum; scriptum pro gratia per se efficaci ex variis Augustini locis de promptum ipsi summet exhibuisse; eiusque mandato editam a Coronello Molinae Censuram, cui omnes, si Bouio, olim Iesuitam, exceptis, Consultores Theologi subscripsi serunt.

Tertium: Paullum V. Pontificatus sui an. II. praecipisse vnicuique consultorum, vt damnandas propositiones diligenti studio seligerent, ac delinere singullis edendae Constitutionis speciem: omnes vero, excepto Bouio, in damnationem Molinae iterum conspirasse.

Illud praeterea nedum nobis, sed omnibus notum, ac indubitatum est, quale fuerit hominum genus, vel maximis etiam fraudibus perpetuo abundans, vt quae imminuebant pericula eluderet, quod et in hoc perdifficili, et maximo negotio saepius contigisse historia narrat (2). Eam Tirones nostri consulant monemus, dum nos, licet inuiti, et reluctantes facta eiusmodi praetermittimus.

Ergo Molinae sententia, tot, tantisque censuris notata, intra domesticos parietes sese tandem continuit, nec externos aliquos nacta est adsertores, nisi pauculos a Maiorum suorum Institutis plane de-

(1) Abrege de l' Histoire Ecclesiastique Article II. Tome Di-

xieme.
(2) Vbi supra.

degeneres. Quibus tandem acquisissime interdictum sancta Lege prudentissima a Rege nostro Carolo huius nominis III. quem D. Op. Max. aeternum seruet, qua totius Hispanicae Ditionis bono consultur (1).

Huius autem sententiae hoc habetur capitale dogma; scilicet gratiae efficaciam ex solo liberi arbitrii consensu merendam esse; seu vt Molina loquitur, (2) «Auxilium praecedentis, atque adiuantis gratiae, quae lege ordinaria viatoribus conferuntur, quod efficacitas, aut inefficacia ad conuersionem, seu iustificationem sint, pendere a libero consensu, et cooperatione arbitrii nostri cum illis; atque adeo in libera potestate nostra esse, vel illa efficaciam reddere consentiendo, vel inefficacia illa reddere continendo consensum, et cooperationem nostram, aut etiam eliciendo contrarium dissensum». Opinabatur enim Molina Deum eodem omnino affectu omnibus gratiam conferre, eamque libertati arbitrii subicere, pro cuius nutu efficax reddatur, vel inefficax: ita ut ex parte, atque in actu primo, vt ille loquitur, nullum sit discrimen inter gratiam sufficientem, et efficacem, sed unice in actu secundo, dum nempe liberum auxilium indifferenti auxilio praeventum viuidiore morione vult, aut non vult assentiri. Hinc iuxta Molinam non est in Deo absoluta voluntas conferendi donum perseverantiae, nisi ob praecisionem liberi consensu, quo liberum arbitrium gratia illa pedissequa bene utitur. Hanc opinionem vulgavit omnium primus Salmanticae Prudentius de Montemaior, et Louanii Leonardus Lessius, et Iohannes Hamelius; verum agnoscit illa Molinam auctorem suum.

Fuit et alia inter eos opinio Congruistarum dicta, qua Molinianum Systema temperari Aquauina iudicauit, ad quam decreto tenenti praecipit. Erat autem illa, prout a Suaresio explicatur (3); «quod Deus infinita sua sapientia praevidentis, quod unaquaque causa, seu voluntas, in omni euentu, et occasione operatura sit, si in ea constituaatur, quando, et cui vocationi sit vnaquaque voluntas assensum praebitura, si ei detur, unde quando vult hominem conuertere, vult etiam illum vocare illo tempore, et modo, quo inuolit illum consensurum. Et talis vocationis vocatur efficax, quia licet in se non habeat infallibilem effectum, tamen vt subest tali scientiae diuinae infallibiliter est illum habitura». Atque haec est gra-

(1) In Sanct. Reg. data Matriti die XII. Aug. ann. 1768.

(2) In Concord. quaest. 14. art. 13.
(3) Lib. III. de Auxiliis diu. Grat. c. 14.

gratia illa, quam congruam vocant, propterea quod congruo tempore, ac modo hominibus conferatur. Reuera tamen non esse aliud Congruismum, quam Systema a nouis Pelagianis excogitatum ad exponendum qua ratione possit Deus hominis voluntatem ad bonum amandum, operandumque impellere, quin eam directe determinet, atque sua omnipotentis manu flectat, sunt qui confidenter asseverent (1). Quidquid tandem id sit, exploratum, verumque est, Claudium Aquaiuiua Molinismum purum iam iam inuisum et odiosum, Congruismo temperandum consulto voluisse. At consilium hoc, decreto licet minutum, non ita placuit Sociis, vt non ab eo recesserint. Pro Molinae doctrina maior semper illorum pars stetit; quasi sola ea vera esset.

Quibus vero argumentis nouum hoc systema praemunierint, ac aduersus gratiam per se efficacem pugnaverint perscrutemur. Praecipuum hoc est: Subverti per efficacem gratiam libertatem indifferentiae non ex vno tantum capite colligitur. Requiritur enim ad essentialiam libertatis potestas indifferens, quae positis omnibus requisitis ad agendum, agere vel non agere valeat: at posita gratia ex suis intrinsicis efficaci, non remanet haec potestas indifferens; nam haec gratia dat ipsum velle, ipsum agere, ipsum indeclinabiliter operari, atque determinatio actus tollit indifferenciam: Gratia igitur se ipsa efficax euertit libertatem.

Deinde: vt Concilium Tridentinum definit (2) liberum hominis arbitrium a Deo motum et excitatum dissentiri potest; quae sane definitio ita intelligenda est, vt liberum arbitrium, etiam in sensu composito, vt loqui solent, diuinae praemotionalis dissentiri possit: loquitur siquidem Concilium de libero arbitrio praemoto et excitato.

Insuper: id ipsum probat notissimum Scholae axioma; scilicet: »quod sequitur ex antecedenti necessario, necessarium est«: igitur si gratia efficax cum effectu necessario connexa est, neque ab illo diuelli potest: erit quoque necessaria ipsamet operatio, quae tale decretum consequitur.

Rursus: si cum absoluta, et indeclinabili praemotionali indifferencia liberi arbitrii consistit, erimus etiam liberi ad ambulandum dum constringimur vinculis.

Item: verum in hac scientia est, quod si quis gratiam ab-

(1) Abrege de l' Histoire Ecclesiastique Article II. n. 32.

Tome Dixieme.
(2) Sess. vi. can. 4.

ceret efficacem, eique reluctaretur, Dei decreta frustrarentur: ergo et verum hoc erit etiam, quod si quis posset reluctari, possent irrita fieri, ac frustrari absoluta Dei decreta: consequenter, vel non dantur decreta huiusmodi, vel non persistit cum his potestas liberi arbitrii reluctandi diuinae gratiae.

¶ Tandem; aut potest quis sub efficaci Dei gratia dissentiri, aut non potest? Si non potest, perit ergo iam libertas. Si vero potest, vel dissentiet aliquando, vel non? Si primum: non est ergo gratia infallibiliter cum effectu coniuncta. Si numquam dissentiet, ad nihilum potestas illa numquam operatura deseruit.

Arguunt praeterea ex Scripturis. Isaiae cap. v. conqueritur Dominus de Israelitis dicens: »Quid est quod debui vitra facere vineae meae, et non feci? Atqui si adstruatur necessaria gratia efficax, non esset iusta haec quaerimonia, quum possent respondere Israelitae: Debuisi nobis gratiam se ipsa efficacem elargiri: non ergo gratia huiusmodi necessaria est. Simile argumentum afferunt ex increpatione Corozaitarum, et Bethsaitarum.

Rursus opponunt: Gratiae efficaciis nomen a Caluino fuisse inuentum; proindeque a Theologis Catholicis anathematizandum.

Addunt Congruistae, quamplurima esse Augustini loca, eaque obuia, in quibus videtur adstruere gratiam congruam ad sensa Molinianorum. Potissimum vbi scribit (1): »Nullius Deus frustra miseretur; cuius autem miseretur, sic eum vocat, quomodo scit ei congruere, vt vocantem non respuat«. Huc demum redeunt argumenta omnia, quae pro defensione scientiae Mediae profertur.

Sed respondendum ad obiecta: Ad primum quidem, quod mirifice aduersarii extollunt, fatendo principio ipso cum Augustino difficile admodum esse libertatem cum gratia conciliare: unde si nulla nobis succurreret responsio, fateremur ignorantiam nostram, nec tamen gratiam se ipsa efficacem denegaremus. Adderemus, hanc gratiam trahere arbitrium nostrum variis, et ineffabilibus modis. Haec loqueremur; quae certe veritatis amatorem decent; quibusque cordati quique acquiescere deberent. Sed quum non sint tales hi cum quibus congredimur; hinc argumento respondemus: Veram praecipuum esse traditam sibi liberi arbitrii explicationem: Falsum vero, non remanere sub efficaci gratia potestatem ad oppositum, quando operatur in nobis velle, et facit, vt faciamus. Libera etenim volun-

(1) Lib. I. ad Simplic. quaest. 2.

luntas nostra est, circa omne bonum, quod in se non habet plenitudinem bonitatis; et etiam circa bonum incommutabile, quotiescumque non videtur in se: vt contingit in patria, in qua iudicio non remanet indifferentia iudicii, neque libertas a necessitate, comparate ad finem ultimum. Neque gratia efficax necessitatem inducit, propterea quod infallibiliter cum effectu coniuncta sit. Numquam enim eueniet vt non amplectamur liberrima voluntate id ad quod nos gratia trahit: et nihilominus potest id non euenire. Ita quandiu tenemur amore seruandi propriam vitam, vel determinate volumus sedere, aut ambulare, numquam nos praecipites dabimus, numquam ab opere quod volumus desistemus; possumus nihilominus oppositum velle, atque facere.

Concilio autem Tridentini definitio optime per sensum compositum ac diuisum a nostratibus exponitur: non enim docent illi, quod in sensu composito diuinae motionis non sit in nobis potentia dissentendi, vt somniantur nonnulli; sed docent tantum quod neutquam possit componi dissensus cum ipsa motione efficaci; ita sane vt sensus compositus, et diuisus appellet positionem actus, non possibilitatem. Hoc docuit S. Thomas scribens (1): «Quamuis enim non esse effectus diuinae voluntatis non possit stare cum diuina voluntate; tamen potentia deficienti effectum simul stat cum diuina voluntate: non enim ista sunt impossibilia: Deus vult istum saluari, et iste potest damnari; sed ista sunt impossibilia: Deus vult istum saluari, et iste damnatur».

Sed iuxta solutionem antea datam concedi potest aduersariis posse hominem dissentiri etiam in sensu composito diuinae excitationis: non enim est excitatio, quae proponendo bonum incommutabile cum perfectissima ipsius cognitione necessario trahat ad se voluntatem; sed negamus cum tali excitatione diuinae gratiae ponendum aliquando fore consensum. Aliud quippe est posse dissentiri, aliud dissentiri reapse: stat siquidem sine actu potentia, et plura possumus facere, quae non facimus. Itaque dum a Deo excitamur efficaci auxilio infallibiliter assentimur; quoniam Deus operatur in nobis velle, et perficere; possumus tamen non assentiri, quum talis excitatio non sit luminis gloriae. Profecto actus infallibilitas negationem actus excludit, non vero negationem potentiae ad non agendum. Ita dum volumus, necesse est ut velimus; non est

aut

(1) Quæst. 23. de verit. art. 5. ad 3.

autem consequens, vt dum volumus, non possimus non velle. Et haec quidem doctrina in re vna eademque est cum ea, quam primum ex S. Thoma dedimus.

Axioma autem Scholae in confirmationem ductum indignum est, quod in vsum a Theologis accipitur. Idem illud est cum isto: «Quod sequitur ex inimpedibili per necessariam connexionem, illud inimpedibile est, et necessarium». Hoc vero a Sixto IV. fuisse damnatum, et a Petro de Riuo reuocatum testatur Louanicensis Academia, vt in historia de Auxillis legimus. Verba dabimus, quibus et optime argumento respondetur (1): «Quod vero subiungitur Dei decretum in ipsius esse potestate, non itidem in nostra, neque illius non impediri libertatem, sed impediri nostram in eo, quod ex illo decreto necessario sequitur: hoc inquam nullam eis praebere labendi viam. Deinde etsi decretum Dei in causae secundae non sit potestate, ipsam tamen eius causae conditionem in agendo naturalem non immutat, eoque effectus libertatem, et contingentiam non impedit; alioquin enim sequeretur liberam non fuisse gentium conuersionem, sed necessariam; quia absoluta Dei promissio de gentium conuersione, vnde illa per necessariam conuersionem futura colligitur, non erat in hominum conuertendorum potestate: estque ante annos cxx. in hac Vniuersitate cuiusdam Petri de Riuo haec primo censurata, deinde vero in Vrbe Roma sub Sixto IV. damnata, et ab ipso praesente reuocata propositio: quod ex Inimpedibili» etc.

Potest et huic confirmationi responderi doctrina saepius repetita. Quod e vestigio sequitur de vinculis nullius est momenti. Longe enim aliter de actibus imperatis a voluntate, ac de elicitis discurrendum est. Priores, cuiusmodi ex. g. ambulatio est, nedum necessitatem in nobis patiuntur, sed etiam coactionem quoniam impediri hi a causa extrinseca possunt: in posterioribus autem, cuiusmodi sunt velle, ac nolle, semper a coactione sumus immunes, quoniam voluntas dari nequit inuito, neque auferri nisi volenti; nihilominus velle necessitate possumus, si in bono quod volumus, nullam apprehendimus mali rationem; quomodo cogunt vincula dum nullus fugiendi locus adest. Sed necessitatem hanc non inferit in hac vita Christi gratia.

Illud quoque quod sexto obiectionis loco ponitur, facilem habet

Tom. III.

D

80-

(1) Lib. II. cap. 15.

solutionem: etenim diuinum decretum est vt operemur; sed libere et cum potentia ad oppositum. Hinc repugnat eo posito, hominem non operari, sed non repugnat operari libere, atque simul non operari: imo conforme hoc ipsi decreto est. Id quod Schola sic consuevit explicare: posse vtrique hominem sub efficaci auxilio Dei dissentiri potentia possibilitatis, non vero potentia positionis.

Vltimum tandem nihil a'guit. Vt enim potentia non sit frustranea sufficit quod possit non agere; neque necesse est, vt aliquando sub efficaci motione Dei non agat; alias frustranea etiam foret potentia resistendi sub gratia congrua, sub qua numquam libera voluntas resistit. Quod haud concedent congruistae.

Secundum argumentum, si quid probat, aequae contra obliquentes probat. Potuissent siquidem respondere pariter Israelitae, debuit nobis gratiam congruam tribuere. Verum Isaias ibi non loquitur de gratia internae vocationis victriee: neque enim est, qui voluntati Dei resistere possit, nisi decreuerit saluare Israel, vt dicitur cap. xli. Itaque Propheta sermonem ibi vnicuique habet de institutione Ecclesiae Iudaeorum, atque de gratis externis, quas comparatione vineae recenset. At vero: »quid vltra debui« cer. quoniam gentem illam externis his beneficiis cumulauerat, missis Prophetis, qui vineam excolerent, segregatis ab ea idololatriis, ne eorum exemplo in cultum superstitiosum liberetur. Et tamen Iudaei tot beneficiorum immemores, Deum ipsum in Christi persona contumeliosis affectum, tandem et hunc crucis supplicio damnantur.

Increpatione autem Christi Domini sic est intelligenda: quod ideo gratia Iudaeis collata caruit effectu, quod maior esset excaecatio eorum, atque induratio, quam fuerit in Tyriis, et Sidoniis; proindeque interiori motione, etiam ex parte Dei, illis opus fuit, vt actu crederent, vt actu poeniterent. Hanc responsionem non obscure inuit Augustinus vbi sic loquitur (1): »non erat sic induratum cor Tyriorum, et Sidoniorum, quoniam sic credidissent, si qualla viderunt illi (scilicet Iudaei) signa vidissent«. At Christus Dominus eiusmodi miracula in Tyro, et Sidone non patrauit, quod non essent ex numero electorum. Scribit enim ipse Augustinus (2): »Ceteri autem vbi nisi in massa perditionis iusto diuino iudicio relinquantur? Vbi Tyrii relictis sunt, et Sidoni, qui etiam credere potuerunt, si mira illa Christi signa vidissent? Sed quoniam

»vt

(1) Lib. de Dono Petreus. cap. 14. (2) Ibidem.

»vt crederent non erat eis datum, etiam vnde crederent non est datum.

Tertium argumentum manifestam continet calumniam. Dum enim nos in vsu sumimus efficaci gratiae nomen, Caluini sensum ex corde detestamur. Appellauit ille quidem gratiam efficacem, sed eo sensu, quod ipsa omne opus salutare efficiat nihil libero arbitrio operante: nos autem efficacem dicimus, quod ipsa faciat, vt faciamus: in quo Magistrum Augustinum habemus, qui gratiam non solum efficacem appellauit, sed et efficacissimam, et omnipotentissimam: habemus et S. Thomam similiter loquentem. Caluini sensum damnauit Concilium Tridentinum: eundem Ss. Augustini et Thomae discipuli cum Tridentino damnamus; adserentes, voluntatem Deo mouenti cooperari, quamquam ad cooperationem illam a gratia praedeterminetur: eandem etiam posse dissentiri, quippe quae, etiam dum actu mouetur, possit non agere. Quae duo Caluini erroribus e diametro contrariantur.

Demus tamen inuentum hoc gratiae efficaciis nomen a Caluino ad nos venisse. Quid vero inde? Num vocabulum ab haereticis intrusum ad veritatem catholicam labefactandam, retineri nequit ad hanc amplius illustrandam, et confirmandam? Atqui vocabulum Homousion quod in ore Sabellianorum sensum praefert haereticum, ad extirpandam haeresim Arianam ab ipsis Oecumenicis Conciliis receptum est.

Ad Augustini auctoritatem, quam Congruistae obiectant, respondendum primo cum nostratibus communiter, loqui ibi S. Doctorem de congruitate non praesupposita, sed per gratiam facta. Secundo respondendum, Augustinum loquutum fuisse de vocatione externa tantum, per signa quidem, quae sunt motiua credibilitatis: non de vocatione interna, quae per internam inspirationem fit. Enumerans enim credibilitatis motiua, ait, nonnullos aliquibus tantum verbis auditis in Christum credidisse, vt Nathanaelem: aliquos visis miraculis, vt Discipulos, qui viso miraculo in Nuptiis Canae in Christum crediderunt: alios e contrario, nec visis miraculis, nec motiuis suscitatis credidisse: et tandem multos, qui a Christi miraculis permoti non fuere, miraculis per discipulos patris ad fidem adductos fuisse. Certum autem est, quod nec verba, nec miracula, nec alia quaelibet signa, aliud quidquam sunt, quam vocatio externa, qua per signa exteriora vocare exterius solet, secundum quod

D 2

scit

seil: vnumquemque affectum esse: quae licet sint veluti semen, cui in his, quibus sibi placet, Deus postea incrementum confert per interioris gratiae subministratiorem; ipsamet tamen gratia non sunt, per quam »fit vt sit homo bonae voluntatis, quum prius fuerit voluntatis malae«, vt Augustinus loquitur (1).

Alia sunt S. Doctoris loca, quae hanc quoque expositionem exigunt: alia quae nullo negotio soluantur. Omnia ferme congescit Iuuenius (2): ex cuius doctrina haec duo hic adnotabimus. Primum: Augustinum in libris ad Simplicianum nihil de modo operandi gratiae docuisse, quod aduersetur his, quae contra Pelagianos, et Semipelagianos scribens adseruit: Igitur non est repetenda iuxta Augustinum efficacia gratiae ex eodem capite, ex quo ibidem efficaciam vocationis reperit: nam vocatio, cuius in his libris saepius meminit, non est vocatio interna, quae per gratiam interiorem fiat, sed externa tantum, quae ideo nonnullis congrua dicitur, quia illorum effectibus est attemperata: quod sic placet demonstrare. Augustinus statim quaestioni ab initio exponens congruitatem, cuius in ea quaestione mentio fit, sic loquitur: »vt quamuis multi vno modo vocati sint, tamen quia non omnes vno modo affecti sunt, illi soli sequuntur vocationem, qui ei capiendae reperiuntur idonei«. Ex quibus constat affectus naturales eorum, quibus congruit vocatio, causam esse, cur vocationem sequantur; nequeunt tamen causam esse, cur sequantur vocationem, quae fit per gratiam interiorem: ista enim non supponit affectus bonos in hominibus, quos mouet, sed contra eos inspirat, suauiter reddens, quod prius displicebat, dicente Augustino ipso (3): »vt autem innotescat quod latebat, et suauiter fiat, quod non delectabatur, gratiae Dei est, quae hominum adiuvat voluntates«.

Deinde: de eo vocationis genere Augustinus loquitur, cuius varias species in eadem ad Simplicianum quaestione enumerat: species vero eae non sunt nisi externae vocationis, quae ab interioribus cordis motibus distinguuntur; seu quae in solis signis extrinsecis positae sunt, et se habent per modum motuum credibilitatis extrinsecorum. Ait enim: »cur ergo Esau non sic (hoc est) externo illo credibilitatis motu est vocatus, vt veller audire? Videmus enim alios aliter in his rebus demonstratis, vel significatis ad credendum moueri«. Ait insuper: nonnullos aliquibus tantum verbis auditis, aliis

(1) Lib. de Grat. et lib. arb. cap. 15.

2. §. 2.

(2) Part. vi. Dissert. 1. cap. 7. art.

(3) Lib. ii. de Peccat. mer. cap. 17.

miraculis visis in Christum credidisse, vt antea exposuimus: quae omnia vocationem externam designant. Ita sese passim Augustinus interpretatur, vocationem in externis reponens signis, veluti meditis, quibus Spiritus Sanctus vsus est, vt fidei viam quibusdam adaperiret.

Secundum, quod erga Augustini testimonia ex Iuuenio adnotamus est, quod quandoque Pelagianorum verbis ille vritur, quandoque etiam Semipelagianorum; quae tamen continuo soluit. Huius sunt generis, quae ex libro de Spiritu, et litera Adversarii opponunt (1): »liberum arbitrium naturaliter attributum a Creatore animae rationali, illa media vis est, quae vel intendi ad fidem, vel inclinari ad infidelitatem potest, et ideo nec istam voluntatem, qua credit Deo, dici potest homo habere, quam non acceperit; quandoquidem, vocante Deo, surgit de libero arbitrio; quod naturaliter acceptum«. Ibi enim Pelagianorum nomine, vel saltem Semipelagianorum Augustinus loquutus est. Nimirum hanc sub initio capituli sibi proposuerat quaestionem; »sed consequens est paululum quaerere, utrum voluntas illa, qua credimus, etiam ipsa Dei donum sit, an ex illo naturaliter insito adhibeat arbitrio«. Quam tamen sic soluerat: »si dixerimus, eam non esse donum Dei, metuendum est, ne existimemus inuenisse nos aliquid, quod Apostolo increpanti, et dicenti: quid enim habes quod non accepisti? respondere possimus: ecce habemus bonam voluntatem credendi, quam non accepimus«.

Post solutam vero quaestionem illam obicit sibi Pelagianorum, aut saltem Semipelagianorum responsum, in eo sitam, quod liberum arbitrium, de quo surgit, vt, Deo vocante, per gratiam credamus, a Deo accepimus, sicque saluari Apostolicam sententiam: quid enim habes, quod non accepisti? Eam vero responsum sequenti capite his verbis confutat: »si autem responderetur cauendum esse, ne quisquam Deo tribuendum putet peccatum, quod admittitur per liberum arbitrium, si in eo quod dicitur: quid habes, quod non accepisti? propterea etiam voluntas, qua credimus, dono Dei tribuitur, quia libero surgit arbitrio, quod quum crearemur accepimus«. Sic et exponenda sunt alia Augustini loca.

COROLLARIUM.

Ergo et orationis gratiam per se, et ab intrinseco efficacem esse, non

(1) Cap. 37.

non secus ac gratiam, quae ad alios pietatis actus requiritur, ex his, quae antea actis capitibus in genere constituta sunt, euidentissime colligitur. Quoniam uero famosa quaestio haec proxime elapso saeculo euasit, quibusdam doctis contrarium, consulto hic corollarii loco nostram sententiam singillatim firmare resoluimus, oppositamque confutare. Ac primum ex incommodis, quae ex doctrina Adversariorum oriuntur, uera constat sententia. Nam sequitur ex ea, quod oratio saltem feruens non sit miserentis Dei, sed hominis currentis; contra ac dixit Apostolus: «non uolentis, neque currentis, sed Dei est miserentis».

Sequitur deinde, quod ex duobus hominibus, quorum unus orat, alius uero non, ille qui orabit, sese a non orante discernet, contra Apostolum ipsum dicentem: «quis te discernit»? Sequitur quoque, in homine, qui orat, Deum non operari ipsum uelle orare, contra illud eiusdem Apostoli: «Deus est qui operatur uelle, et perficere pro bona uoluntate». Sequitur demum, non esse Dei iudicia inscrutabilia, quod uni dei gratiam ad actus perfectos requisitam, alii uero eam neget: nam manifestum erit eam dari illi, qui sese ad orandum determinauerit.

Praeterea Augustinus adserit (1), quod, «etiam ipsa oratio inter gratiae munera reperitur»: idque probat ex his uerbis Apostoli ad Rom. viii. «Quid enim oremus sicut oportet, nescimus, sed ipse Spiritus Interpellat pro nobis gemitibus inenarrabilibus». Quae quidem uerba de gratia efficaci S. Doctor interpretatur, dicens: «ita dictum est, interpellat, quia interpellare nos facit..... Adulatorum igitur Spiritus Sancti sic expressum est, ut ipse facere diceretur, quod ut faciamus facit».

Haec ipsa argumenta doctissime explicuit Eminentissimus Cardinalis de Noailles in suo Pastoralis mandato anni 1696. Sic enim loquitur acerimus ille Augustini doctrinae vindex: «qua efficacia Deus bona opera in nobis operatur, eadem nos ad preces inducit, et mouet. Haec nimirum Apostoli uerba ad Rom. viii. Spiritus postulat pro nobis, ita interpretantur Patres, ut ille nos faciat orare, impetito, ut ait Augustinus in Epistola ad Sixtum, orationis affectu, et effecta. Quae quum Sancta Ecclesia optime noit, ut quae sibi necessaria sunt impetret, orat, ut Deus postulare faciat quae placita sunt ei. Eadem ergo vi, eadem efficacia Deus in nobis operatur orationem, qua operatur uelle, et perficere».

(1) In Epist. ad Sixtum.

CAPVT IV.

Dissidium inter Augustini et Thomae Commentatores in assignanda efficaci gratiae natura proponitur. Illud nominis, non rei esse certo certius suadetur. Mens utriusque Doctoris ex ipsis declaratur.

Efficacis gratiae natura aptissime quidem explicatur, siue per uicticem Augustinianam delectationem, siue per physicam Thomisticam praemotionem.

Nec dissidium aliquod inter utriusque explicationis adserores in re ipsa est.

Prioris propositionis demonstratio ex idea ipsius efficaci gratiae, quam supra dabamus, potissimum pendet. Ut enim ibi dictum fuit, ea est gratiae istius conditio, ut operetur in nobis uelle, et perficere, faciatque ut faciamus. Ita eam nobis designant Scripturae, Concilia, et Patres; praesertim quos duces nobis proposuimus et Magistros, Augustinus et Thomas; quemadmodum fuso calamo ostensum est.

At siue gratia uictrix delectatio dicatur, siue praemotionis physicae uocabulo nominetur, uere id in nobis operari intelligitur: nam primum hanc gratiam similia in nobis operantem per uicticem delectationem designari in Scripturis legimus. Dicitur enim in Psalm. cxviii. «Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilarasti cor meum». Et Ezech. xxxvi. «Et dabo uobis cor nouum, et Spiritum nouum ponam in medio uestri: et auferam cor lapideum de carne uestra, et dabo uobis cor carneum. Et Spiritum meum ponam in medio uestri, et faciam ut in praeceptis meis ambuletis, et iudicia mea custodiatis, et operemini». Item Ioh. vi. Christus ait: «nemo potest uenire ad me, nisi Pater qui misit me, traxerit eum». Quae omnia delectationem sonant.

Deinde: quum certum omnino exploratumque sit, Augustinum gratiae efficaciam per eiusmodi delectationem explicare, nihil est sane quod desideretur in huius rei argumentum. Neque enim est, qui nes-

non secus ac gratiam, quae ad alios pietatis actus requiritur, ex his, quae antea actis capitibus in genere constituta sunt, euidentissime colligitur. Quoniam uero famosa quaestio haec proxime elapso saeculo euasit, quibusdam doctis contrarium, consulto hic corollarii loco nostram sententiam singillatim firmare resoluimus, oppositamque confutare. Ac primum ex incommodis, quae ex doctrina Adversariorum oriuntur, uera constat sententia. Nam sequitur ex ea, quod oratio saltem feruens non sit miserentis Dei, sed hominis currentis; contra ac dixit Apostolus: «non uolentis, neque currentis, sed Dei est miserentis».

Sequitur deinde, quod ex duobus hominibus, quorum unus orat, alius uero non, ille qui orabit, sese a non orante discernet, contra Apostolum ipsum dicentem: «quis te discernit»? Sequitur quoque, in homine, qui orat, Deum non operari ipsum uelle orare, contra illud eiusdem Apostoli: «Deus est qui operatur uelle, et perficere pro bona uoluntate». Sequitur demum, non esse Dei iudicia inscrutabilia, quod uni dei gratiam ad actus perfectos requisitam, alii uero eam neget: nam manifestum erit eam dari illi, qui sese ad orandum determinauerit.

Praeterea Augustinus adserit (1), quod, «etiam ipsa oratio inter gratiae munera reperitur»: idque probat ex his uerbis Apostoli ad Rom. viii. «Quid enim oremus sicut oportet, nescimus, sed ipse Spiritus Interpellat pro nobis gemitibus inenarrabilibus». Quae quidem uerba de gratia efficaci S. Doctor interpretatur, dicens: «ita dictum est, interpellat, quia interpellare nos facit..... Adulatorum igitur Spiritus Sancti sic expressum est, ut ipse facere diceretur, quod ut faciamus facit».

Haec ipsa argumenta doctissime explicuit Eminentissimus Cardinalis de Noailles in suo Pastoralis mandato anni 1696. Sic enim loquitur acerimus ille Augustini doctrinae vindex: «qua efficacia Deus bona opera in nobis operatur, eadem nos ad preces inducit, et mouet. Haec nimirum Apostoli uerba ad Rom. viii. Spiritus postulat pro nobis, ita interpretantur Patres, ut ille nos faciat orare, impetrato, ut ait Augustinus in Epistola ad Sixtum, orationis affectu, et effectu. Quae quum Sancta Ecclesia optime noſcit, ut quae sibi necessaria sunt impetret, orat, ut Deus postulare faciat quae placita sunt ei. Eadem ergo vi, eadem efficacia Deus in nobis operatur orationem, qua operatur uelle, et perficere».

(1) In Epist. ad Sixtum.

CAPVT IV.

Dissidium inter Augustini et Thomae Commentatores in assignanda efficaci gratiae natura proponitur. Illud nominis, non rei esse certo certius suadetur. Mens utriusque Doctoris ex ipsis declaratur.

Efficacis gratiae natura aptissime quidem explicatur, siue per uicticem Augustinianam delectationem, siue per physicam Thomisticam praemotionem.

Nec dissidium aliquod inter utriusque explicationis adserores in re ipsa est.

Prioris propositionis demonstratio ex idea ipsius efficaci gratiae, quam supra dabamus, potissimum pendet. Ut enim ibi dictum fuit, ea est gratiae istius conditio, ut operetur in nobis uelle, et perficere, faciatque ut faciamus. Ita eam nobis designant Scripturae, Concilia, et Patres; praesertim quos duces nobis proposuimus et Magistros, Augustinus et Thomas; quemadmodum fuso calamo ostensum est.

At siue gratia uictrix delectatio dicatur, siue praemotio physicae uocabulo nominetur, uere id in nobis operari intelligitur: nam primum hanc gratiam similia in nobis operantem per uicticem delectationem designari in Scripturis legimus. Dicitur enim in Psalm. cxviii. «Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilarasti cor meum». Et Ezech. xxxvi. «Et dabo uobis cor nouum, et Spiritum nouum ponam in medio uestrum: et auferam cor lapideum de carne uestra, et dabo uobis cor carneum. Et Spiritum meum ponam in medio uestrum, et faciam ut in praeceptis meis ambuletis, et iudicia mea custodiatis, et operemini». Item Ioh. vi. Christus ait: «nemo potest uenire ad me, nisi Pater qui misit me, traxerit eum». Quae omnia delectationem sonant.

Deinde quum certum omnino exploratumque sit, Augustinum gratiae efficaciam per eiusmodi delectationem explicare, nihil est sane quod desideretur in huius rei argumentum. Neque enim est, qui nes-

nasciat quanta sit Augustini in gratiae arcanis reserandis auctoritas. Itaque agens Augustinus de gratia, qua Adae filii indigemus, ait (1): «secunda ergo plus potest, qua etiam fit, ut velit, et tantum velit, tantoque ardore diligit, ut carnis voluntatem contraria concupiscentem voluntate Spiritus vincat». Et postea (2): «eis non solum dat adiutorium, quale primo homini dedit, sine quo non possint perseverare si velint; sed in eis etiam operatur et velle, ut quoniam non perseverabunt, nisi velint, et possint, perseverandi eis possibilitas et voluntas diuinae gratiae largitate donetur. Tantum quippe Spiritu Sancto accenditur voluntas eorum, ut ideo possint quia sic volunt, ideo sic velint, quia Deus operatur ut velint».

Similiter ubi scribit (3): «ideo quisque nostrum bonum opus suscipere, agere, implere, nunc scit, nunc nescit, nunc delectatur, nunc non delectatur, ut nouerit non suae facultatis, sed diuini muneris esse quod scit, vel quod delectatur, ac sic ab elationis vanitate sanetur, ut sciat quod vere non de terra ista, sed spirititaliter dictum sit. Dominus dabit suauitatem, et terra nostra dabit fructum suum. Tanto autem magis delectat opus bonum, quanto magis diligitur Deus, summum, atque incommutabile bonum, et auctor qualicumque bonorum omnium. Ut autem diligatur Deus, charitas Dei diffusa est in cordibus nostris, non per nos, sed per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis». Et proximo capite: «nos autem quantum concessum est, sapiamus, et intelligamus, si possumus, Dominum Deum bonum ideo etiam Sanctis suis alicuius operis iustitiam aliquando non tribuere, vel certam scientiam, vel victicem delectationem, ut cognoscant non a se ipsis, sed ab illo sibi esse lucem, qua illuminentur tenebrae eorum, et suauitatem, qua det fructum suum terra eorum. Quum autem ab illo illius adiutorium deprecamur ad faciendam perficiendamque iustitiam, quid aliud deprecamur, quam ut aperiat, quod latebat, et suauem faciat, quod non delectabat, quia et hoc ab ipso esse deprecandum eius gratia didicimus, dum antea lateret, eius gratia dileximus, dum antea non delectaret, ut qui gloriatur non in se, sed in Domino gloriatur? Apertius tandem quam ait (4): «ins».

(1) Lib. de Corrept. et Grat.

cap. xi.

(2) Cap. xii.

(3) Lib. ii. de Peccat. mer. cap. 17.

(4) In Lib. de Spir. et lit. cap.

29.

«inspirata gratiae suauitate per Spiritum Sanctum facit (Deus) plus delectare quod praecipit, quam delectat quod impedit». Et infra: (1) «Fieret, si tanta voluntas adhiberetur, quanta sufficit tantae rei. Esset autem tanta, si et nihil eorum, quae pertinent ad iustitiam nos lateret, et ea sic delectarent animum, ut quidquid aliud voluptatis, dolorisue impedit, delectatio illa superaret». Habet similia Augustinus in omnibus suis scriptis, adeo ut de eius mente non liceat dubitare.

Eandem vero gratiam nos trahentem praemotionem physicam S. Thomas vocat: ac dati praemotionem hanc saepius inculcat. Etenim in quaestionibus de potentia dicit: (2) «Quia nulla res per se ipsam mouet, et agit, nisi sit mouens, non motum; tertio modo dicitur vna res, esse causa actionis alterius, in quantum mouet eam ad agendum: in quo non intelligitur collatio, aut conseruatio virtutis actiuae, sed applicatio virtutis ad actionem; siue homo est causa incisionis cultelli ex hoc ipso, quod applicet acumen cultelli ad incidendum, mouendo ipsum. Et quia natura inferior agens non agit nisi mota ... sequitur de necessitate, quod Deus sit causa actionis cuiuslibet rei naturalis, ut mouens, et applicans virtutem ad agendum ... Quarto modo vnum est causa actionis alterius, sicut principale agens est causa actionis instrumenti; et hoc modo etiam oportet dicere, quod Deus est causa omnis actionis naturalis».

Tandem his verbis articulum claudit: «Sic ergo Deus est causa actionis cuiuslibet, in quantum dat virtutem agendi, et in quantum conseruat eam, et applicat actioni, et in quantum eius virtute omnis alia virtus agit».

Et alio loco: (3) «Sicut omnes motus corporales reducuntur in motum coelestis corporis sicut in primum mouens corporale, ita omnes motus tam corporales, quam spirituales reducuntur in primum mouens simpliciter, quod est Deus. Et ideo quantumcumque quae natura aliqua corporalis, vel spiritualis ponatur perfecta, non potest in suum actum procedere, nisi moueatur a Deo».

Faciunt pro hac re testimonia illa, quae in probationem gratiae per se efficaci praecedenti capite laudauimus. Faciunt et alia plurima in S. Thomae obuia.

Quod igitur ad substantiam ipsam rei spectat, scilicet ad naturam Tom. III. E ram

(1) Cap. 35.

(2) Quaest. III. art. 7.

(3) I. 2. Quaest. 109. art. 1.

ram efficacis gratiae exponendam, minime hi Theologi dissident; totumque dissidium ad voces, variumque sese explicandi modum redigitur, ut secunda proposito resoluit. Neque postremus hic veritates de gratia controuersias; quantum per Ecclesiae historiam licet conuicere. (1) Omnes Augustini et Thomae discipuli vnanimitè talem populis gratiam proponebant, qualem illi, rudes licet, et indocti, possent percipere. Videlicet cum cordis nostri morum, quo fit ut in bono nobis complaceamus, illudque operemur; quem apè nimis delectationis sanctae nomine illi exponebant. Verum tunc inde turbibus excitatis, surrexere quidam contententes, nihil aliud gratiam esse præter nudum voluntatis consensum, eiusdemque ad operandum determinationem. An hanc tandem viam illi arripuerunt, vel eo quod non satis perspectam, ac notam gratiae cum cordibus vnionem haberent, vel quod bellem, belisque cum hostibus insensissimis insidias, euentusque agre ferrent? Dolenter id potius dicimus, quam contumeliose. Quo enim tempore deturbatos eos Molinianorum machinas sperabamus, arma ipsorum instruxerunt, vires illi addiderunt, quo efficacem gratiam audacius insectarentur, arido illo sito, atque nude speculatiue modo sese in hac controuersia explicandi. Norunt Eruditi quod dicimus; nobisque praesto sunt, ut nos excitent, ac commoueat ad haec declaranda et Tironibus proponenda.

Ceterum haud hic erat praetermittendum vitia eiusmodi non ab omnibus Theologis fuisse admissa. Fuere siquidem non pauci, qui eius naturam in motibus indeliberatis intellectus et voluntatis statuerunt; quiue constantissime Augustini sensum, ac verba seruauerunt. Ita ex Dominicanis, Benedictinis, aliisque Religiosorum Ordinibus plurimi: ita facultatis Sacrae Louaniensis Doctores, aliarum etiam Acaedemiarum, quotquot sanam profitebantur doctrinam, eamque foedati, aut obscurari nouissimis interpretamentis videbant. Nonnibus parcimus; nota enim omnibus sunt.

Itaque summopere id et desiderandum, et curandum nobis fuit, ut nostratum omnium vnans reipsa sententiam esse, diuersè licet expressam, demonstraremus. Id quod ex adductis facillime deducitur atque in hunc modum ob oculos ponimus. Etiam qui a recepta Au-

(1) Abrige de l' Histoire Ecclesiastique Tomè diuisme, article seconde, num.

gustini doctrina deuiare visi sunt Theologi, non id eo fecere animo, ut vel minimum gratiae efficaciam laederent, aut aliam eius naturam dicerent, quam ab Augustino Thomas didicerat, atque a Thomae ipsi. Molestè insuper illi sustinebant Molinianos adserentes noua, et inaudita dogmata, quæ gratiam efficacem eliminarent, vel quid eiusdem dignitati, ac praestantiae inferrent dedecoris. Id ipsum et sequiores Theologi, nostri etiam temporis in votis habent. Nec quid his omnibus cum Molinianis et Congruistis reuera vnquam commune fuit. Igitur voce tantum dissident illi ab antiquae explanationis adsertoribus, non ipsa re.

Hinc nullus esset momenti negotium (nisi me opinio mea fallat) eos in concordiam vocare, atque vnus labii efficere; potissimum quum mirifice Augustinus et Thomas inter se concordant. Quod enim perpetuum in Augustino est, efficacem gratiam per amorem, charitatem, vel delectationem designare, haud repugnat S. Thomas. Etenim in quaestionibus de Veritate, (1) gratiam dicit: »Misericordiam Dei, per quam interior motus mentis operatur.« Scribit quoque in Summa: (2) »In eo qui dicitur gratiam Dei habere, significatur esse quidem effectus gratuita Dei voluntatis. Dicitur est autem supra, quod dupliciter ex gratuita Dei voluntate homo adiuuatur. Vno modo in quantum anima hominis mouetur a Deo ad aliquid cognoscendum, vel volendum, vel agendum. Et hoc modo ipse gratuitus effectus in homine non est qualitas, sed motus quidam animae. Actus enim mouentis in moto est motus, ut dicitur tertio Physicorum.« Quibus suam mentem erga Dei gratiam S. Doctor declarat, scilicet, eam ex parte Dei consideratam, seu comparate ad Deum ipsum, Dei ipsius voluntatem, et misericordiam esse operantis in nobis mentis et voluntatis motum: ex parte vero nostra sumtam, esse gratuitum ipsius diuinae motionis effectum, motum quemdam animi, amorem, charitatem, delectationem. Quae sane est ipsa Augustini sententia.

Quid vero, quod S. Thomas gratiam hanc actuosam dixerit qualitatem? Numquidnam de illo genere qualitatum intelligendus, quas dedit Periparus? Ipse S. Dr. sui ipsius interpretè esto. Appellat ille actualem gratiam animi motum, vbi supra. Eam comparat (3) motioni, qua Deus secundum modum vniscuiusque mouet causas secundas ad operandum. Non ergo qualitatem peripateticam ille intel-

(1) QUÆST. XXIV. ART. 14. (2) I. 2. QUÆST. CX. ART. 2. (3) I. 2. QUÆST. CXII. A. 3.

telligit, dum gratiam vocat qualitatem. Nam illam, siue habitus, siue dispositio appellatur, constat per ipsos Peripateticos motum non esse, neque motum qualitatem, sed actum quemdam ad aliquid, ut inquirunt, praedicamentum spectantem. Similiter, id quo Deus in naturalibus secundas causas praemouet, non est qualitas aliqua, nec habitualis, nec actualis; proindeque gratia, qua nos Deus ad opera mouet supernaturalia, non qualitas, sed motus aliquis ex S. Thomae erit; aliter tamen ordinis ab eo, quo prouidentiae lege iuuatur creaturae.

Verosimiliter itaque apparet S. Thomam eo sensu qualitatem dixisse actualem gratiam; quod illa ad naturam non pertineat, eamque aut adiuuat, aut perficit, aut exornat: qui quidem sensus non est Augustino oppositus.

Itaque S. Thomae castra deserere non est dicendus quicumque delectationis relatiue victicis amplectitur systema; nisi iniurium hoc iudicium de Thomistis praeclarissimis proferatur. Ex his eruditissimus Ioannes Gonzales docet, (1) gratiam, quae in vno efficax est, esse in altero inefficacem ob viuidiorem, quae in ipso est concupiscentiam: Sic enim loquitur: «Non oportet quod gratia praeueniens intrinsece inhaerens, quae est in vno efficax, sit etiam efficax in alio maiori tentatione tentato; ac proinde non est verum dicere, quod gratia praeueniens intrinsece inhaerens, quae est aliquando efficax, debeat esse efficax semper, et in quocumque supposito.» Et post pauca: «Diuus Augustinus, et Diuus Thomas explicant gratiae praeuenientis efficaciam per contemperamentum, et congruentiam eius cum subiecto in quo reperitur.»

Similiter Hiacinthus de Graueson loquitur, (2) ubi postquam refert quorundam Thomistarum opinionem, docentium, efficacem gratiam entitate sua a gratia sufficienti distingui, inquit: «Alii Thomistae, qui volunt gratiam efficacem non distingui ex entitate, et natura sua a gratia sufficienti, sed tantum penes intensionem graduum, quibus superat gradus malitiae voluntatis creatae, eamque conuertit; docent, inquam, illi Thomistae, in solius hominis culpa esse, quod gratia efficaci priuentur, idque illustrent hoc clarissimo exemplo. Supponunt quippe voluntatem alicuius hominis ex prauis habitibus, ac consuetudine peccandi, ad octo, vel decem gradus obstinationis peruenisse: si itaque huic homini male

af-

(1) I. P. Disp. 8. sect. 2. n. 1.

(2) Dissert. xlv.

«affecto Deus gratiam conferat, quae plures, et maiores efficaciae gradus habeat, quam sint obstinationis, et malitiae in voluntate, tunc illa gratia suapte vi, seu delectatione victicis superabit obstinationem voluntatis; et erit efficax. At si Deus (ita exigentibus illius hominis demeritis) gratiam minus validam conferat, et quae in gradibus non sit superior, aut fortior, gradibus obstinationis, et malitiae voluntatis, tunc illa gratia voluntatem quidem commouebit, sed non illam conuertet, nec illius obstinationis gradus superabit, eritque tunc temporis tantum sufficiens, et inefficax, non quidem ex defectu sui, quum re ipsa ex vi sua conuerteret voluntatem, si minor esset illius concupiscentia; sed defectu voluntatis, quae obstinatione sua nimis resistit, quam vt gratia possit, seu potius de facto illam vincat. Perinde ac si ignis lignum viride non comburat, id non oritur ex defectu virtutis in igne, quasi non habeat vim ad comburendum, sed ex praua dispositione ligni, quod quum sit humiditate, et aquis repletum, efficaciae ignis magis obsistit, et efficit vt lignum non comburat.»

Quod si dicatur, laudatum auctorem in suis epistolis delectationem relatiuam Iansenianum dogma appellasse, dicendum erit, illum de delectatione relatiua voluntatem necessitante locutum fuisse, non de delectatione sensu Augustini, ac Thomistarum. Nam haec delectatio identica est cum dilectione, quam hi propugnant: neque enim sine iniuria huius praeclarissimi auctoris dici potest, voluisse ipsum celeberrimos Scholae Thomisticae defensores inter Iansenii discipulos adnumerare, quod tamen necessario foret dicendum, si nullum esset discrimen inter gratiam relatiue efficacem, Iansenianam dictam, et gratiam relatiue efficacem, qualis a Thomistis, et Augustinianis propugnatur.

Alter Thomisticae Scholae propugnator, ac vindex, qui sententiam de gratia relatiue efficaci proluxa dissertatione defendit, est Antonius Massoulié; adfirmatque consentire illam communi Sancti Thomae discipulorum sensui. Scribit enim: (1) Vnde pro varia dispositione, et variis veluti gradibus malitiae, cui superandae gratia confertur, maior in vno esse debet, quam in alio: ita vt in vno interdum omnem effectum habeat, quem habere potest, et suae efficacitati proportionatum actum eliciat, et proprie sit efficax; in altero vero non omnem effectum habeat ex resistentia voluntatis, et

»tunc

(1) Quaest. vi. art. 1.

»tunc efficax quidem sit sua ipsa virtute, effectum tamen ex resi-
 »stentia, vt dixi, voluntatis non habeat, sed tunc inefficax ena-
 »dat. « Atque ad suam hanc sententiam demonstrandam initio dixe-
 »rat: »Varios esse posse, et re ipsa esse obstinationis, et resistentiae
 »gradus, varios itidem gradus diuinae gratiae, et quam Deus ex
 »acquistissimis suae prouidentiae legibus temperat, vt pro libito volun-
 »tatem impellat, et contineat solum, vel omnino conuertat. « Post,
 hac sententiam confirmat comparatione ignis, qui iuxta subiecti va-
 riam dispositionem, eadem ac simili actione producit effectum in vno,
 et non producit in altero ex. g. in ligno, qua proportione magis, aut
 minus est dispositum, atque hac comparatione varios gradus gratiae
 explicat. Deinde eandem sententiam corroborat auctoritate S. Tho-
 mae comparantis gratiam medicinae, dicentisque: (1) »est igitur
 »gratia instar medicinae, et proportionem quamdam requirit, vt
 »scilicet, sua vi superet vim, et efficiens cupiditatis impetum. « Et
 post pauca: »etsi fortior sit diuinae gratiae motio, et ea motione
 »accensa charitas vincat, superetque prauam cupiditatem, tunc mo-
 »tio diuinae gratiae est efficax: quod si e contra vehementior sit i-
 »mpsa cupiditas, cassa et inefficax redditur diuina motio, aut eius vis
 »ita retardatur, vt licet effectum aliquem habeat, non habeat ta-
 »men perfectum, ad quem ex diuina ordinatione refertur. «

Hoc idem probat ex diuersa tentationum pugna, ad quam super-
 andam diuina gratia confertur: hinc inferens maiorem, et amplio-
 rem esse debere gratiam in eo, qui maiori tentatione vrgetur, quam
 in eo, qui leuiori pulsatur.

Illud autem commodi ex hac sententia proficisci demonstrat, quod
 in illa sola rectissime imputetur homini ad culpam, quod diuina man-
 data non seruet, quando non adest gratia efficax: siquidem efficax
 foret diuina gratia, nisi prauae cupiditatis laqueo compedita voluntas
 teneretur, quod si in illo statu prauae cupiditatis, quae voluntatis do-
 minatur, eamque constringit, praeter illam motionem maiori reme-
 dio opus haberet, sibi illud imputet, et magnitudini morbi praua ho-
 minis voluntas, quae seipsam sua malitia, suaeque cupiditate constrin-
 xerit. Alia ille ex hac sententia refert commoda, quae non vacat ad-
 ducere.

APPENDICVLA.

Iam nunc his ad extremum vsque perductis, si quod vere senti-
 mus

(1) In cap. v. epistolae ad Romios.

mus libere proferre licet, hoc et addemus: visam nempe semper no-
 bis esse quaestionem istam nullius necessitatis, nullius etiam, aut sal-
 tim pertenuis vilitatis. Augustini enim et Thomae discipulis, an non
 satis esse poterit ad vtriusque Doctoris sententiam firmiter adhaeres-
 cere, persuasumque quod ab vtroque traditum est, constantissime ha-
 bere; videlicet adiutorium, de quo agimus, suapte natura, vt non
 semel explicauimus, efficax esse, hancque eius efficaciam, et vim
 non a sola Dei praescientia, non ab humanae voluntatis assensu, non
 ab exterioribus loci, temporis, aliisque huius generis opportunis ad-
 iunctis esse, sed a Dei omnipotentia, et absoluto voluntatis eius pro-
 posito, cui nullum humanum resistit arbitrium? Quorsum igitur la-
 borandum praeterea in eodem hoc adiutorio ad vitium rescendo,
 quod hominis metaphysici verius est, quam Theologi?

Pergamus ergo, atque ingenii laborisque quantum possumus ad-
 hibeamus, vt physicam, et intrinsecam gratiae efficacitatem adsera-
 mus, vt Molinianorum, ac Congruistarum placita refellamus, vt
 gratiae depositum a maioribus nostris custoditum, et omni aetate
 seruatum, et nos seruemus, ac custodiamus. Non maximopere deinde
 curantes, an sit illa actuosa motio, qualitas, habitus, aut dis-
 positio, an etiam delectatio. Parum enim haec ad rem faciunt.

CAPVT V.

*Catholicum dogma erga gratiae actualis necessitatem
 in genere sustinet.*

Necessarium est ad actus supernaturales praemouens ali-
 quod actuale adiutorium gratiae.

Demonstratur propositio multipliciter. Primo quidem ex Scripturis.
 Legimus enim Psalm. 126. »Nisi Dominus custodierit civitatem, fru-
 »stra vigilat, qui custodit eam. « Et Psalm. 26. »Adiutor meus esto,
 »ne derelinquas me, neque despicias me, Deus salutaris meus. « Quibus
 verbis praemissis, Innocentius in epistola ad Patres Concilii Carthaginen-
 sis inquit: »Nos ergo dicimus, quid oremus? Quum ille tantope-
 »re beatus vir, ne despiciatur, exorat, illi enim necesse est ita ar-
 »guant, qui ista confirmant. Dauid enim orationis ignarus, et suae
 »naturae nescius accusetur; qui quum sciat in sua inesse natura,
 » ad-

adiutorem sibi Deum, et assiduam adiutorem inuocat; nec illi sufficit assiduam, sed ne aliquando illum despiciat, orationibus exoptat, et per corpus omne Psalterii hoc et praedicat, et clamat. « Et paucis interiectis rationem his verbis reddit: » Nam quamuis remississet hominem (Deus) a praeteritis peccatis, tamen sciens iterum posse peccare, ad reparationem sibi, quemadmodum posset illum et post ista corrigere, multa seruauit: quotidiana praestat illi remedia, quibus nisi freti, confissisque nitamur, nullatenus vincere humanos poterimus errores. Necessae enim, ut quo auxiliante vincimus, eo iterum non adiuuante vincamur. »

Ad rem istam similiter facit, quod Christus Apostolis tametsi iusti essent, ait Ioh. x. « Sine me nihil potestis facere. » Quo testimonio vitur Augustinus. (1) Illud quoque facit, quod de Petro Apostolo ait Ambrosius, (2) videlicet: « Nam si Petrus lapsus est, qui dixit, etsi alii scandalizati fuerint, ego non scandalizabor; quis alius iure de se praesumat? » Igitur ipsis etiam iustis diuinum adiutorium necessarium est.

Secundo, ex canone x. Synodi Arausianae it. vbi dicitur: « Ad adiutorium Dei etiam renatis, et Sanctis semper est implorandum, ut ad finem bonum peruenire, vel in bono possint opere perdurare. » Cui canonis consonant verba Coelestini in epist. ad Episcopos Galliae, vbi docet, (3) filios Dei, qui diuino Spiritu aguntur, et proculdubio habent habitualis gratiae ornamentum, » ut bonum aliquid agant, paternis inspirationibus rangi. »

Tertio, ex Patribus, quos inter haec Augustinus profert, allatis primum Apostoli verbis ad Rom. viii. « Quicumque enim spiritu Dei aguntur, hi sunt filii Dei. » Et Matth. x. « Non enim vos estis, qui loquimini, sed spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis: profecto ut agant quod bonum est, ab illo aguntur, qui bonus est. » (4) Et infra: « Nec ait spiritus Patris vestri, qui vobis dat, vel dedit, posse bene loqui: sed ait: qui loquitur in vobis, non significans possibilitatis profectum, sed exprimens cooperationis effectum. » Quibus verbis aperte designat necessitatem actualis, et cooperantis adiutorii. Et alio loco: (5) « Inspirationem bonae voluntatis, atque operis » singulis necessariam disserte tradit. Si.

(1) De grat. Christ. cap. 30.

(3) Cap. viii.

(2) Apud August. ci. at. lib. cap. 45.

(4) Laudato lib. cap. 25.

(5) De Corrupt. et Grat. cap. 2.

Similia legimus in aliorum Patrum scriptis; praesertim dum contra Pelagium disputant.

Postremo, id ipsum ex theologica ratione inferitur: si enim actualis gratiae auxilium necessarium non est, cur petitur a iustis quoque per singulos dies? Vel ut cum Augustino loquamur, (1) » iur petitur quod ad nostram pertinet potestatem, si Deus non adiuvat voluntatem? » Praeterea: sequitur ex contraria sententia, quod Deo tribuatur tantum posse, non autem velle, et operati, quandoquidem habitus, quum se teneant ex parte actus primi, ut dici consuevit, adiuuant possibilitatem tantum, neutiquam operationem. Demum: si necessarium fuit Adamo praeter iustitiam originalem actuale gratiae adiutorium ad perseuerandum, quanto magis necessarium hoc nobis erit, qui iure cum Apostolo ingemiscimus, dicentes: » Vi deo autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meae, et captiuam me in lege peccati. »

Quaedam sunt tamen hic subicienda, quae contra veritatem istam videntur pugnare. Principio, Concilium Mileuitanum Can. iii. gratiam definit, qua iustificamur, atque, eam non solum peccatorum, quae commissa sunt, conferre remissionem, sed etiam adiutorium, quo non committantur.

Deinde: per habitualem gratiam Spiritus Sanctus in nobis habitat: ergo quum omnipotens ille sit, omnia huius gratiae beneficio possumus.

Rursus: vnaquaeque potentia ex se in actum prodire valet, si habitibus naturalibus eam complementibus sit instructa: poterit igitur dum habitu supernaturali exornata est.

Demum: quum habitus perfectior sit actu, hunc absdubio valeat efficere.

Facile autem haec soluantur: ad primum dicendum: iure meritoque definitum de gratia a Sancta Synodo contra errorem Pelagii dicentis, gratiam iustificationis spectare ad solum animae ornatum, et nullam ad actus supernaturalis virtutem impertiri. Neque hinc inferitur non esse necessarium gratiae actualis auxilium; nam ut docet S. Thomas: (2) » Homo ad recte viuendum dupliciter auxilium Dei indiget. Vno quidem modo quantum ad aliquod habituale donum, per quod natura humana corrupta sanetur, et etiam sanata eleuetur ad operanda opera meritoria vitae aeternae. Alio modo. »

F

» do

(1) De Grat. Christ. cap. 15. (2) L. 2. q. 109. art. 9.

do indiget homo auxilio gratiae, vt a Deo moueatur ad agendum. « Quod Augustinus duplici declarat exemplo. (1) Est primum hominis infirmi, qui quum a Medico sanetur, sustentandus est etiam clementis, et alimentis corporalibus, vt ea sanitas apto subsidio conualescat, atque persistat. Secuadum exemplum est oculorum corporeorum, qui etiam plenissimis sani, haud possunt obiecta videre, nisi lucis candore adiuti.

Secundo respondemus: per gratiam habitualement Spiritum S. in nobis habitare, potissimum sanando, et iustificando: quod si et in nobis habitare dicatur excitando, atque adiuuando, aderit continuo actualis gratia ad bene operandum necessaria. In forma igitur sic distinguendum est: Spiritus Sanctus habitat sanando et iustificando, concedo; adiuuando et virtutem subministrando, subdistinguo; et hoc ad gratiam habitualement pertinet, nego; ad gratiam actualement, concedo.

Tertium argumentum nihil probat: quemadmodum enim in ordine ad actus naturales necessarius est, praeter potentiam habitibus naturalibus instructam, concursus Dei, ac praemotio ordinis naturalis, ita ad actus supernaturales, praeter gratiam habitualement, necessariam dicimus praemotioem Dei ordinis gratiae cum S. Thoma: licet in hoc infirmitatis statu, propter concupiscentiam, et ignorantiam, non sufficiat quod virtute diuina moueamur ad bene agendum, sed amplius requiratur, vt voluntas infirma sanetur, atque ad bona opera efficaciter praemoueatur, vt docet S. Thomas. (2)

Ad vltimum dicimus: Habitum perfectiorem esse actu secundum quid tantum, vt loquuntur Scholae; quatenus scilicet permanens est, non autem simpliciter et absolute. Quemadmodum enim turpius est male agere, quam posse male agere; ita perfectius est facere bona, quam posse facere. Nec tamen neganda illatio in argumento ducta: potest vtique habitus proportionatos sibi actus elicere accedente quidem concursu ordinis gratiae, id est, adiutorio voluntatis et operis; quin hinc sequatur processus in infinitum. Si quidem habenti gratiam habitualement necessaria est actualis, non vero alia habitualement, vt oculo plenissime sano necessaria non est sanitas, sed vnice candor lucis.

CA.

(1) De Nat. et Grat. cap. 26. (2) Vbi supra art. 1. et 3.

CAPVT VI.

*Haeresis Pelagianae Auctores, Fautoresque recensentur.
Varii illius status designantur.*

Tametsi fuerint ecclesiastici Scriptores nobilissimi, quibus visum sit Pelagianae sectae primordia ad Paulum Samosatensem referenda esse, quem negasse veram Christi diuinitatem, et adseruisse factum illum fuisse Deum post Incarnationem ex virtutis profectu studiosam ducendo vitam, colligitur ex Athanasio, (1) et Ariana Synodo Antiochena an. 344; Hieronymus tamen inter veteres gratiae inimicos primo numerat (2) Originem, Pelagianorum Amasium, errorisque principem eum vocans. Hieronymum sequuti sunt viri alii clarissimi, Natal. Alex. (3) Daniel Huetius, (4) Henricus Norisius. (5) Nec dubitare quisquam potest, quin ipsis Pelagio, et Coelestio errarit ille turpius: hi enim gratiam secundum praesentis vitae merita puris hominibus dari sanxerunt; ille vero vitam alteram commentus est, qua animae priusquam in corpora truderentur, merita comparant, quibus gratiae participes fierent; immo gratiam omnium maximam, vnionem scilicet hypostaticam, praecedentis assumti hominis meritis acceptam retulit. Et quidem existimasse videri illum dari gratiam secundum merita nostra, ac posse hominem vitare quaecumque peccatum, quod est famosa haereticorum impeccantia, eius scripta apertissime commonstrant. (6) Atque licet quaedam ex his sint, quibus nihil illustrius desiderari posse videatur ad gratiae, non ex operibus, immo et seipsa efficacis commendationem; (7) tamen satis illa non sunt ad abstergendam, quae Origeni ab omnibus ferme post Hieronymum Theologis iniusta est, teterrimi huius erroris notam, atque ad depellendam ab eo praeformatae Pelagianae haerescos inuidiam; et suadere, vt summum possunt in hoc, vt in aliis capitibus bene multis, non ipsum sibi semper constitisse.

Sequitur Ruffinus, a quo erroreem hausisse Pelagium, et Coelestium insignia suadent momenta. Fuisse autem hunc Ruffinum Aquile-

F 2

- | | |
|--|--|
| (1) Orat. 4. cont. Arianos. Et apud Athanasium in lib. de Synoda. | (5) Hist. Pelag. |
| (2) In Dial. et in epist. ad Ctesiphont. cap. 7. & 9. aliisque in locis. | (6) Lib. 1. cap. 7. et in epist. ad Rom. |
| (3) Secl. III. dissert. 16. art. 3. | (7) Hom. XII. in Iesum Nave; xx. in |
| (4) In Origenianis lib. II. q. 7. §. 12. | Num: IX. in Ezechielem. |

leisem, non Palaestinum, vel Syrum, Marius Mercator tradidit, (1) sermonem instruens de haeretico dogmate, quod Adam et Eua sibi tantum praeuaricando nocuerint, addensque: «Hanc ineptam, et non minus inimicam rectae fidei quaestionem, Anastasio Romanae Ecclesiae Summo Pontifice, Rufinus quidam natione Syrus priuatus intexit et vt erat argutus, se quidem ab eius inuidia muniens, per se ferre non ausus, Pelagium gente Britanum Monachum tunc decepit, eumque ad praedicta apprime instituit, atque inuoluit impiam veritatem.» Igitur Rufinus, quem Mercator Syrum vocat, fuit primus magister, ac deceptor Pelagii: sed magister ac deceptor Pelagii fuit Rufinus Aquileiensis, vt auctor est Hieronymus. (2) Connumerandus ergo est inter Pelagianos.

Deinde, Concilium Romanum lxx. Episcoporum declarat Rufinum Aquileiensem male de arbitrii libertate sensisse, his verbis: (3) «Rufinus vir religiosus plurimos ecclesiastici operis edidit libros: nonnullas etiam Scripturas interpretatus est: sed quoniam Beatus Hieronymus in aliquibus eum de libertate arbitrii notauit, illa sententia, quae praedictum Beatum Hieronymum sentite cognoscimus.» Quum ergo nullibi legamus Rufinum liberum arbitrium negasse, errasse illum arbitrii facultatem naturalem cum Origene suo nimis extollendo, infertur.

Neque nobis in hoc negotio probatur Recentiorum Criticorum consilium, qui vt Rufinum hunc Aquileiensem a Pelagianismo vindicent, damnant Rufinum alterum Syrum, aut Palaestinum, cuius Hieronymus mentionem facit in epistolis. (4) Quo enim iure haeresis instimulandus est Sanctissimus Hieronymi discipulus? Constat siquidem Rufinum hunc ex specu Bethleemítico missum ad Venericum, et Anastasium aduersum Origenistas fuisse. Hinc Veronenses Theologi hunc Hieronymi discipulum tantae haeresis doctorem suspicari non audent.

Verum hand litem de his cruentam volumus. Illud tantum indigitamus, quod visum nobis verosimilius, atque ad huius erroris historicam narrationem faciens. Qui plura desideret, habet quos consulat Cl. Scriptores Norisium, Natalem Alexandrum, Bertium, ceteros.

(1) In Commenitorio.

lib. 4. Comment. ad Hieroniam.

(2) Epist. ad Ctesiphontem, et Praef. in

(3) In cap. Sancta Romana.

(4) Epist. lxxvi.

Rufinum excipit, sequiturque Theodorus Mopsuestenus, ipso Mario Mercatore cum alterum Pelagianorum Proditorum dicente, (1) vbi scribit, iamdudum motam apud nonnullos Syrorum, et praecipue in Cilicia a Theodoro quondam Episcopo oppidi Mopsuesteni. «Eum praeterea non solum negasse Filium Dei ad tollendum originale peccatum venisse, sed et de hoc argumento aduersus Augustinum libros aliquot scripsisse Marius item, necnon et Phottius testantur. (2)

Rursum constat, Domini comminationem Adamo factam verbis illis, morte morieris, ita Theodorum exposuisse, vt post lapsum fraudatus delictis aerumnosissima fuerit conuersatione mulctatus; sed non ob aliam causam morti fuerit obnoxius, nisi quia ex terra fuerat compactus. Ita colligere cuique fas est ex fragmentis Theodori a Norisio editis. (3) Qui insuper de eius expunctione a sacris Ditycis verba fecit. (4)

Esi autem excitati huius aduersus Dei gratiam belli auctor communis Origenes habeatur, Doctores, etiam Rufinus, ac Theodorus, exploratum tamen, a nullo bellum hoc vehementius inflammatum, gestumque diutius, et acerbius, quam a Pelagio, a quo infesta Dei gratiae haeresis, eo licet multo antiquior, nomen obtinuit. De illo vt pauca, more scilicet nostro, loquamur, vnum audiemus, excribemusque Augustinum: nobis enim, vt est cordato cui libet, certum esse debet, erroris huius initia, progressum, variosque status, necnon hostium cauilla, captiuitas, effugia, denotata nemini, meliusque perspecta, quam viro, cui Ecclesia profligati huius hostis, confecti acerrimi huius belli immortalem gloriam semper dedit. Itaque scribens de haeresibus, (5) ait: «Pelagianorum est haeresis hoc tempore omnium recentissima, a Pelagio Monacho exorta, quem magistrum sic Coelestius sequitur est, vt sectatores eorum Coelestiani nuncupentur. Ille Dei gratiae, qua praedestinati sumus in adoptionem filiorum per Iesum Christum in ipsam, et qua erulmur de potestate tenebrarum, vt in eum credamus, et in regnum gloriae ipsius transferamur, propter quod ait, nemo venit ad me nisi fuerit ei datum a Patre meo, et qua diffunditur caritas in cordibus nostris, vt fides per dilectionem opere-

(1) In lib. subnotationum de haeresi Coelestiana.

(2) Hist. Pelag. cap. 9.

(3) In Biblioth. Cod. 177.

(4) Cap. v. Dissert. de Syn. v.

(5) Haeresi lxxxviii.

retur, in tantum inimici sunt, vt sine hac posse hominem cre-
 »dant facere omnia diuina mandata, quum (si hoc verum esset)
 »frustra Dominus dixisse videretur, sine me nihil potestis facere.
 »Denique Pelagius a fratribus increpatus, quod nihil tribueret ad-
 »iutorio gratiae Dei ad eius mandata facienda, correptioni eorum
 »hactenus cessit, vt non eam libero arbitrio praepone-
 »ret, sed in-
 »fidelis calliditate supponeret, dicens, ad hoc eam dari hominibus,
 »vt quae facere per liberam iubentur arbitrium, facilius possint
 »implere per gratiam. Dicendo vtique, vt facilius possint, voluit
 »credi, etiamsi difficillius, tamen posse homines diuina facere ius-
 »sa. Illam autem gratiam Dei, sine qua nihil boni possumus face-
 »re, non esse dicunt nisi in libero arbitrio, quod nullis suis prae-
 »cedentibus meritis ab illo accepit natura nostra, ad hoc tantum
 »ipso adiuuante per suam legem atque doctrinam, vt discamus quae
 »facere, et quae sperare debeamus, non autem ad hoc per donum
 »Spiritus Sancti, vt quae didicerimus esse facienda, faciamus, ac
 »per hoc diuinitus nobis dari scientiam, confitentur, qua ignoran-
 »tia pellitur, caritatem autem Dei negant, qua pie viuunt, vt sci-
 »licet, quum sit donum Dei scientia, quae sine caritate inflat, non
 »sit donum Dei ipsa caritas, quae vt scientia non inflat, aedifi-
 »cat.»

Itaque ex his Augustini verbis priores duo Pelagianae haereseos
 status adparent; constat enim negasse primo Pelagium cuiuscumque
 interioris diuini adiutorii naturae superadditi necessitatem, nec ad
 omnia implenda Dei mandata, aeternamque obtinendam salutem alio
 opus esse sensisse, quam congenitis liberi arbitrii viribus; exin cor-
 reptionem a fratribus, adiutorium gratiae Dei ad eius mandata faci-
 enda, ad hoc dari hominibus posuisse, vt quae facere per liberum iu-
 bentur arbitrium, facilius possint implere per gratiam. ¶Eaquod au-
 tem hoc adiutorium? Exterius, totamque in lege positum atque do-
 ctrina, ad quae postmodum et Christi exempla adiunxit, quo igno-
 rantia pellitur, docemurque quae facere, et quae sperare debeamus.
 Augustini demum praesertim argumentis pressus, interiorum etiam
 admittit gratiam, qua et illustraretur diuinitus mens, et in Dei de-
 siderium suspens voluntas excitaretur; quae tamen solum homini af-
 ferret agendi facilitatem, nimirum, vt facilius posset, quod abso-
 lute per naturam, tametsi paullo difficillius poterat. Huc venisse tan-
 dem Pelagium exploratum habebit, quisquis Augustini libros de

gra-

gratia versarit: vnde etiam patet, quomodo potius Pelagium falla-
 cibus verbis antiquam haeresim, quam veram Christi gratiam con-
 fessum. Sic enim Augustinus, qui eius scripta diligentissime euolue-
 rat, ac excusserat, loquitur: (1) »Quaecumque pro gratia videtur
 »dicere, qua iuamur, vt declinemus a malo, et bonum faciamus,
 »ita dicit, vt nullo modo a verborum ambiguitate discedat, quam
 »discipulis sic possit exponere, vt nullum auxilium gratiae credant,
 »qua naturae possibilitas adiuuetur, nisi in lege, atque doctrina, ita
 »vt ipsas orationes vt in scriptis suis apertissime affirmat, ad nihil
 »aliud adhibendas opinetur, nisi vt nobis doctrina etiam diuina re-
 »uelatione aperiat, non vt adiuuet mens hominis, vt id quod
 »faciendum esse didicerit, etiam dilectione, et actione perficiat:
 »ab illo enim suo manifestissimo dogmate non recedit omnino, vbi
 »tria illa constituit, possibilitatem, voluntatem, actionem, et so-
 »lam possibilitatem dicit diuino semper adiuuari auxilio; voluntatem
 »autem, et actionem, nullo Dei adiutorio existimat indigere: ipsum
 »vero auxilium, quo possibilitatem naturalem perficit adiuuari, in
 »lege constituit, atque doctrina, quam nobis taretur etiam S. Spi-
 »ritu reuelari, propter quod et orandum esse concedit: sed hoc ad-
 »iutorium legis, atque doctrinae etiam propheticis fuisse temporari-
 »bus; adiutorium autem gratiae, quae proprie gratia nuncupatur, in
 »Christi arbitratu esse exemplo; quod nihilominus ad doctrinam
 »pertinere perspicitur, quae nobis euangelica praedicatur, vt vide-
 »licet tamquam via demonstrata, qua ambulare debeamus, iam vi-
 »ribus liberi arbitrii, adiutorio nullo alterius indigentes, sufficimus
 »nobis, ne deficiamus in via; quamuis et ipsam viam contendas,
 »etiam sola inueniri posse natura, sed facilius si adiuuet gratia.»

Hinc etsi Pelagius, quo minus peritis factum faceret, gratiam
 Dei non in lege tantummodo, sed et in Dei esse adiutorio confite-
 retur, nos multiformi et ineffabili dono gratiae coelestis illuminantis;
 ideoque et liberum hominis arbitrium, et Dei gratiam agnos-
 cere testaretur, a manifestissimo tamen suo dogmate numquam illum
 recessisse, demonstrat ibidem Augustinus inueniens: (2) »In his omni-
 »bus non recessit a commendatione legis atque doctrinae, hanc es-
 »se adiuuantem gratiam diligenter inculcans, et hoc exequens, quod
 »proposuerat, quum diceret: sed in Dei esse adiutorio confitemur.
 »Denique, Dei adiutorium multipliciter insinuandum putauit, com-
 »me-

(1) Lib. de grat. Christ. cap. 41. (2) Cap. vii.

memorando doctrinam, et reuelationem, et oculorum cordis adaptionem, et demonstrationem futurorum, et apertionem diaboli-
 carum insidiarum, et multiformi, ac ineffabili dono gratiae coelestis illuminationem, ad hoc utique vt diuina praecepta, et promissa discamus. Hoc est ergo gratiam Dei ponere in lege, atque doctrina.

Sed ne quis sibi fraudulentis Pelagii verbis illud sineret, integrum eiusdem dogma ibi quoque exposuit, dicens: (1) «Ecce est totum Pelagii dogma in libro eius tertio pro libero arbitrio his omnino verbis diligenter expressum, quo tria ista; vnum, quod est posse; alterum, quod est velle; tertium, quod est operari; id est possibilitatem, voluntatem, actionem, tanta subtilitate curauit distinguere, vt quandocumque legimus, vel audimus diuinae gratiae adiutorium confiteri, vt a malo declinemus, bonumque faciamus, sicut in lege atque doctrina, siue vbi libet constituat, sciamus quid loquitur, nec erremus aliter eum intelligendo, quam sentit. Scire quippe debemus, quod nec voluntatem nostram, nec actionem diuino credit adiuari auxilio, sed solam possibilitatem voluntatis, et operis, quam solam in his rebus nos habere adfirmat ex Deo, tamquam hoc sit infirmum, quod Deus posuit in natura; cetera vero duo, quae nostra esse voluit, ita sint firma, et fortia, et sibi sufficientia, vt nullo indigeant eius auxilio, et ideo non adiuet, vt velimus, non adiuet vt agamus, sed tantum adiuet vt velle, et agere valeamus.»

Postremo Augustinus adfirmat, (2) se omnia Pelagii scripta legisse praeter vnam epistolam, quam se breuem misisse ad S. Constantium Episcopum, aiebat versutus ille; nec reperire alicubi potuisse, hanc eum gratiam confiteri, qua non solum possibilitas naturalis voluntatis, et actionis, quam dicit nos habere, etiamsi nec volumus, nec agimus bonum, sed ipsa etiam voluntas, et actio subministratio Sancti Spiritus adiunatur, nec adparere omnino, credidisse illum adiutorium aliquod bene agendi adlunctum naturae, atque doctrinae per inspirationem flagrantissimam, et luminosissimam caritatis.

Additque omnem se inter et Pelagium de gratia quaestionem finitam fore; si non solum possibilitatis profectum, sed et voluntatis affectum, et actionis effectum, a Dei gratia esse ille sensisset. Eius

ver-

(1) Cap. v. (2) Cap. 34. et 35.

verba sunt (3): «quantum atinet ad istam de diuina gratia, et adiutorio quaestionem tria illa, quae apertissime distinxit, attendite, posse, velle, et esse; id est possibilitatem, voluntatem, actionem. Si ergo consenserit nobis non solum possibilitatem in homine, etiamsi nec velit, nec agat bene, sed ipsam quoque voluntatem, et actionem, id est, vt bene velimus, et bene agamus, quae non sunt in homine, nisi quando bene vult, et bene agit, si, vt dixi, consenserit, etiam ipsam voluntatem, et actionem diuinitus adiuari, et sic adiuari, vt sine illo adiutorio nihil bene velimus, et agamus, eamque esse gratiam Dei per Iesum Christum Dom. Nost. in qua nos sua, non nostra iustitia iustos facit, vt ea sit vera nostra iustitia, quae nobis ab illo est, nihil de adiutorio gratiae Dei quantum arbitror, inter nos controversiae relinquatur.»

Haec ex Augustino, teste omnium locupletissimo erga Pelagianae haeresis status, variasque mutationes didicimus. Sed fuit et huic haeresi quatuor veluti status sub Coelestio. Interiorem quippe gratiam, quam hominibus dari tandem concessit Pelagius, sed ad hoc tantum, vt quae facere per liberum arbitrium iubentur, facilius possint implere per gratiam, Coelestius absolute necessariam statuit, non ad inchoanda quidem, sed ad perficienda virtutum opera, in quo Pelagii errorem utcumque moderatus est; nec tamen a praecipuo dogmate, dati, scilicet, gratiam secundum merita recessit, quum ad boni operis initium nullus interioris gratiae necessitatem agnouerit, sed illud a natiuis liberi arbitrii viribus duxerit. Audiendus iterum Augustinus (4) Iulianum sic loquentem inducens: «hominem Dei opus defendimus, nec ex illius potentia, vel in bonum, vel in malum, inuitum aliquem cogi, sed propria voluntate, aut bonum facere, aut malum, in bono vero opere a Dei gratia semper adiuari, in malum autem Diaboli suggestionibus incitari.» Cui occurrit gratia vindex: «vos in bono opere sic puritas adiuari hominem gratia Dei, vt in excitanda eius ad ipsum bonum voluntate, nihil eam credatis operari, quod satis ipsa tua verba declarant; cur enim non dixisti hominem Dei gratia in bonum opus excitari, sicut dixisti in malum Diaboli suggestionibus incitari? Sed dixisti in bono opere semper a

Tom. III.

G

Dei

(3) Cap. 47.

gian. cap. 18.

(4) Lib. 1. cont. duas Epist. Pelag.

Dei gratia adiuuari, tamquam sua voluntate, nulla Dei gratia, bonum opus aggressus, in ipso iam opere diuinitus adiuuetur, pro meritis videlicet bonae voluntatis, vt reddatur debita gratia, non donec indebita, ac sic gratia iam non sit gratia. Et alio loco (5) de quarto hoc Pelagianae haeresis statu ait: hoc nobis obliendum putarunt, quod inuito et reluctanti homini Deum dicamus inspirare non quantumque boni, sed et ipsius imperfecti cupiditatem. Fortassis ergo ipsi eodem modo saltem seruant gratiae locum, vt sine illa putent hominem posse habere boni, sed imperfecti cupiditatem, perfecti autem non facilius posse, sed nisi per illam omnino non posse. Verum et sic gratiam Dei dicunt secundum merita dari, quod in Oriente Pelagius Ecclesiasticis gestis damnari timendo, damnauit. Si enim sine gratia Dei per nos incipit cupiditas boni, ipsum coeprum erit secundum meritum, cui tanquam ex merito gratiae veniat adiutorium; ac sic gratia Dei non gratis donabitur, sed merito nostro dabitur.

Ceterum, licet huc tandem Coelestius, Iulianus, alique Pelagiani adducti sint, multum tamen eos inter, et Massilienses discriminis reperitur, vt Augustinus docet (6). Pelagiani enim fidei, bonorumque operum initium ad naturam, ad gratiam vero solam eorundem perfectionem referebant: Semipelagiani contra fidem inter, et quae hanc subsequuntur pietatis opera distinguentes, primum fidei initium ex nobis esse sentiebant, bonorum autem operum inchoationem ipsam ex gratia, quae tamen merito fidei credentibus concederetur. Alios item errores hi adseruerunt, a quibus Pelagiani constantissime abhorruerunt, vt suo loco trademus.

Erratum praeterea et a Pelagio est erga habitalem gratiam. Hanc cum agnouisse persuasum nobis est; praecipue ex ipsius Pelagii verbis apud Augustinum (7). Ecce illa: vide quid Christiani facere possunt, quorum in melius per Christum instaurata natura est, et qui diuinae quoque gratiae inuuantur auxilio. Et etiam naturam in melius instauratam, remissionem vult intelligi peccatorum. Quod alio loco in hoc ipso libro satis demonstrauit, vbi ait, etiam illi, qui longo peccandi vsu quodammodo obduruere, instaurati per poenitentiam possunt.

Ipsae insuper Augustinus tradit (8), docuisse Pelagianos paruulos esse

(5) Lib. 11. cap. 8.

(6) Lib. de praed. Ss. cap. 1.

(7) De Grat. Christ. cap. 37.

(8) Lib. 1. cont. Iulianum cap. 4.

esse baptizandos, non quidem vt illis originale remittatur peccatum, sed vt ipsis addatur sanctitatis decus, atque ornamentum, vsurpantes Chrysostomi verba dicentis (9): non enim tantum sunt liberi, sed et sancti; non tantum sancti, sed et iusti; non solum iusti, sed et filii; non solum filii, sed et haeredes; non solum haeredes, sed et fratres Christi; nec tantum fratres Christi, sed et cohaeredes; non solum cohaeredes, sed et membra; non tantum membra, sed et templum; non tantum templum, sed et organa Spiritus.

At Pelagium, Pelagianosque omnes habitalem gratiam sensu recto, ac catholico non agnouisse disserte Augustinus affirmat, ubi scribit (10): istam quippe gratiam, qua iustificamur, id est, qua charitas Dei diffunditur in cordibus nostris per Spiritum Sanctum qui datus est nobis, in Pelagii, et Coelestii scriptis, quaecumque legere potui, nusquam ea inueni, quemadmodum confitenda est, confiteri. Non enim remissionis gratia quemadmodum confitenda est, ille confitetur, qui illam dari secundum merita per solam arbitri facultatem comparata adserit; qui insuper existimat valere tantummodo gratiam huiusmodi ad remissionem peccatorum commissorum; non vero ad adiuuandum, ne committantur: Pelagius tenebat non a Deo gratiam homines accipere, sed a se ipsis illam habere, qua liberantur ab impietate, et hanc secundum merita nostra dari, vt Augustinus testatur (11): rursum, tenebat auxilium gratiae Saluatoris in hoc positum esse, vt ignoscat commissis praeterita, non vt adiuuet ad futura vitanda, vt ipse Augustinus scribit (12): ille ergo gratiam habitalem non confitebatur, quomodo confitenda est, sensu scilicet catholico.

His, quae de Pelagiana haeresi erga gratiam diximus, addenda erant, quae Pelagii genus, professionem, ac res gestas spectant: ea item quae de Coelestio, et Iuliano dici possent plurima; sed et obuia haec in Ecclesiae historiis sunt, et, quod caput est, aliena ea a nostro instituto censemus: non enim agimus historicos. Itaque assumtum insequentibus, quotquot fulmina in hanc pestilentissimam haeresim iacta sint, sequenti capite declarabimus: alia quoque attingemus Tironibus nostris vel maxime seiri necessaria.

(9) Ex Homil. quam de baptizatis habuit.

(10) De grat. Christ. cap. 30.

(11) Haeresi 1cviij.

(12) Lib. de nat. et grat. cap. 34.

CAPVT VII.

De eodem argumento: deque haeresis Semipelagianae initis, atque progressu.

Ad extirpandam Pelagianam haeresim Romani Pontifices, Concilia, Ecclesiae Patres, Christiani etiam Principes conuicti sunt. Vingtiquatuor enumerantur Concilia, quorum definitionibus damnata est. Ea ordine collegit, ac indigitauit Bertius (1). Ex Patribus primus fuit Hieronymus. Is scripsit aduersus Pelagii errores Epistolam ad Marcellinum lxxxii. Edidit praeterea tres Dialogos collata inter Atticum et Critobolum altercatione. Insuper oppugnauit hanc haeresim in praefationibus ad libros quatuor in Hieremiam. Extant eiusdem argumenti Epistolae Hieronymi ad Alipium, et Augustinum.

Quid autem Augustinus? Pelagianos Ille errores praefocauerat, antequam vulgarentur, in libris de libero arbitrio, de duabus animabus, in quaest. ad Simplicianum, et in Sermonibus quibusdam ad populum habitis. Postea vero quam erumpere coepit peruersum dogma edidit Augustinus libros tres de peccatorum meritis, et remissione in quibus maxime disputatur de paruulorum baptismo ad delendum originis peccatum: quos quidem Fl. Marcellino dicauit. Eisdem inscripsit etiam librum de Spiritu et littera, in quo ostendit posse hominem diuino auxilio fretum multas, magnasque virtutes exercere; sed ad iustitiam habendam necessariam praeter legem esse gratiam, quae imbecillum erigat voluntatem, Pelagianorum impugnata impeccantia. Dedit postea Epistolam ad Honoratum ordine cxx. nunc cxi. quam in libris Retractorum S. Doctor librum appellat, et in qua noui haeretici exagitantur. Pertrinxit quoque *Ingratus* sermone, quem habuit in natali S. Iohannis Baptistae in celebri conuentu Carthaginensi de verbis Apostoli xiv. Scripsit Epistolam lxxxix. ad Hilarium contra Pelagianos in Sicilia commorantes, nunc ordine cxvii. Librum item de natura et gratia contra illum, quem scripserat Pelagius de natura. Innumera alia scripsit, egique, quae ne multi simus, malumus praetermittere.

Prodire insuper aduersus hanc Haeresim, eiusque patronos nonnulli

(1) Lib. xiv. cap. 4.

nullae Imperiales constitutiones. Anno siquidem ccccviii. Honorius et Theodosius Iunior, data Rauennae lege Pelagium Coelestiumque damnarunt, et vtrumque Roma extrudi iusserunt, idemque sequenti anno nouo rescripto confirmarunt ad Aurelium Carthaginensem Episcopum directo. Anno ccccxxi. Pelagianos Romae latitantes suo edicto abegit Constantius Caesar Honorii gener. Quum autem tunc Pelagiani non pauci sacras, Galliarum Prouinciae praesertim, sedes obtinerent, nihil non egerunt Theodosius Augustus, ac Valentinianus Caesar, vt eos ad meliora reuocarent. Quare hanc legem tulerunt: »Imperator Theodosius Augustus, et Valentinianus Caesar »Armatio Viro Illustri Praefecto Praetorio Galliarum. . . . Diuc- »sos vero Episcopos nefarium Pelagiani, et Coelestiani dogmatis er- »rorem sequentes per Patroclum Arelatensem Metropolitanum Sacro- »sanctae legis Antisitem iussimus conuenire, quos quia confidimus »emendari, nisi intra viginti dies ex conuentionis tempore, intra »quos deliberandi tribuimus facultatem, errata correxerint. . . . »Gallicanis regionibus expelli, et in eorum loco Sacerdotes fideles »iubemus subrogari, quatenus praesentis erroris macula de populo- »rum animis tergatur, et futurae bonum disciplinae iustioris insti- »tuatur. . . . Dat. vii. Idus Iulias Aquileiae D. N. Theodosio Augu- »sto xi. et Valentiniano Caesare Consulibus, an. nimirum ccccxxv. «

Qui vero ad meliora animum traduxerint, qui in errorem obfirmati e Gallis tandem fuerint extrussi, incompertum. Exploratum tamen, hinc petenda Semipelagianae haereseos initia; Caesararum enim legum metu percussi Episcopi quidam, quo dignitati, libertatique suae consulere, extremum Pelagii repudiarunt errorem, eiusque temperationem quandam fecerunt, quam et in discipulos deritarunt, qui propterea Semipelagiani dicit, seu media parte Pelagiani. Animaduertit hoc el. Christianus Lupus sapientissime, ubi ait (2): »per Patroclum Arelatensem Episcopum, ac laudatam Valentiniani legem correcti in Gallia Episcopi, reliquere discipulos »eruditione, et pietate illustres; verum qui Pelagianis erroribus ita »valuedicerent, vt tamen in S. Augustini aduersus illos scriptis quae- »dam improbarent. « Quid autem in Augustini aduersus Pelagianos scriptis improbat in Gallis multi, quaque ad Pelagii errorem temperationem, eam tamen falsam, et peruersam adhibuerint, vnde possumus certius, apertiusque nosse, quam ex Ss. Piosperi et Hi-

(2) In opusc. posth.

Hilarii ad Augustinum litteris, quibus eundem certiore fecere, quantum eius contra Pelagianos scripta, liber praesertim de correptione et gratia, multorum in Gallis animos offensus, quamue grauis Massilienses potissimum inter Monachos de eisdem extorta fuisset contentio?

Igitur hinc primo noscimus nouos hosce Augustini doctrinae aduersarios neque paucos, neque vulgares fuisse, sed plurimos, eosque doctrina, pietate, ac etiam dignitate spectabiles: quorum tam abrupta dissentio (scribebat Prosper) primum propter ipsos metuenda est; ne tam claris, tamque egregiis in omnium virtutum studio vitis spiritus Pelagianae impietatis illudat, deinde ne simpliciores quique, apud quos horum magna est de probitatis contemplatione reuerentia, hoc sibi tutissimum aestiment, quod audiunt, eos, quorum auctoritatem sine iudicio sequuntur, adserere. Exin intelligimus quid in Augustino velut contrarium Patrum opinionum, et sensum Ecclesiae reprehenderent, quae vero ipsi valde perniciosa sentirent, quae nisi ad patronum fidelis, Augustinum nempe, retulisset, Prosper reum crederet se futurum. Pergit itaque Prosper dicens: haec enim ipsorum definitio, atque professio est: omnem quidem hominem Adam peccante, peccasse, et neminem per opera sua, sed per Dei gratiam regeneratione saluari, vniuersis tamen hominibus propitiationem, quae est in Sacramento sanguinis Christi, esse propositam, ut quicumque ad fidem, et ad Baptismum accedere voluerint, salui esse possint, qui autem credituri sunt, quae in ea fide quae deinceps per Dei gratiam sit iuuanda, mansuri sunt, praescisse Deum ante mundi constitutionem, et eos praedestinasse in regnum suum, quos gratis vocatos, dignos futuros electione, et de hac vita bono sine excessu, eos esse praeciderit; ideoque omnem hominem ad credendum et ad operandum diuinis institutionibus admoneri, ut de apprehendenda vita aeterna nemo desperet, quum voluntariae deuotionis remunerationis sit parata; hoc autem propositum vocationis Dei, quo eligendorum, vel relictendorum dicitur esse facta discretio, et lapsis curam resurgendi adimere, et Sanctis occasionem teporis afferre, eo quod in vtraque parte superfluous labor sit, si neque reiectus vlla industria possit intrare, neque electus vlla negligentia occidere. ceterum.

Quidam vero horum in tantum a Pelagianis semitis non de-

cli-

clinant, ut quum ad confitendam eam Christi gratiam, quae omnia praueinat humana merita, cogantur, ad conditionem hanc velint cuiusque hominis pertinere, in qua cum nihil prius merentem, quia nec existentem liberi arbitrii, et rationalem gratia creatoris instituat, ut per discretionem boni, et mali, et ad cognitionem mandatorum eius possit suam dirigere voluntatem, et atque ad hanc gratiam, qua in Christo renascimur, peruenire, per naturalem scilicet facultatem petendo, quaerendo, pulsando, ut ideo accipiat, ideo inueniat, ideo introeat, quia bono naturae bene usus, ad istam saluantem gratiam initialis gratiae ope meruerit peruenire. Propositum autem vocantis gratiae in hoc omnino definitum, quod constituerit Deus nullum in regnum suum nisi per Sacramentum regenerationis assumere, et ad hoc salutis donum omnes homines vniuersaliter, siue per scriptam legem, siue per euangelicam praedicationem vocari, ut et qui voluerint, fiant Filii Dei, et inexcusabiles sint, qui fideles esse noluerint, et consequens putant, ut quia praeuicauerit, ideo dicitur non obedisse, quia noluit, fidelis quoque non dubitetur ob hoc deuotus fuisse, quia voluit, et quantum quisque ad malum, tantum habeat facultatis ad bonum, parique momento animum se vel ad vitia, vel ad virtutes mouere, quem bona appetentem gratia Dei foueat, mala sectantem damnatio iusta suscipiat. . . . Nec considerant se gratia Dei, quam comitem, non praeciam, humanorum volunt esse meritorum, etiam illis voluntatibus subdere, quas ab ea secundum suam phantasia non negant esse praueinas, sed in tantum commentitilis quibuscumque meritis electionem Dei subiciunt, ut quia praeterita non extant, futura, quae non sunt futura, confingunt, nouoque apud illos absurditatis genere, et non agenda praescita sint, et praescita non acta sint. ceterum.

Pro vniuerso autem hominum genere mortuum esse Dominum nostrum Iesum Christum, et neminem prorsus a redemptione sanguinis eius exceptum. . . quia ad homines omnes pertineat diuinae gratiae Sacramentum, quo ideo plurimi non renouantur, quia, quod nec renouari velle, habeant, praenoscurum: itaque quantum ad Deum pertinet, paratam omnibus vitam aeternam; quantum autem ad arbitrii libertatem, eam ab his apprehendi, qui Deo crederint, et auxilium gratiae merito credulitatis acceperint; in istam vero talis gratiae praedicationem. . . ideo se

vel

»vel maxime contulerunt, quia si confiterentur ab ea omnia bonâ
 »merita praecueniri, et ab ipsa, vt possint esse, donari, necessi-
 »tate concederent, Deum secundum propositum, et consilium vo-
 »luntatis suae, occulto iudicio, et opere manifesto, aliud vas
 »condere in honorem, aliud in contumeliam . . . Sed refugiunt
 »istud fateri, diuinoque adscribere operi Sanctorum merita formi-
 »dant, nec adquiescunt, praedestinatum electorum numerum, nec
 »augeri posse, nec minui, ne locum apud infideles, et negligen-
 »tes cohortantium incitamenta non habeant, ac superflua sit indu-
 »stria, ac laboris inditio. . . Ita demum enim posse quemque
 »ad correctionem, aut profectum vocari, si se sciat sua diligentia
 »bonum esse posse, et libertatem suam ob hoc Dei auxilio iuan-
 »dam, si quod Deus mandat, elegerit, ac sic, quum in his qui
 »tempus acceperunt liberae voluntatis, duo sint quae humanam ope-
 »rentur salutem, Dei scilicet gratia, et hominis obedientia, prio-
 »rem volunt obedientiam esse, quam gratiam, et initium salutis
 »ex eo qui saluatur, non ex eo credendum sit stare, qui saluat,
 »et voluntas hominis diuinae gratiae sibi parat opem, non gratia
 »sibi humanam subiciat voluntatem.

Perversissima haec esse intelligens Prosper, ad ea quidem non
 credenda constantem se esse testatur; sed ad auctoritatem talia senti-
 entium non parem; nam eorum multi vitae merito praestabant, ali-
 qui et Summi Sacerdotii dignitate insignes erant, nec facile quis-
 quam praeter paucos perfectae gratiae intrepidus amatores audebat
 tantis superiorum disputationibus aduersari: quare Augustinum ro-
 gat inixe, vt suam de his velit aperire sententiam, et ait: »quia
 »in istis Pelagianae prauitatis reliquis non mediocris virulentiae fi-
 »bra nutritur, si principium salutis male in homine collocatur, si
 »diuinae voluntati impie voluntas humana praefertur, vt ideo quis
 »adiuerter, quia voluit, non ideo quia adiuuatur, velitis si ori-
 »ginaliter malus receptionem boni non a summo bono, sed a se-
 »metipso inchoare, male creditur; si aliunde Deo placetur, nisi ex
 »eo, quod ipse donauerit; tribue nobis in hac causa, Papa bea-
 »tissime, Pater optime, quantum donante Domino potes, diligen-
 »tiam pietatis suae, obsecro, vt quae in istis quaestionibus obscu-
 »riora, et ad percipiendum difficiliora sunt, quam lucidissimis ex-
 »positionibus digneris aperire; ac primum, quia plerique non pu-
 »tant Christianam fidem hac dissentione violari, quantum in eo-
 »rum

»rum persuasione periculi sit, patefacias; deinde, quomodo per
 »istam praecoperantem, et cooperantem gratiam liberum non im-
 »pediatur arbitrium, tum vtrum praescientia Dei ita secundum pro-
 »positum maneat, vt ea ipsa, quae sunt proposita, sint accipien-
 »da praescita. « cett.

Exscribere haec dignum duximas, quibus omnium oculis, co-
 rum praecipue qui in his controuersis instruendi sunt, subilicere-
 mus, noua non esse, quae ad creandam inuidiam Ss. Augustini et
 Thomae de praedestinatione gratuita, et praecuenientis, ac praeco-
 operantis gratiae necessitate et energia doctrinae opponi non desi-
 nunt, sed ab ipso Saeculi V. initio a viris quum moribus, tum
 studio, et eloquio claris, contra Augustinum magna animorum con-
 tentione iactata, nihili idcirco pendenda, quum ab Augustino, eius-
 que discipulis copiosissime ac validissime fuerint confutata.

Quae Prosper, eadem et scripsit ad Augustinum Hilarius La-
 eus, Augustino iam notus, addens in fine Epistolae: »haec mi
 »Pater, et alia interminabiliter plura, vt summa mea vota confi-
 »tear, per me deferre maluissim, vel quia hoc non merui, sal-
 »tem prolixiore tempore omnia, quibus mouentur, collecta diri-
 »gere, vt quidquid de hac re contradicitur, quatenus refelli, vel
 »si id non potest, tolerari deberet, audirem. Sed quia neutrum ex
 »voto pronenit, malui, quomodo potui, haec comprehensa dirige-
 »re, quam penitus de tanta quorundam contradictione reticere. . .
 »Sed nunc summam, quantum festinatio perlatoris admisit, haec
 »vciut commonendo suggesti. Tuae sane prudentiae est, dispice-
 »re quid facto opus sit, vt talium et tantorum superetur, vel tem-
 »peretur intentio. . . Nec mireris, quod aliter, vel aliqua in hac
 »Epistola addidi, quantum puro, quae in superiore non dixeram
 »talis est enim nunc eorum definitio, praeter illa, quae fortas-
 »se per festinationem, aut obliuionem praeterii. «

Annotat vtriusque votis Augustinus, et, quo delatas ad se lit-
 teras, Massiliensium querelas, obiectionesque dilueret, erroresque
 refutaret, libros duos iisdem Prospero et Hilario inscriptos edidit,
 quorum prior est de Praedestinatione Ss., alter de dono perseueran-
 tiae. Quae horum in Ecclesia Dei semper fuerit, debeatque aucto-
 ritas esse, declarauit dudum Hormisdas Papa, inde potissimum per-
 discendum restans, quid de libero arbitrio, et gratia Dei Roma-
 na sequatur, et seruet Ecclesia: quare Sancti Africani Praesules pro

fide catholica in Sardiniam relegati hoc de iis perhonorificum tulerunt testimonium. »Prae omnibus studium gerite, quos ad Prosperum, et Hilarium scripsit, memoratis fratribus legendos ingerere, quorum mentionem sanctae memoriae Hormisdas Apostolicae Sedis gloriosus Antistes in Epistola, quam consulenti se sancto fratri, consacerdoticum nostro Possessori rescripsit, cum magno praeconio catholicae laudis inseruit, cuius haec verba sunt: »de arbitrio tamen libero, et gratia Dei, quid Romana, hoc est, catholica sequatur, et seruet Ecclesia, haec in variis libris B. Augustini, et maxime ad Prosperum, et Hilarium abunde possit cognosci, tamen et in scriptis Ecclesiasticis expressa capitula continentur.«

Quid demum infaustae huius Pelagianismi sobolis factum? Etsi illam, mox ut a Prospero et Hilario per litteras certior factus est, in laudatis, quos ad eosdem dedit, libris de Praedestinatione Ss. et de dono Perseuerantiae, validissime exagitaerit, refelleritque Augustinus; eoque in Coelum recepto Prosper in Epistola ad Rufinum in carmine de Ingratis, in respons. ad capit. obiect. Gallorum, ad capit. obiect. Vincent. ad excerpta Genuensium, in libro cont. colatorum, et ubi strenue oppugnarit, Gallias tamen ultra annos centum illa turbauit, donec solemn. saepiusque iterato Ecclesiae iudicio obtrita, atque extincta est. Audite non pigeat eximium Saeculi IX. Scriptorem S. Remigium Episcopum Lugdunensem scribentem (3): »de B. Augustini libris in quibus ex necessitate nouae, id est, Pelagianae, haeresis destruendae, et fidei catholicae defendendae, instantissima intentione de nat. et grat. de Praed. Ss. et dono Perseu. de grat. et lib. arbit. de Correp. et grat., et de Bapt. paruulorum, iuxta profunditatem Scripturae Sacrae, et Euangelicae, atque Apostolicae doctrinae regulam, multipliciter disputauit, adhuc ipso uiuente, sicut Prosper et Hilarius ad eundem scribunt, et multo magis post obitum eius, propter obscuritatem rerum, et tarditatem minus intelligentium, multiplex quae, et maxime intra Gallias exorta est. Sed continuo per diuinae misericordiae prouidentiam, et Conciliis, ac statutis Beatissimorum Patrum, et decretis, ac auctoritate Apostolicae Sedis Pontificum solertissime sedata, atque sanata, ita ut stultis, atque in-

»di-

(3) In lib. de tenenda immobiliter auct. fideliter sectanda cap. 4. Scrip. S. veritate, et Ss. Orthodox. PP.

»disciplinatis quaestionibus silentium imponeretur, et Sanctissimi, et sincerissimi Doctoris auctoritas in omnibus Ecclesiis, atque in ipsa Sede Apostolica confirmaretur.«

Exin recitatis S. Coelestini I. Rom. Pontificis ad Galliae Episcopos litteris, sic concludit: »hunc igitur Beatissimum et fidelissimum Doctorem, et Patrem semper in communionem Sedis Apostolicae habitum, ab eius etiam Pontificibus inter magistros doctrinae fidei venerabiliter receptum, et ab ipsis tam clare et honorifice contra obloquentes, et obtrectantes defensum; ita ut imposito improbis silentio, omnem de eo mussitationem comprimentam, ac repellendam decernerent, etiam nos tota fidei deuotione honoremus, toto studio, et intentione pietatis sequamur. . . . Ommino absit, ut abieclamus clarissimae veritatis dogmata, quae in verissimis, et probatissimis libris eius, non solum in ceteris mundi partibus, sed etiam in ipsa Sede Apostolica, omnis catholica suscipit, et seruat Ecclesia.«

Ne Ecclesiasticae Historiae plane icunus, qui Remigium, dum ait contentionem de Augustini libris in Gallis exortam, »Conciliis, ac statutis Beatissimorum Patrum sedatam, atque sanata,« statim non intelligat, ad Arausicanam II. et Valentianam Synodos digium intendisse, quarum definitionibus ab Apostolica Sede probatis darum, et diuturnum hoc cum Semipelagianis bellum Catholicorum profligatum, confectumque. Ad priorem Synodum anno dxxxix. habitam transmissos a Felice IV. qui tunc Romae sedebat, Canones ad extirpandas Pelagianae haeresis reliquias, eorundem Praefatio declarat. Haec autem vnde conflat, quam ex ipsis Augustini sententis, quemadmodum Eruditis viris animaduersum? His etiam nonne praeuae ipsae Cassiani et Fausti adsertiones pene syllabarim perstrictae, atque damnatae, ut cl. Norisius ostendit (4) Valentinae Synodi anno dxxxii. aut xxxiii. celebratae, cuius, quod dudum intercederint Acta, praetermissa fere a Scriptoribus mentio, Cypriano S. Caesarii Arelatensis Antistitis discipulo notitia accepta referenda est in eiusdem vita scribenti (5): »multi quidem aemuli surrexerunt, qui eius resisterent doctrinae de gratia praedicanti: sed ob sollicitas aemulanda, Etiam susurris et mala interpretatione quorundam oboritur in Galliarum partibus contra praedicationem hominis Dei, frustra sinistra suspicio. Ob hoc Antistites Christi

H 2

»vl-

(4) Lib. II. Hist. Pelag. cap. 23. (5) Lib. I. cap. 30.

»vtra Isaram consistentes, charitatis amore collecti in Valentina Ci-
»uitate conueniunt, quo etiam B. Caesarius infirmitatis causa, so-
»licitatus, sicut disposuerat, properare non potuit.« ceter.

Quod vero Remigius ipse scribit: »decretis, et auctoritate A-
»postolicae Sedis Pontificum, et excitatas de Augustini libris tur-
»bas compressas, et impositum scultis, ac sine disciplina quaestio-
»nibus silentium, et confirmatam in omnibus Ecclesiis, atque in
»ipsa Apostolica Sede, Augustini auctoritatem, eiusque dogmata,
»non solum in ceteris mundi partibus, sed et in ipsa Apostolica
»Sede, ab omni catholica Ecclesia suscipi, atque seruari,« quo
»spectat? Peruulgatum est, neque ignorari nisi ab Ecclesiasticae Hi-
»storiae omnino rudibus potest, celeberrimum S. Coelestini I. ad Gal-
»liarum Episcopos rescriptum, quo, post eximie commendatam Au-
»gustini doctrinam, iubet imponi inprobis Augustino, tamquam ne-
»cessarium modum excesserit, obloquentibus silentium; cessare de
»tali re querelam in posterioribus consistere nouitate ab incessenda
»vetustate; et inquietudinem ab Ecclesiarum quiete turbanda. Ver-
»rum paullo longiores in his describendis fuimus.

CAPVT VIII.

Ioh. Chrysostomum a Semipelagianismo vindicat.

S. Ioh. Chrysostomus a Semipelagianorum errore lon-
ge est.

Vnica argumentatione S. Doctoris apologiam adornamus. Etenim
ille absdubio ab errore huiusmodi longe distat, eundemque potius
praefocat, qui Semipelagianorum capitale dogma relicto, fontes e
quibus illud manauit, designat, porissimam rationem, qua explo-
ditur, suppeditat, verba autem, quibus Canones illud damnantes
efformantur, subministrat: haec Chrysostomus scriptis suis praestat:
non ergo ille Semipelagianus, sed Semipelagianorum oppugnator di-
cendus est. Singula percurramus: principio, Chrysostomus in cap. II.
Epistolae ad Ephesios ita scribit (1): »ne beneficiorum magnitu-
»do extollat te; vide quomodo te reprimat. Gratia, inquit, per
»fidem. Deinde ne rursus liberum arbitrium perimeretur, nostra
»etiam

(1) Hom. IV.

»etiam adhibuit, atque iterum illud idem sustulit dicens; et hoc
»non ex nobis. Non enim fides, inquit, ex nobis. Nisi enim ve-
»nisset, nisi vocasset, quomodo credere potuissemus? Quare nec
»fidei nostrae est, sed Dei: illud ipsum donum Dei est, ne quis
»glorietur, vt nos erga gratiam gratos reddat.« Et expendens ea
»Pauli ad Rom. verba: »vide bonitatem Dei,« ceter. ait (2): »non
»dicit, vide igitur virtutem tuam, aut labores tuos, sed Dei boni-
»tatem, ostendens quod vniuersum ex superna gratia sit factum,
»instituentisque credentem, vt tremat.« Quid vero expressius dici
»posset ad praefocandum capitale Semipelagianorum dogma; scilicet
»initium fidei, aut bonae voluntatis ex nobis esse?

Praeterea, aperissima Chrysostomi sententia est, Deum non
praecuenire humanas voluntates, vti Manichaei dogmatizabant, ne-
cessitate quidem impellente; sed ita expectare voluntatis nostrae de-
liberationem, et opus, vt nostrum sit aut ad ignem, aut ad aquam
manum extendere; ita tamen, vt nihil quod ad veram, et Chri-
stianam spectat virtutem a nobis fieri nisi post gratiam possit; tam-
etsi haec non sic nos praecueniat, vt liberum voluntatis praecueniat
arbitrium. Negat enim in Epistolam ad Hebraeos scribens (3); au-
xillium praemouens, necessitatem voluntati inferens, dum ait: »non
»praecuenit, ne perdat liberum arbitrium.« Et in Epistolam II. ad
Corinthios (4) aperte dicens: »manifestum est sua quemque vo-
»luntate vel malitiam, vel virtutem eligere. Verum in nostra vo-
»luntate totum post gratiam Dei relictum est.« Quae quidem Chry-
sostomi sententiae Semipelagianorum errorem in suis momentis op-
pugnant; nempe Deum hominum voluntates expectare; ac exten-
dere tota die manus suas ad non credentes, et contradicentes; nec
non hominum esse praeparare animam suam.

Verum audiendus praecipue Chrysostomus illud Apostoli testi-
monium I. ad Corinthios expendens: »quid autem habes, quod
»non accepisti?« Sic enim scribit (5): »sed esto sis laudandus,
»et reuera habeas donum, et hominum iudicium non corrumpa-
»tur; sed neque sic oportet superbia efferri, quippe qui non ex
»te habes, sed a Deo accepisti. Quid igitur te habere simulas
»quod non habes? Sed esto habeas, habent et alii tecum. Igitur
»quod accepisti habes, neque hoc tantum, et illud, sed quidquid
»ha-

(2) Hom. XII.
(3) Hom. XII.

(4) Hom. XII.
(5) Hom. XII.

»habes: non enim merita haec sunt, sed Dei gratia. Quamuis fidem adducas, a vocatione eam accepisti; quamuis peccatorum veniam adducas, quamuis dona, quamuis virtutes, omnia inde tribi prouenerunt. Quid igitur, quaeso, habes, quod non acceptum habes? « Singulare certe argumentum hoc est, quo vsi sunt Canone vi. Concilii Arausicani Patres.

At quemadmodum huius Canonis verba ex Chrysostomi Homiliis sumta sunt, sic et alterius Canonis numero tertii. Est huiusmodi: »si quis inuocatione humana gratiam Dei dicit posse conferri, non autem ipsam gratiam facere vt inuocetur a nobis, contradicit Isalae Prophetae, vel Apostolo idem dicenti: inuentus sum a non quaerentibus me, palam apparui his, qui me non interrogabant. « Videamus modo quid Chrysostomus sentiat in Epistolam ad Romanos scribens (6): »non dicit, quod ipsi per se Deum atrahere potuerint; sed et eorum, qui ex gentibus credebant, factum deiciens, ostendensque quod totum gratia sua perfecit, dicit, ego palam apparui illis, et ego inuentus sum. « Vel ipsos ergo Arausicanæ Synodi Canones in Chrysostomo legimus.

Nec contra S. Doctoris orthodoxiam faciunt, quae Gabriel Vazquez adducit (7): sunt haec: Homilia xii. docet Chrysostomus Deum voluntatem nostram attendere: Hom. xxvii. ait, aliquam ex nobis poenitentiam esse, ac proinde dilectionem, et spem; quae tamen de se non sufficiat ad peccatum delendum, nisi accedat Dei gratia. Quam ipsam doctrinam repetit Chrysostomus in Homilia de Daniele, et Sermone i. de verbis Domini. Addit Vazquez (8): Homilia xvii. in Iohannem haec verba Chrysostomus habet: »hinc admoneri possumus Deum suis in nos beneficiis nostras non praecuenire voluntates, sed a nobis incipiendum esse. « Et Homilia xii. in epistolam ad Hebraeos: »oportet nos eligere primum, quae bona sunt, et tunc ipse quae sua sunt introducit: non enim antecedit nostras voluntates, ne laedatur arbitrium. « Habet similia Homilia xxvi. in Genesim de Noë: in Psalmum cxx. et Homilia viii. in Epistolam ad Romanos. Ex quibus omnibus hocce Vazquezius efformat argumentum: in eandem certe cum Semipelagianis conspiciat sententiam quisquis tenet virtutem a nobis esse; nos diuinis beneficiis non praecueniri; nostrum esse principium bonorum operum ad

(6) Hom. xviii.

(7) Disp. lxxxix. cap. 4.

(8) Disp. xci. cap. 8.

ad nos pertinere, vt velimus et praeceligamus; et gratiam dari his, qui praebent se dignos gratia: haec omnia Iohannes Chrysostomus tenet: consentit igitur ille Semipelagianis.

Sed fallitur Vazquezius; nec Chrysostomi verborum sensum intelligit. Itaque Homilia xlii. in Genesim sermonem S. Dr. instituit de Eleemosina in qua Deus voluntates nostras respicit, non census; probatque exemplo mulieris, quae in gazophilacium duo tantum minuta proiecit, ac viduae Saraprenae, quae Eliam Prophetam pavit. Rependit quidem Deus huic voluntati gratiarum remunerationes; ast non est voluntas haec a nobis sine gratia, Chrysostomo ipso docente; animaduertit enim Saraprenam mulierem a Deo praecceptum, et gratiam habuisse, vt Prophetam pasceret, ac adductis illis Scripturae verbis: »praecipiam mulieri viduae, vt pascat te: « ait: »vide spiritus gratiam dilecte. « Quod si hac ipsa Homilia inquit, nos a Deo adiuari dum ad virtutum agones cernitur; de gratia cooperante ille loquitur; opponens virtutem gratiae illi, qui spectant quidem, sed non adiuuant decerrantes in ludis olympicis.

Item Homilia xxvii. demonstrat, iustificationis gratiam non conferri adultis, nisi eos poeniteat, nisi sperent, nisi diligant. Quid vero haec doctrina cum errore Semipelagiano habet commune? Haberet, si ad poenitentiam gratiam non requireret; sed hanc eodem in loco ille commendat in sermo, cui Dominus debitum dimissit, addens: »bonus Dominus non solum quantum petit, sed quantum »ne cogitare quidem ausus fuit, dedit. Is enim eius mos est, vt »vincat, et praecueniat petitiones nostras. «

Similiter in Homilia de Daniele de augmento gratiarum loquitur. Etenim Daniel, puerique alii iusti erant; et illos gratia praecuenit benedictionibus dulcedinis. Quae insuper Iohannes Chrysostomi non est, Eruditorum plurimorum iudicio.

Loquitur et de gratiarum augmento, vbicumque de iusti orationem instituit. Nam quum Noë perfectus dicatur, non consideratur a Chrysostomo in principio, sed in progressu virtutis: nec gratia cooperans praecuenientem gratiam tollit, quemadmodum subsequens, ac perficiens non tollit cooperantem.

In Homilia vero xvii. in Iohannem sermonem habet de beneficiis collatis Andreae, quem sponte vocationi obtemperantem, Apostolum Dominus constituit, ac familiaritate donauit.

Instep̄ in Homilia xii. ad Hebraeos excludit praemorem necessitantem; atque fit sermo de iis, qui stant, currunt, et potestatem habent non dandi in commotionem pedem suum; non de iis, qui sunt in priuatione gratiae. Colligitur id ex verbis sequentibus; nempe: «etiamsi curras, etiamsi studium adhibeas, ne tutum existimes, si quid roctum gestum est. Nisi enim coelesti auxilio poteris omnia frustra sunt.»

Postremo in Epistolam ad Romanos Homilia viii. loquitur Chrysostomus de gratia sacrificante: habet enim eodem loco: «accedit fides per gratiam attracta.»

Atque sic Chrysostomi mente intellecta, et exposita, sic tandem argumento Vazquezii, vere quidem vitreo, in forma respondemus: in eandem cum Semipelagianis conspirat sententiam, qui tenet virtutem a nobis esse; nos diuinis beneficiis non praueuientis nostrum esse principium bonorum operum; ad nos pertinere ut velimus, et praeclegamus, gratiam dari iis, qui praebent se dignos gratia; excludendo inquam gratiam praemouentem, et praueuientem; concedo: qui tenet virtutem esse a nobis deliberate operantibus, et volentibus post gratiam praueuientem, et inspirantem nobis bonam voluntatem indeliberatam; qui docet nos praueuere diuina beneficia, quae sunt gratiarum augmenta, sanctitas, et iustitia, incrementa virtutum, aliaque huiusmodi; qui tenet nos praeclegere, et velle quatenus in voluntate nostra totum post praemouentem gratiam relictum est; qui tenet denique Deum non antecedere voluntates nostras praemouitione necessitante, atque impellente, nego. Quam igitur longe, lateque demonstratum sit Iohannem Chrysostomam nullibi gratiam praemouentem, ac praueuientem excludere, habeamusque claram, expeditamque, omnium eius sententiarum intelligentiam, immerito carpitur ille a Vazquezio tanquam Semipelagianorum fulgine adpersus. Quin et iure ille velut erroris istius praeficator habendus est.

CAPVT IX.

De aliorum virorum, Sanctorum etiam, doctrina, semotis praehudicis fertur iudicium.

Neque Cassianus, neque Faustus Reiensis Episcopus a Semipelagianismo possunt excusari.

Etiam Vincentius Lirinensis, atque Hilarius Arelaten- sis inter Semipelagianos sunt connumerandi.

Ducunt nos in sententiam hanc irrefragabilia quorundam Scriptorum testimonia; Pontificum quoque decreta; ipsorum demum virorum, quos accusamus, scripta. Ac pro prima propositione demonstranda haec in manu habemus. I: Isidorus Pelusiorum Cassiani discipulus, hunc loquacem, et temerarium appellat, et doctrinae S. Augustini impugnatorum (1). Ado Viennensis scribit (2): «ope- ra illius (scilicet Cassiani) a Catholicis cautissime legenda, maxime de libero arbitrio, et gratia.» Thomas Braduardinus Cassiani sententias appellat (3), «haereticas, et Pelagiano veneno praegnantes.» Baronius tandem, ne alios numeremus, scribit (4): certo falli qui Cassianum credunt «fuisse ex omni parte Catholicum.» Consentiant iis omnes fere Scriptores.

II. Gelasius in decreto, post recepta opuscula Prosperi, addit: «opuscula Cassiani Presbyteri Galliarum apocrypha.» Vbi sane apocrypha dicuntur, quod doctrinam continent non vndequeque Catholicam; non quod incertum illa auctorem habeant; nam Cassiani nomen ibi affigitur: nec quod diuinae auctoritatis non sint; nam dicuntur quoque apocrypha hoc sensu opera Prosperi, aliorumque Sanctorum, quae tamen ibi recipienda, et custodienda dicuntur.

III. S. Prosper, quem summopere Ecclesia in Martyrologio commendat, quod catholicam fidem aduersus Pelagianos, et Semipelagianos defenderit, in Cassiano refutando maximum contulit studium; editis etiam contra illum scriptis.

IV. Officium generalis Inquisitionis Hispaniae hanc Thomae de Tem. III. I Iru-

(1) Epist. ccc. x.

(3) Lib. ii. de causa Dei cap. 4.

(2) In Chronicis ad annum ccccxxv.

(4) Ad annum ccccxxxii.

Ituren propositionem damnauit: »Cassianus non fuit Semipelagianus.« Vt legere est apud Gonzalez (5).

V. Cassiani verba ipsum produunt. Etenim in collationibus (6), posteaquam scripserat non solum actuum, sed etiam cogitationum bonarum ex Deo esse principium; quae verba catholica esse videntur, capite sequenti venenum spargit, scribens: »vt autem euidentius clareat etiam per naturae bonum, quod beneficio creatoris indultum est, nonnumquam bonarum voluntatum prodire principia, quae tamen nisi a Domino dirigantur, ad consumationem virtutum peruenire non possunt, Apostolus testis est dicens: velle adiacet mihi, perficere autem bonum non inuenio.« Quid amplius desiderandum in Cassiano? Manifeste ille bonae voluntatis initium ex nobis reperit, exponens quae dixerat tertio capite intelligenda esse, aut de gratia conditionis, qualis est facultas arbitrii, aut de eo quod accidit nonnumquam, et in portione, non in vniuersitate bonorum, vt S. Prosper animaduertit (7). Habet similia Cassianus per totam Collationem xiii. et de Institutis Monachorum loquens (8): vbi docet, inesse naturaliter cuique animae virtutum semina creatoris beneficio inserta; conatus humanos gratiam praecedere; diuinamque misericordiam conferri laborantibus; ac desudantibus; aliaque bene multa, quae purum putum Semipelagianismum continent.

Sunt vero his aequalia, quae pro Fausto accusando habemus momenta. I. Faustum tamquam Christi gratiae inimicum egregie refutauit Iohannes Marentius, vti testantur Patres Africani in Sardinia exules, et inter eos Fulgentius (9). Ipse Fulgentius septem libros aduersus Faustum conscripsit; vt affirmat S. Isidorus Hispalensis (10), aliique. Aduersus eundem Faustum, Augustini, seu Ecclesiae, de gratia doctrinam propugnauit Caesarius Arclatensis, vt constat ex Ennodio Ticinensi (11). Postremo, Petrus Diaconus Fausti doctrinam Ecclesiae plurimum esse nociuam demonstrat (12).

II. In capite *Sancta Romana* Fausti opuscula reliciuntur vt apocrypha. Hormisdas quoque in Epistola ad Possessorem declarat Fausti scripta non esse recipienda.

III. Sy-

(5) Cont. iv. art. 9.

(6) Collat. xiii. cap. 5.

(7) Cap. xiii. num. 8. Lib. cont. Cass. anam.

(8) Lib. xii. cap. 14.

(9) Lib. 1. de Verit. Praed.

(10) In Cat. Vir. Illust. cap. 14.

(11) Apud Baron. ad annum dccc.

(12) Tract. de Incarn. et grat.

III. Synodum Arausicanam contra Faustum fuisse potissimum celebratam Cardinalis Norisius testatur (13).

IV. Libri ipsius Fausti eum Semipelagianum demonstrant. In altero siquidem de libero arbitrio (14) docet, in electione ad gratiam »obseruari merita;« Abelem diuini placuisse oculis »per inuitum a Deo generaliter bonum, atque per propriae voluntatis affectum;« dari aliquam fidem per legem inscriptam visceribus, ob quam »bonum credulitatis non nouellum est priuilegium, sed vetustum;« inter ipsa mundi coalescentis exordia datam hominibus virtutem fidei, quoniam inspirauit Deus »animae notitiam suam.« Et infra (15) exemplo Gentilium nictur ostendere, per legem naturae indiscrete vigentem inter sensum cuiusque hominis »in esse homini intellectum Dei pariter, et cultum;« ante munera Redemptoris circa rationabilem creaturam semper »auctoris dona viguisse, na conditore quidem summo perscripta per naturam, sed per gratiam confirmanda;« hoc nostrum esse, vt qui pro fragilitate idonei non sumus, »quaerendi et pulsandi importunitate placeamus,« perfectissima prouidentia »hominem conditum ad sanctae imaginis »dignitatem laboribus, et conditionibus explorare;« vilescere gratiae oblationem, »nisi fuerit obedientiae praemissa deuotio;« non esse in quo succundet benignitas largientis, »si non prius explorata fuerit inquiringis auditas.« His similia permulta in scriptis suis Faustus firmavit; quibus constat non admississe gratiam Saluatoris, nisi ad consummationem, perfectionemque virtutis; ad initium vero fidei tantummodo naturae bona, et gratiam legis, et doctrinae.

Aecedit: in id Faustum nisus, ac molitiones suas intendisse, praec aliis, vt diuiniae gratiae defensores velut praedestinatianos traderet; quod fuit in Semipelagianis Genile; vt de praedestinatiua Haeresi agentes Recentiores Theologi communiter tradunt: fuit ergo Faustus nedum Semipelagianorum errore imbutus; sed et eorum antesignanus, et princeps.

Secundam propositionem, qua parte Vincentium Lirinensem tangit, sumimus ex Norisio (16), Natali Alexandri (17), Pagio (18), aliisque eruditissimis viris. Quorum haec sunt praecipua ar-

(13) Lib. ii. cap. 25.

(14) Cap. 6.

(15) Cap. 10.

(16) Lib. ii. Hist. Pelag. cap. 11.

(17) Tom. v. Hist. Ecclesiast.

(18) Ad an. ccccxxxiv.

guamenta. I; in Lib. Commonitorii (illas viliissimo, et doctrinae plenissimo) Vincentius ipse se multipliciter Semipelagianum declarat, ipsa eorum decreta tradens. Principio enim illud statuit, quod vniuersis hominibus gratia communis est: datur etiam quaerentibus, et pulsantibus, neque admittendam gratiam aliquam specialem pro electis. Scribit siquidem (19): »audent docere quod in Ecclesia sua, »id est, in communionis suae conuenticulo magna, ac specialis, »ac plane personalis quaedam sit Dei gratia, adeo vt sine villo labore, sine villo studio, sine vlla industria, etiamsi nec petant, »nec quaerant, nec pulsant, quicumque illi ad numerum suum pertineant, tamen ita diuinitus dispensetur, vt angelicis euecti manibus, numquam possint offendere ad lapidem pedem suum.« Deinde statuit, quod Semipelagianis familiare fuit, Augustinum in exponendis diuinae praedestinationis mysterio, et dono perseuerantiae modum excessisse. Nampe ait: »Sancti cuiusdam viri memoriam »tamquam sopitos iam cineres profana manu ventilant, et quae »silencio sepeliri oportebat rediuita opinione diffamant.« Quae Lirinensis verba non nisi de Augustino dicta sunt intelligenda, quem Semipelagianii arbitrantur, nec prodendum esse, nec approbandum. Atque id ipsum ille addit dicens: »nec approbandum esse, nec »prodendum.«

Pergit vterius, statuitque Augustini doctrinam in iis tantum libris excipiendam, in quibus cum antiquis Patribus concordare existimetur, reuocandamque quoad scripta de necessitate gratiae »ad »initium sanctae credulitatis.« Quoniam et postrema Augustini scripta Papa Coelestinus reiecit, improbavitque. Haec sunt eius verba: »hic aliquis fortasse addubitet quinam sint illi, quos habere »prohibeat liberum pro voluntate sermonem, vetustatis praedicatorum, an nouitatis inuentores? Ipse (Coelestinus) dicat, et dubitationem legentium ipse dissoluat.« Igitur Vincentius Lirinensis ceteris Semipelagianis morem in his gessit, illisque adhaesit.

II. argumentum: modum etiam aliorum Semipelagianorum Lirinensem fuisse securum ex eo apparet, quod Pelagianos saepius redarguit in commonitorio (20); et Augustinum nec minimum curat, neque vel semel commemorat, quadrimum in refellendis Pelagianis frequens oblata fuit occasio: id enim proprium Semipelagianorum perpetuo fuisse, Fausti, Cassiani, et Gennadii libri suadent, velut

(19) Cap. 37.

(20) Capitibus 3. 13. et 14.

validissima exempla: resantur Coelestini litterae, ac Prosperi opera. Adnumerandus ergo ceteris Semipelagianis ille est.

III: indubium, quin Vincentius aliquis Semipelagianus fuerit: extat enim Prosperi opus contra obiectiones Vincentianas. Tres autem Vincentii nomine appellatos nouimus; scilicet Vincentium Lirinensem, Vincentium Victorem, et Vincentium Presbyterum, cuius meminit Gennadius (21); in quos suspicio huiusmodi cadere possit. At neque Vincentius Victor, neque Vincentius Praesbyter Vincentianas obiectiones scripserunt: non primus: quum enim hic Augustini libris iam pridem fuisset confutatus, si ad ingenium ille rediisset, ei Prosper veterem contumaciam, atque superbiam exprimeret. Deinde: post Augustini mortem nulli omnino in Africa extitere Semipelagiani; exorti e contrario plures in Galliis sunt; quos contra Prosper neruose pugnavit. Sed nec secundus: hic nempe floruit plisquam sexaginta annis post excitationem in Galliis Semipelagianorum tumultus, et post Prosperi obitum, qui quidem configit anno cccclvii. vel saltem cccclvi. vt alii contendunt. Neque Semipelagianismus exortus extremis Prosperi diebus fuit, sed iam ab anno cccclxxix. Augustinus dedit operam, vt illum scriptis suis eliminaret. Relinquitur ergo, quod Vincentius Monachus Lirinensis obiectionum auctor fuerit, proindeque Semipelagiano errore imbutus.

IV: quae verba Coelestinus aduersus Semipelagianos doctrinae Augustini detrahentes ad Episcopos Galliae scripserat, nempe: »desinat si ita res est, incessere nouitas vetustatem,« Vincentius sic contra Hilarium, et Prosperum intorquet (22): »desinat, inquit, »si ita res est, id est, si ita est, vt apud me quidam Vrbes, et »Prouincias nostras criminantur, quod eas quibusdam nouitatibus »consentire, noxia dissimulatione faciat; desinat itaque, inquit, »si ita res est, incessere nouitas vetustatem. Ergo haec fuit beati »Coelestini beata sententia, non vt vetustas cessaret obdure nouitatem.« Ita Lirinensis. In quibus multa peccat. Primo enim ferit Prosperum, et Hilarium: soli enim hi ex Galliis ad Coelestinum profecti fuerant, eius contra Semipelagianos auctoritatem imploraturi; neque alia eo tempore dissidia suborta sunt, aut saltem non alia compescere missa ad Antistites Galliarum Epistola Coelestini studuit. Secundo, carpit Vincentius Hilarium et Prosperum tamquam criminatores, illosque despectui habet, quum vtriusque

(21) Cap. lxxx. de Viris illustribus.

(22) Cap. xliii. Commonitorii.

solicitudinem Coelestinus eidem litteris commendauerit. Tertio, quum Hilarius et Prosper quosdam Praesbyteros apud Coelestinum accusarent, Vincentius, quasi esset Semipelagianismus communis Gallorum fides, ait vocasse in crimen Vrbes, et Prouincias. Quarto, trina repetitione illius parenthesis, si ita est, suadere videtur, aut illatam accusationem esse falsam, aut Coelestinum non habuisse delatoribus fidem. Postremo, ea conclusione: »ergo haec fuit beati Coelestini beata sententia,« satis ostendit Lirinensis nouitatem doctrinae Augustini non debere incessere perantiquam a Massiliensibus propugnatam: obiecebant enim Massilienses S. Augustini discipulis istorum sententiam erga praedestinationem nouam esse, et cum antiquorum Patrum doctrina pugnare. Igitur Vincentius Lirinensis hoc etiam capite Semipelagianum se prodir.

Id et de S. Hilario Arelatensi secunda propositionis parte firmamus: abstinemus a quaestione illa, an scilicet exploratum sit Hilarium errorem suum abdicasse: et hoc vnum opinamur, certum esse illius Semipelagianismum. Nobis momentum est Epistola S. Prosperi haec ad Augustinum scribentis: »nam vnum eorum praecipuae auctoritatis, et spiritualium studiorum virum S. Hilarium Arelatensem Episcopum sciat Beatitudo tua, admiratorem, secretorem, que in aliis omnibus tuae esse doctrinae, et de hoc quod in querelam trahit, iam pridem apud sanctitatem tuam sensum suum per litteras velle conferre. Sed quia verum hoc facturus, aut quo fine sit facturus, incertum est.« cert. Quod testimonium adeo clarum est, ait Natalis Alexander (23), vt nemo diffiteri possit Hilarium errore Semipelagianorum imbutum fuisse. Quin ab hac non sententia dimouere valeat quod nonnulli scripserint legendum pro Hilario Honoratum: nam mss. omnia Hilarium habent, vt adnotant doctissimi PP. Mauro-Benedictini (24). Neque intelligendus est Prosper de Hilario altero, qui vna simul ad Augustinum scripsit: Hilarius enim hic Laicum se nominat, eumque Augustinus filium appellat. At Hilarius de quo Prosper Arelatensis Episcopus erat: vnde in eum conuenite haec nequeunt, vt iidem S. Mauri Patres obseruant (25). Non ergo de Semipelagianismo Hilarii Episcopi Arelatensis dubitare possumus extrante hocce Prosperi testimonio.

Nec tamen adeo certum existimamus quod Hilarius errorem suum

(23) Tom. v. Hist. Ecclesiae.

(25) Vbi supra.

(24) Tom. x. operum S. August.

um non deposuerit. Sunt qui eius abdicacionem certissimam videant (26). Malumus tamen nos nostram cum Norisio nescientiam profiteri (27). Quod si extremum istud vltro daremus, nihil certe inde pro Hilario a Semipelagianismo vindicando adiumenti consequeretur.

CAPVT X.

Quae Apologistae nonnulli concinnant vt Sanctos viros a Semipelagianismi labe purgent imbecilla ostenduntur.

Nemo quantumvis eruditus, et Sacerus, non interdum alucinatur, non alicubi caecuit, non quandoque labitur, aiebat cl. Melchior Canus (1). Nihil enim erratum in libris deprehendi, felicitas est, quam solis Scripturis canonicis, diuinisque voluminibus inesse voluit Deus, quemadmodum grauissime ac verissime Augustinus tradidit. Neque eorum virtuti, ac sanctitati aliquid derogat, quod vt homines, summi licet, in errorem quandoque descenderint; praecipue dum de his sermo intercedit, qui intricatissimas gratiae, ac libertatis quaestiones ante exploraram Veterum traditionem, expressasque Conciliorum, ac Pontificum definitiones pertractarunt. Hinc Prosper ipse Semipelagianos Massilienses Dei seruos appellat (2). Quidni nos appellabimus Sanctos, imo et Sanctissimos Lirinensem, Hilarium, alios? Solam doctrinae falsitatem hic accusamus, non illorum personas, non pernicitiam, non errorem etiam voluntarium.

Hoc si ipsorum Apologistae opportune distinguerent, vel eorum vindicias desererent, vel saltem nos in nostro abundare sensu absque conuiciis permetterent. Eos praesertim hoc laborare vitio agnouimus, qui Vincentij Lirinensis sanctitatem passim obtrudunt, vt illius accusatores deterreat; eosque vtro Sanctissimo iniurios declarant. Vtinam foecundiori illi minerua id praestarent. Pugnanti enim arundineis armis; quemadmodum sumus osensuri.

Ac pro Cassiano vindicando ita Antonius Boucat argumentatur: Cassianus Collat. iii. cap. iv. sic loquitur: »ex Deo quidem est quoties inspiratio quaedam immissa in cor nostrum, nonnumquam etiam dormientes nos ad desiderium vitae aeternae, et sa-

»lu-

(26) Ballerini lib. ii. obseruat. cap. 8.

(1) Lib. vii. cap. 3. concl. ii.

(27) Lib. ii. Misc. Pelag. cap. 13.

(2) In Epist. ad Augustinum.

luti exsuscitat. « Rursus Collat. xiii. cap. iii. » quibus manifeste colligitur non solum actuum, verum etiam cogitationum bonarum ex Deo esse principium, qui nobis et initia bonae voluntatis inspirat, « cetera. Additque Boucat: S. Prosperum damnare in Cassiani collationibus non sensum Cassiani, sed Abbatis Chaeremonis. Quum enim sit liber collationum Patrum, solummodo ad sensum auctoris collationis, nusquam vero auctoris libri spectandus est.

Deinde, ut alii argumentantur, Cassiani collationes a summis, Sanctisque viris, scilicet D. Benedicto (3), Iohanne Climaco (4); Petro Damiano (5), summopere commendantur. Quin et Cassianus tanquam Sanctus colitur in Monasterio S. Victoris prope Massillam; celebraturque S. Cassiani festiua dies x. Kalendas Augusti. Neque insuper Cassianus in Semipelagianorum damnatione expresse vniquam nominatur.

Postremo aiunt: quum Cassianus S. Ioh. Chrysostomi discipulus fuerit, si huius de gratia doctrina catholica est, catholica etiam Cassiani doctrina erit.

Pro vindictis autem Fausti texendis pauca haec Sirmondus producit (6). Scilicet Faustum accusarum fuisse tanquam Semipelagianum a Ioh. Maxentio, homine quidem haeresi Eutychniana infecto. Addit: haud mirandum Afros Patres Faustum contumeliose fuisse insectatos, quos errore praedestinatorum fuisse detentos constat. At quoque, falsum oppido esse, Fausti libros a Gelasio Papa fuisse damnatos, eos apocryphos declarando.

Quae vero in Vincentii Lirinensis defensionem obiciunt Franciscus Macedo, et Bruno Neusser hoc ordine dant: I. Reuera Vincentius Semipelagianus non fuit, si obiectionum Vincentianarum auctor non est: at illum auctorem non esse multa suadent: nam Vincentius Pelagianorum hostis infensissimus fuit; laudat in suo Commonitorio (7) epistolam Coelestini contra Semipelagianos; doctissimus tandem ac disertissimus quum fuerit ille, non nisi iniuria eidem obiectiones possent attribui, quae, ut inquit Macedo, absurdas adeo, et insulae sunt, ut vomam, et camerinam moueant. Probabilis ergo adseritur auctorem illarum obiectionum, non Lirinensem, sed Vincentium alium praesbyterum esse.

II. Im-

(1) Cap. 24. Regulae.

(2) Gradu IV. Scaelae.

(3) Lib. v. Epistolar. cap. 19.

(6) In Hist. Praedestinat.

(7) Cap. 44.

II. Inmerito Vincentius Semipelagianus audit ob egregium suum Commonitorio opus: ab omnibus enim istud mirifice commendatur. Falsum deinde est in hoc opere loqui Vincentium contra Augustini discipulos, quos optime nouerat a Coelestino laudatos. Item illa operis verba: « in Conuenticulo Ecclesiae suae, » quibus eius Semipelagianismus arguitur, non Sectors S. Augustini doctrinae, sed aliquam congregationem haereticorum aperte significant. In sensu item catholico explicari petunt verba illa (8): « audent polliceri, et docere, » cetera. non in sensu Semipelagianorum. Ex hoc ergo capite excusandus etiam Lirinensis est.

III. Egregia Lirinensis sanctitas eum ab omni Semipelagianismi labe purgat. Scripsit enim ille post Coelestini Epistolam, qua Semipelagianismus damnatus est. Vel ergo ignorabat ille hanc Coelestini Epistolam, vel non? Si non ignorabat, pertinacia haeresis in eo fuit: si ignorabat, ignorantia haec vincibilis certe erat, neque a peccato eum excusare poterat: sicut inexcusabiles iuxta Norisium fuerit Faustus, alique Semipelagiani. Ad haec: Norisius ipse Semipelagianos vocat calumniatores, lupos, hypocritas: et ut ex Augustino colligitur (9), iam tunc erat damnatus Semipelagianismus vna cum haeresi Pelagiana: proinde Semipelagiani omnes haeretici erant. Igitur quum Vincentii sanctitas per Ecclesiam constet, nec peccatum, nec haeresis in eo admitti debent.

IV. Qui sunt Lirinensis accusatores? Non alios nisi Vosium, Norisium, ac Lupum sortitus ille est. De cetero eius doctrinam, atque virtutem demittantur omnes: inique ergo Semipelagianis accensur.

His argumentis vtuntur etiam Macedo, et Neusser in Hilarii defensionem. Atque haec addunt: I. Hilarius anno ccccxxix. nondum erat Episcopus: liquet enim ex paraenetica Eucherii ad Valerianum, Hilarium induisse Monachum Lirinensem, quando S. Petronius electus est Antistes Bononensium, id est, anno ccccxx: scribit siquidem Eucherius: « Hilarius nuper, et in Italia nunc Antistes Petronius, ambo ex illa plenissima, ut aiunt, mundanae potestatis sede, vnus in Religionis, alter in Sacerdotii nomen ascendit. »

II. Augustinus de dono Persecutionis scribit (10): « nunc factom. III. K » cio

(8) Cap. xxxvii.

(9) Cap. 11. de Praed. Sa.

(10) Cap. 27.

«cio libros, in quibus opuscula mea retractanda suscepi.» At libros Retractionum Augustinus expleuit anno ccccxxvii. vt Norisius tenet (11). Hilarius igitur et Prosper ante annum ccccxxviii. ad Augustinum contra Semipelagianos scripserant, quando certe Hilarius Episcopus Arelatensis non erat.

III. Hilarium Arelatensem esse reuera auctorem Epistolae ad Augustinum contra Massilienses scriptae multa suadent. Nam primo, S. Prosper affirmat Hilarium Arelatensem velle cum Augustino sensum suum per litteras conferre. Deinde Augustinus respondens Prospero nullam fecit Hilarii mentionem: quod nouisset optime ingeniam ipsius fidem. Insuper, Augustino notus iam erat Arelatensis, illum in Africa audierat, et ad eum scripserat Syracusis Epistolam: non ergo Semipelagianus Hilarius Arelatensis est. Haec obiciunt.

Sed in promptu est ad omnia responsio. Ad primum itaque primi ordinis, eorum, quae Boucat pro vindicando Cassiani opponit, dicimus, nihil ibi defensorem Cassiani proferre, praeter verba. Quae enim adducit ex cap. iv. Collationis iii. aperte demonstrant Cassianum fateri gratiam in portione, vt Prosper loquitur, quam negabat in vniuersitate vocatorum.

Aduerbum illud *nonnumquam* id sane ostendit, vt cuique constat. Sed et addit ille, «nonnumquam etiam conatus bonae voluntatis vel exigit, vel expectat.»

Id autem quod ex cap. iii. Collat. xiii. Boucat profert, his verbis Prosper ostendit (12): «Doctor catholice, cur professionem tuam deseris? Cur ad famosam falsitatis caliginem relicta serenissima veritatis luce deuoluas?» Cassianus enim, quae antea dixerat, ita explicat, vt dicat omne donum descendere a Patre luminum, quatenus naturae bonum creatoris beneficio indultum est, et nonnumquam in portione vocatorum gratia etiam dormientes exsuscitet. Quae adnotans Prosper inquit (13): «post haec concludit, quia etiam suis interdum motibus homo ad virtutum appetitus potest extendi; semper vero a Domino indigeat adiuuari. Et vbi est quod regulari definitione praemissum est, non solum actuum, vt verum etiam cogitationum bonarum ex Deo esse principium, qui et incipit quae bona sunt, ex exequitur, et consummat in nobis? Ecce hic etiam si bonis caeptis necessarium Dei fateris auxilium, ipsos

(11) Lib. i. Hist. Pelag. cap. vltimo. (12) Num. 13.

(13) Cap. 1. n. 7.

«ipsos tamen laudabiles motus, appetitusque virtutum, remota gratia Dei, nuda libertati adscribis arbitrii.»

Quod tandem in argumenti confirmationem adducit defensor multis refelli valet. Cur enim Cassianum adeo ardenti studio conatur ille defendere, etiam contorto textu capitis tertii, si Prosper non Cassiani, sed Chaeremonis sensum redarguit; si in Collationum libris nusquam sensus auctoris spectandus est, si non Cassiani, sed Abbaris, quae ibi leguntur sunt? Sed verum hoc modo sit, non loquitur in Collationibus Cassianum: an non loquitur in proprio quidem sensu ille, dum de Monachorum Institutis scribens (14), definit: «perfectionem sine gratia Dei a nemine consummari, sed primam gratiam praesto esse, occasione sibi tantummodo a nobis bonae voluntatis oblata?» Numquid Chaeremonis verba hic tantum Cassianus refert? Atqui se hoc dicere declarat. An libri de Monachorum Institutis Cassiani non sunt? At hoc dicere audebit nullus: relinquatur ergo Cassianum eos ex propria scripsisse sententia; quemadmodum et scripsit Collationum libros; atque vrbique Semipelagianismum sparsisse.

Secundi argumenti haec est solutio: merito Cassiani Collationes a summis illis Sanctissimisque viris laudari, quemadmodum et a Gregorio, Dominico, ceterisque: continent enim plura vtilissima in his quae de Religiosorum institutione tradit; sed est cum palca triticum; hocque diligenter discernendum.

Quod certe nihil eius sanctitati derogat, vt initio capitis praemonebamus. Hanc nos veneramus, maxime ob Magni Gregorii testimonium, vbi Monasterium in honorem S. Cassiani consecratum laudat (15). Tametsi non desint qui de eius sanctitate dubitent, quod illum S. Prosper hypocrisis, et superbiae accusare videatur. Opinamur tamen Prosperi in Cassianum accusationem doctrinam tantum spectare, non personam.

Hanc deinde lure merito non fuisse damnatam, quod non cordis perulacia, sed ignorantia errabat, existimans errorem suum ab haeresi Pelagiana procul abesse. Vnde Prosper scribit (16) Collationem nec cum haereticis, nec cum catholicis plenam habere concordiam; et de ipso, ceterisque Semipelagianis addit (17): «quoniam tamen dum adhuc non sunt a fraterna societate diuisi, toleran-

K 2

» da

(14) Lib. xii.

(16) Cap. 3.

(15) Lib. iv. Epist. xii.

(17) Num. 121.

„da magis est intentio, quam desperanda correctio.“ Eodem itaque consilio, quo nomini, et personae Pelagii pepercit Augustinus, antequam damnaretur, et reus fieret tergiversationis, et pertinaciae; quo Baii quoque nomini in suarum propositionum damnatione Pius V. pepercit, ut eius honorem saluaret, factum et id est in Semipelagianorum damnatione cum viris sanctitate, et doctrina conspicuis.

Tertium quod obicitur hoc pacto Habert (18) dissoluit: quod Cassianus a Ioh. Chrysostomo expulsus fuit ab Ecclesia Constantinopolitana, in qua Diaconi officio fungebatur. Sed hanc Habertii opinionem, Trithemius licet auctoritate iniuxam, multa contradicunt: praecipue quod Cassianus ad finem vsque vitae suae Praeceptoris sui Chrysostomi studiosissimus fuerit. Vnde malumus dicere, Cassianum nonnullas Chrysostomi sententias non fuisse assequutum; proindeque errasse.

Argumenta vero Sirmondi sic reuincuntur. Primum quidem, iniuriam maximam Ioh. Maxentio imponere; quum Maxentius Orthodoxus reuera fuerit. Falsum deinde supponere; quum non Maxentius solus, sed et alii viri Sanctissimi, Romanique Pontifices, Fausti Relensis Semipelagianismum arguerint.

Secundum quoque, commentum de haeresi praedestiniana statuit, quod viri eruditissimi communiter reliciunt. Quod si reapse hoc extitisset, qua fronte Africanis Patribus, Fulgentio maxime, poterit tribui?

Tertium demum omni solido fundamento destitutum est. Reputat siquidem eiusmodi denegatio Hormisdæ litteris, ipsius Geasii decreto, ac Sanctorum testimonis: hinc Baronius adfirmare audet haud posse qualibet Apologia Faustum purgari. Ita Sirmondi argumenta soluta sunt.

Neque est cur multum insudemus etiam in argumentis pro Lirinensis defensione, tertio ordine locatis, soluendis. Pro primo enim hoc habemus responsum. Nullum ex allatis momentis suadere, non esse Vincentii Monachi Lirinensis obiectiones Vincentianas. Non primum: quoniam Semipelagiani omnes Pelagianos odio habebant, ut constat ex Prospero contra Collatorem, et ex ipso Fausto (19). Credebant enim Semipelagiani peccato primi hominis obnoxium nasci genus humanum, nec ab isto malo nisi per iustitiam secun-

„di

(18) Lib. II. cap. 17.

(19) Lib. I. de libero arbit.

„di hominis aliquem liberari,“ ut testis est Augustinus (20). Nec secundum: nam Coelestini Epistolam Vincentius contra Hilarium et Prosperum artificiose detorquet. Nec tertium: idem enim hominis ingenium elucet in obiectionibus, et in Commonitorio, ut legenti constabit. Neque postremum: floruit enim Vincentius ille presbyter diebus Gennadii, Prospero iam e viuis sublato: vnde non nisi ineptissime illi opus illud adiudicaretur.

In secundo soluendo illud principio fatemur, quod certum est Commonitorium scilicet Lirinensis vtilissimum vere esse in iis, quae Patrum traditiones, earumque vsum spectant: quemadmodum Cassiani Collationes maxime viles sunt in iis, quae Monachorum Institutionem spectant, proindeque vtrumque opus laudandum. Verum non ita in eo, quod Semipelagianorum errorem instaurant. Semipelagiani existimabant Coelestinum vnice approbasse Augustini doctrinam superioribus libris expressam, non postremis, vbi de electione secundum propositum, ac de gratiae ad initium fidei necessitate disputat. Et sic Lirinensis opinatus est. Praeterea, etiam Semipelagiani S. Augustini discipulos tanquam praedestinatianos habebant. Nihil igitur mirum quod Vincentius *Conuenticulum* dixerit eorum palaestram. Neque sensum verum, atque Augustiniano conformem verba Commonitorii admittunt: iuxta hunc enim confertur quandoque specialis gratia non quaerentibus, nec pulsantibus; imo necessaria illa est ut quaeramus, et pulsemus. Numquidnam sic Vincentius intelligendus?

Ad tertium soluendum eadem dicimus, quae de Cassiani sanctitate supra dicebamus: nos scilicet Lirinensis sanctitatem summopere venerari. Tamen quae in probationem ducta sunt non eam habent firmitatem, ut a Semipelagianismo cum excusent. Itaque ad primum respondemus: non ignorasse Lirinensem, sicut et reliquos Semipelagianos, Coelestini Epistolam, in qua haeresis iudicium exprimebatur; sed existimabant Pontificem non omnia ea Epistola comprobasse, quae Augustinus scripserat: maxime quod capitula Epistolae annexa, in quibus damnatio Semipelagianismi continetur, Coelestini non sunt. At haec ignorantia facile vinci ab eis potuit diligentiori studio, ac labore. Nec tamen haeresis eos accusamus, quum simus a S. Thoma edoceri, neque vincibilem ignorantiam peccatum esse, si erga ea versetur, quae quis scire non tenetur (21). Hinc re-

(20) Cap. I. de Praed. Ss.

(21) Prima Secunda quaest. LXXVI. art. 2.

recte scripsisse Norisium iudicamus, Faustum, aliosque Semipelagianos non potuisse per ignorantiam inuincibilem excusari, quoniam non fuit in eis huiusmodi ignorantia: haec enim est, quam nulla ratione potest quis superare. Excusari autem Faustus, aliique ex Semipelagianis potuere per ignorantiam vincibilem eorum, quae scire non tenebantur. Et hoc pacto secunda probatio soluta esto.

Tertia hac distinctione evanescit. Inter Semipelagianos fuere aliqui, qui S. Augustini doctrinam execrabantur non intelligendo, alii vero qui eam vituperabant intelligere nolendo, ut ait Prosper (22). Priores appellat ipse Prosper Fratres, Dilectores, et Sanctos; atque hos inter Vincentium, et Hilarium connumeramus. Posteriores Calumniatores, Lupos, et Hypocritas Norisius merito dicit (23); erant enim eiusmodi, verbo saltem.

Quod loco ultimo repositum est, hanc admittit explicationem: ignorabant ex Semipelagianis plurimi suam sententiam in Pelagio fuisse damnatam; ignorantia quidem vincibili, uti supra explicabamus: unde peccatam his haeresis nota imputaretur. Ut enim (24) scribit Norisius ad usque Arausicanæ Synodi sub Felice IV. actatam, quia Semipelagianismus damnatus est, citra laesae fidei crimina propugnabatur: quare nullatenus sunt Sanctis viris iniurii illi Theologi, qui eos Semipelagianorum sententias tenuisse ante illius Concilii celebrationem firmant.

Quartum tandem argumentum quam est illud imbecillum? Damus modo contrariis sententibus tres tantum ab eis designatos Vincentium accusare. Suntne illi e triuio Theologi, quibus non sit consentiendum? Atqui Vostus eximius scriptor sane est in his quae ad eruditionem attinet: nec sunt Norisius, et Lupus indigni, qui in prima eruditorum classe locentur. Nonit litterarum respublica quod dicimus; eosque ut maximos grauissimosque scriptores semper venerata est.

At falsum certe est, non alios extrare Lirinensis accusatores. Gloriarur Norisius (25) suam sententiam probari Garnerio (26), Claudio Frassen (27), Altemio (28), Patribus Mauro-Benedictinis (29), Tho-

(12) In Praefat. ad obiecta Gallo-

(13) Lib. II. Hist. Pelag. cap. 10.

(14) Eodem lib. cap. 21.

(15) Ad scrup. Anonymi Dissert. III.

S. 2.

(26) Dissert. I. cap. 6.

(27) Tract. II. Disp. 3.

(28) Dissert. VIII. de scriptis St. Leonis, et Prosperi.

(29) Tom. X. Op. S. Aug. in Ap.

Thomasino (30), Basilio Poncio (31), quibus addendi Natalis Alexander (32), Pagius (33), Graueson (34), ac FrancoLinus (35). Non igitur singularis haec sententia dicenda est, non impia, neque in Sanctos viros contumeliosa, nisi velimus viros Theologos, et numero, et auctoritate venerandos, iniuste et inique notare.

Ex argumentis autem pro Hilario vindicando postremo loco productis, primum manifestam praesertim falsitatem: quod scilicet Hilarius electus non sit Arelatensis Episcopus anno ccccxxxix. Constans enim est Honoratum Hilarii praedecessorem Patroclo subrogatum fuisse anno ccccxxvi. Sedisse item duobus annis, et diem extremum clausisse mense Ianuario anni ccccxxxix. ut legitur in Oratione funebris in eius laudem ab Hilario habita. AEquae constat ex vita Hilarii ab Honorato Massiliensi conscripta Episcopum renunciatum Hilarium fuisse, statim ac morti Honorati praedecessoris sui interfuit. Verborum igitur Eucherii hic est planus, apertusque sensus: »Hilarius nuper Antistes Arelatensis, et Petronius nunc Episcopus in Italia,« cetera. Adeo ut ly nuper ad Hilarii Episcopatum, non ad Monachatum sit referendum. Eucherius enim ipse in libro de laudibus Eremiti edito anno ccccxviii. mentionem facit ipsius Hilarii iam Monachi Lirinensis, ut observat Pagius (36).

Auctoritas Augustini, cui secundum inicitur argumentum, nihil Hilario fauet. Non enim fuit Augustini consilium libros solum retractare, sed et Opuscula, et Epistolas, et denique omnes tractatus iudicialia sceleritate recensere, ut ipse scribit (37). Licet ergo expleuisset ille anno ccccxxvii. duos Retractionum libros, a Iuliano tamen, ac Semipelagianis ad noua certamina prouocatus, haud potuit, uti inceperat, opuscula alia retractare. Et de his opusculis loquutus est de dono Perseuerantiae scribens.

Quae tertio loco, et argumento ducta sunt, nullius momenti iudicamus. Quod enim aperre Prosper dicat Epistolam scriptorem Hilarium Arelatensem fuisse, somnium aduersariorum est, error etiam ac falsitas. Arelatensis enim admodum iuuenis se in Monasterium recepit, ut Eucherius scribit, nec vniquam in Africa fuit. Itaque Hilarius ille, qui cum Prospero egit, ut suis litteris Augu-

(30) Dissert. XIII. in Synodos.

(31) Prima Parte Relect. de grat.

cap. 4.

(32) Tom. v. Hist. Eccl.

(33) In Cit. ad an. ccccxxxiv.

(34) Tom. II. Hist. Eccl.

(35) In Theolog. Tirocinio.

(36) Ad ipsum an. num. xxv.

(37) In Prologo Retractionum.

stino dogmata Massiliensium intimaret; quique proinde auctor Epistolae habetur, homo laicus fuit. Epistolam quoque ad Augustinum Siracensis scriptam, non Arelatensis, sed alterius esse Hilarii minime denegamus; sunt enim qui opinentur nullius Hilarii, sed Hilarii cuiusdam esse.

Naque ob id Augustinus nullam Hilarii mentionem fecit, quod ipsius ingenuam nouisset fidem; sed quod noluerit virum sui amatores, sanctumque aperte redarguere: vel etiam, quod eius Epistolae expectaret, quem scripturum Prosper, dubitanter licet, praemonuerat.

CAPVT XL

Gratiae necessitas ad fidei initium contra Semipelagianos. data opera demonstratur.

Necessaria est praeueniens Christi gratia ad fidei initium.

Plenissime quis ex his, quae superioribus capitibus disputabamus, dogma istud percipere, et propugnare posset: Tyronum tamen commodis inseruientes ex instituto hic de eo agere volumus. Illud vero ex sacris litteris primum euincimus. Docet enim nos Paulus ad Christi gratiam pertinere quod credere incipimus, neque ex nobis esse, viribus arbitrii nostri consideratis; sed donum esse fidei initium a Deo misericorditer collatum. Nam haec habet ad Rom. xi. «si autem gratia, iam non ex operibus.» Et, «quis prior dedit illi, et retribuatur ei?» Item in I. ad Corinthios: «quis enim te discernit? Aut quid habes quod non accepisti?» cert. Et: «misericordiam consequutus a Domino, vt sim fidelis.» Similiter II. ad Corinthios: «non quod sufficientes simus cogitare aliquid ex nobis, quasi ex nobis.» Demumque ad Philippenses I.: «vobis donatum est pro Christo, non solum vt credatis in eum, verum etiam vt patiamini pro eo.»

Eandem veritatem reseruant Concilia Atracianum Can. vi. et Tridentinum Sess. vi. Canonibus iii. et v.

Ex Partibus autem plura congressit L' Herminier (1), quae aper-

(1) Tom. iv. pag. 130.

tissime probant necessitatem gratiae ad culusque operis boni initium. De necessitate vero gratiae ad initium fidei, quam ab operibus Semipelagianis distinguebant, haec Iustinus habet (2): «Ipsa persuadet, atque ad fidem nos adducit.» Clemens quoque Alexandrinus sic loquitur (3): «fides non est electionis bonum opus, sed assensus valido alicui praeditus.» Item Irenaeus scribit (4): «impossibile sine Deo discere Deum.» Atque Basilius (5): «fides multo superior rationalibus methodis animam ad assensum trahendo...» Sancti Spiritus operationibus in nobis efficitur. «Postremo, Gregorius Nazianzenus ait (6): «possibile non est terreni corporis, ac mentis captivae crassitiam Deum concipere, nisi auxilio confortata.» Habent similia Chrysostomus, Augustinus, alique Patres, vt ex dictis constat.

His accedit multiplex ratio theologica. Primam suppeditat S. Thomas, scilicet (7): fidei mysteria supra omnem naturae facultatem sunt: nullus ergo solis naturae viribus assentiri iis potest, sicut ad salutem oportet, nisi ad assensum huiusmodi fuerint eius intellectus, et voluntas speciali quodam praeuenientis gratiae auxilio eleuata. Quemadmodum enim, vt exemplo apud S. Thomam frequentiamur, quia supra naturalem aquae virtutem est calefacere, nisi calefacta ipsa fuerit, calefacere nequit, ita nec credere, vt deest Christianum, homo se ipso potest, nisi accepro diuinitus donos quod supra naturalem creatae mentis facultatem diuina mysteria longe sint posita.

Secunda ratio haec est: Fides est iustificationis nostrae initium; vt enim Augustinus docet (8), illa Apostoli verba ad Galatas II. exponens; «nos in Christo Iesu credimus, vt iustificemur ex fide Christi.» Ideo Paulus dicit: «ex fide iustificari hominem, non ex operibus, quia ipsa prima datur, ex qua impetrantur cetera, quae proprie opera nuncupantur, in quibus iuste viuimus:» ac initium nostrae iustificationis a praeueniente gratia sumendum est vt a Patribus Tridentinis definitum est: ergo et Fidei nostrae initium ex gratia est.

Tertia: gratia non est merces naturalium operum; esset autem huiusmodi si fidei nostrae initium ex nobis esset: vt enim Augustinus III.

(1) Apologia II.

(2) Lib. II. Stromatum.

(3) Lib. iv. aduersus Haereses cap. 9.

(4) In Psalm. cxv.

(5) Orat. xlii.

(6) Prima Secundae, quaest. vi. art. 1.

(7) Lib. de Praed. ss. cap. 7.

stino dogmata Massiliensium intimaret; quique proinde auctor Epistolae habetur, homo laicus fuit. Epistolam quoque ad Augustinum Siracensis scriptam, non Arelatensis, sed alterius esse Hilarii minime denegamus; sunt enim qui opinentur nullius Hilarii, sed Hilarii cuiusdam esse.

Neque ob id Augustinus nullam Hilarii mentionem fecit, quod ipsius ingenuam nouisset fidem; sed quod noluerit virum sui amatores, sanctumque aperte redarguere: vel etiam, quod eius Epistolae expectaret, quem scripturum Prosper, dubitanter licet, praemonuerat.

CAPVT XL

Gratiae necessitas ad fidei initium contra Semipelagianos. data opera demonstratur.

Necessaria est praeueniens Christi gratia ad fidei initium.

Plenissime quis ex his, quae superioribus capitibus disputabamus, dogma istud percipere, et propugnare posset: Tyronum tamen commodis inseruientes ex instituto hic de eo agere volumus. Illud vero ex sacris litteris primum euincimus. Docet enim nos Paulus ad Christi gratiam pertinere quod credere incipimus, neque ex nobis esse, viribus arbitrii nostri consideratis; sed donum esse fidei initium a Deo misericorditer collatum. Nam haec habet ad Rom. xi. «si autem gratia, iam non ex operibus.» Et, «quis prior dedit illi, et retribuatur ei?» Item in I. ad Corinthios: «quis enim te discernit? Aut quid habes quod non accepisti?» cert. Et: «misericordiam consequutus a Domino, vt sim fidelis.» Similiter II. ad Corinthios: «non quod sufficientes simus cogitare aliquid ex nobis, quasi ex nobis.» Demumque ad Philippenses I.: «vobis donatum est pro Christo, non solum vt credatis in eum, verum etiam vt patiamini pro eo.»

Eandem veritatem reseruant Concilia Atracianum Can. vi., et Tridentinum Sess. vi. Canonibus iii. et v.

Ex Partibus autem plura conegit L' Herminier (1), quae aper-

(1) Tom. iv. pag. 130.

tissime probant necessitatem gratiae ad culusque operis boni initium. De necessitate vero gratiae ad initium fidei, quam ab operibus Semipelagianis distinguebant, haec Iustinus habet (2): «Ipsa persuadet, atque ad fidem nos adducit.» Clemens quoque Alexandrinus sic loquitur (3): «fides non est electionis bonum opus, sed assensus valido alicui praeditus.» Item Irenaeus scribit (4): «impossible sine Deo discere Deum.» Atque Basilus (5): «fides multo superior rationalibus methodis animam ad assensum trahendo...» Sancti Spiritus operationibus in nobis efficitur. «Postremo, Gregorius Nazianzenus ait (6): «possible non est terreni corporis, ac mentis captivae crassitiam Deum concipere, nisi auxilio confortatam.» Habent similia Chrysostomus, Augustinus, aliique Patres, vt ex dictis constat.

His accedit multiplex ratio theologica. Primam suppeditat S. Thomas, scilicet (7): fidei mysteria supra omnem naturae facultatem sunt: nullus ergo solis naturae viribus assentiri eis potest, sicut ad salutem oportet, nisi ad assensum huiusmodi fuerint eius intellectus, et voluntas speciali quodam praeuenientis gratiae auxilio eleuata. Quemadmodum enim, vt exemplo apud S. Thomam frequentiamur, quia supra naturalem aquae virtutem est calefacere, nisi calefacta ipsa fuerit, calefacere nequit, ita nec credere, vt deest Christianum, homo se ipso potest, nisi accepro diuinitus donos quod supra naturalem creatae mentis facultatem diuina mysteria longe sint posita.

Secunda ratio haec est: Fides est iustificationis nostrae initium; vt enim Augustinus docet (8), illa Apostoli verba ad Galatas II. exponens; «nos in Christo Iesu credimus, vt iustificemur ex fide Christi.» Ideo Paulus dicit: «ex fide iustificari hominem, non ex operibus, quia ipsa prima datur, ex qua impetrantur cetera, quae proprie opera nuncupantur, in quibus iuste viuimus:» ac initium nostrae iustificationis a praeueniente gratia sumendum est vt a Patribus Tridentinis definitum est: ergo et Fidei nostrae initium ex gratia est.

Tertia: gratia non est merces naturalium operum; esset autem huiusmodi si fidei nostrae initium ex nobis esset: vt enim Augustinus III.

(1) Apologia II.

(2) Lib. II. Stromatum.

(3) Lib. iv. aduersus Haereticos cap. 9.

(4) In Psalm. cxv.

(5) Orat. XLII.

(6) Prima Secundae, quaest. vi. art. 1.

(7) Lib. de Praed. ss. cap. 7.

sinus scribit (9), «quis... dicat eum, qui iam coepit credere, » ab illo, in quem credidit, nihil mereri? »

Postrema: iuxta Apostolum ad Rom. iv. in fide nostra adimplentur promissiones factae a Deo semini Abrahæ: igitur si fidei nostrae initium ex nobis sit, » vt Dei promissa compleantur, non » in Dei, sed in hominum est potestate, et quod a Deo promissum est, ab ipsis redditur Abrahæ, » vt Augustinus argumentatur (10).

COROLLARIA.

Habetur hinc, institutam disputationem contra haereticos de ea fide loqui, quæ ad æternam salutem ordinatur, per quam et Christiani sumus, et ad iustificationem disponimur: ad humanam etenim fidem, qua scilicet nemo ab impiis, et infidelibus secernitur, nullum gratiæ auxilium requirit omnes fatentur, nisi illud, quo cum rationis participatione creati sumus.

Habetur quoque, quam sit huic Semipelagianorum errori afinis quorundam recentiorum Theologorum sententiæ: de qua tamen nondum certo, ratoque iudicio pronunciauit Ecclesia. Nominibus parcimus. Aderebant enim, posse hominem solo generali Dei auxilio omnia Christianæ Religionis mysteria, seu a Deo reuelata, et quia a Deo reuelata, certa omnino, et firma ex parte credentis assensione, actu mere naturali tenere: tametsi non sit huiusmodi assensio sicut oportet ad salutem. Addebantque in huius suæ opinionis confirmationem, quod etsi Lutheranus exempli gratia, iis, in quibus nobiscum conuenit, fidei articulis naturalem solum, et vnus naturæ viribus elicitem assensum præbeat, nos vero supernaturalem: perinde tamen illius, ac nostrum firmum, certumque assensum esse, et æque remotum a falsi periculo, quod eandem ille habeat firmitatis radicem, diuinam scilicet reuelationem: eos enim articulos perinde ac nos vt reuelatos habet, iisque, quia diuinitus reuelati sunt, assentitur. Hinc construebant, nec fidei habitu, neque speciali adiutorio hominem opus habere, vt fidei mysteriis distincte assentiat, sitque eius omnino certus, et firmus assensus, sed dumtaxat, vt credendi actus supra naturæ ordinem assurgat, et ad salutem conducat. Ita certe supernaturalem fidei assensum in humani arbitrii facultate positum docent, quoniam si homo totum quod in se est præstet, vt credat, speciali Dei adiutorio

(9) De Præd. Si. cap. 2.

(10) Ibidem cap. 10.

rio iuuabitur, quo credendi actus supra naturæ ordinem cleuetur, fiatque ad æternam vitam salutaris. Haec illi.

CAPVT XII.

Argumentis Semipelagianorum satisfi. Eorundem error distinctius adaperitur.

Argumentantur itaque Semipelagiani, vt errorem suum sustineant, ex Scripturis primum: legitur Marci xvi. » qui crediderit, et baptizatus fuerit saluus erit. » Et ad Rom. x. » si credideris, saluus » eris. » Quibus duo designantur: vnus, quod ab homine Deus exigit, nempe fidem, alterum, quod homini offert, videlicet, salutem. Sicut ergo salus, quæ homini offertur, in Dei potestate est, ita fides, quæ ab homine exigitur, in hominis potestate sit oportet; igitur suis viribus homo credere poterit.

Similiter apud Isaiam dicitur cap. i. » si volueritis, et audieritis me, bona terræ comedetis. » Apud Lucam cap. xii. » penitite, et accipietis, quærite, et inuenietis, pulsate, et aperietur » vobis. » Et apud Apostolum ad Rom. vii. » velle adiacet mihi, » perficere autem non inuenio. » Ergo ex naturæ fundo procedunt (subinfert Cassianus) quaedam bonæ voluntatis initia, quibus homo fidem quaerat, petat, desideret, cet.

Deinde: scriptum est Psalmo xviii. » Deus meus, misericordia » eius præueniet me. » Et Psal. cxviii. » expectabam eum, qui » saluum me fecit. » Item Psal. lxxxvii. » mane oratio mea præueniet te. » Et Psal. cxviii. » præueni in maturitate et clamauit. » Quibus addi possent, quæ in Isaiæ capp. lxxv. et xxx. leguntur: quæ omnia euincunt bonæ nostræ voluntatis initia nec semper gratiæ, nec semper libero arbitrio, sed huic quandoque, quandoque illi attribuenda.

Denum: habentur in Euangelis exempla, quibus demonstrati Semipelagiani dicunt, gratiam quandoque liberum arbitrium præuenire; liberum quandoque arbitrium gratiam præueterere: nam Petrus, et Andreas, nihil de sua salute cogitantes, Dei gratia, vocando et ad se trahendo, præuenit: Zaueus e contrario Dominum suo desiderio præuenit; eius enim videndi studio Sycomorum ascendit, cuius voluntatem Dominus benigne suscepit.

Argumentantur praeterea Semipelagiani ex Patribus, Augustino praesertim. Is, aiunt, scribit (1): »tunc voluisse hominibus apparere Christum, et apud eos praedicari doctrinam suam, quando sciebat, et ubi sciebat, esse qui in eum fuerant credituri.«

Deinde: Ipse Augustinus docet (2), multos audire verbum veritatis; sed alios credere, alios contradicere.

Rursus: apud eundem Augustinum (3), Apostolus ad Ephes. II. fidem ab operibus distinguit. Fauet ergo Augustinus Semipelagianorum dictis, ac sententiae.

His superaddunt hocce ex natura sumtum argumentum. Etenim communi Philosophorum scito sola potentia ad agendum simpliciter necessaria est; habitus autem, quo illa perficitur, ad melius dumtaxat, perfectiusque operandum. Credere ergo suis viribus homo potest absque fidei habitu, itemque absque actuali ad credendum adiutorio; hoc enim vel ad habitum reduci, vel eiusdem complementum esse, Philosophi statuunt.

Ad haec autem respondetur hoc ordine: Scripturarum testimonia primo loco obiecta haud praebere Semipelagianis fundamentum ad illam inde distinctionem: quam proinde veluti vanam, ac libere fictam Augustinus validissime explodit his verbis (4): »cur non vtrumque in Dei potestate, et quod iubet, et quod offert? Rogatur enim, ut det, quod iubet; rogant credentes, ut sibi au-geatur fides, pro non credentibus rogant, ut eis donetur fides: et in suis igitur incrementis, et in suis initiis Dei donum est fides. Sic autem dicitur, si credideris, saluus eris, quemadmodum dicitur, si spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis; nam et hic ex his duobus vnum exigitur, alterum offertur. . . . Ut spiritu facta carnis mortificemus, exigitur: ut autem viuamus, offertur. Num igitur placet, ut facta carnis mortificare non donum Dei esse dicamus, quoniam exigi audiuimus a nobis praemio vitae, si hoc fecerimus, oblato? Absit, ut hoc placeat participibus, et defensoribus gratiae. Pelagianorum est error iste damnabilis, quoniam mox Apostolus ora obsruxit, adiungens: quorquor enim spiritu Dei aguntur, hi sunt filii Dei: ne facta mortificare nos carnis, non per Deum, sed per nostrum spiritum, crederemus. . . . Sicut ergo, quamuis donum Dei sit facta carnis mortificare, exi-
»gi-

(1) Epist. cxi.

(2) De Praed. ss. cap. 6.

(3) Cap. 7.

(4) Cap. 11.

»gitur tamen a nobis, proposito praemio vitae; ita donum Dei est et fides, quamuis et ipsa, quum dicitur, si credideris saluus eris, proposito praemio salutis exigatur a nobis. Ideo enim haec et nobis praecipuntur, et dona Dei monstrantur, ut intelligatur quod et nos ea faciamus, et Deus facit, ut illa faciamus.« cett.

Testimoniis secundo loco adductis quam peruerse Cassianus, et post eum ex Semipelagianis plures, abutuntur, ut inferant hominem natura sua posse clamare, petere, quaerere, pulsare, optare fidem, et aliud quodcumque superioris ordinis bonum: ut enim Paullus ad Rom. viii. scribit: »quid oremus sicut oportet nescimus, sed ipse spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus.« Si autem ea est hominis ignoratio, ut nec petenda sciat, nec petendi modum, nisi spiritus suggererit, eumque adiuuerit, an non praepostere a nativis eius viribus repetantur et boni desideria, et ad illud obtinendum conatus, et preces? »Attendant aut Augustinus (5), quomodo falluntur, qui purant, esse a nobis, non dari nobis, ut petamus, quaeramus, pulsemus: et hoc esse dicunt, quo gratia praedicetur, merito nostro ut sequatur illa, quum accipimus petentes, et inuenimus quaerentes, aperiturque pulsantibus. Nec volunt intelligere etiam hoc diuini muneris esse, ut oremus, hoc est, petamus, quaeramus, pulsemus.«

Quoniam vero pressius urgere illud Apostoli ad Rom. vii. Cassianus videtur; nempe »velle adiacet mihi,« cett. exscribere oportuum ducimus praeclarissimam S. Thomae in hunc locum glossam (6) qua validissime ille oppugnatur. Ait igitur: »hoc verbum patrocinari videtur Pelagianis, qui dicebant, quod initium boni operis est ex nobis, in quantum bonum volumus. . . . Sed hunc sensum excludit Apostolus ad Philip. II: Deus est qui operatur in nobis velle, et perficere. Quod ergo ait, velle adiacet mihi, scilicet per gratiam reparato, est ex operatione diuinae gratiae, per quam quidem non solum bonum volo, sed etiam aliquid boni facio, quia repugno concupiscentiae, et contra eam ago ductus spiritu, sed non inuenio in mea potestate, quod bonum istud perficiam, ut scilicet totaliter concupiscentiam excludam. . . . Si vero referatur ad hominem adhuc sub peccato constitutum, sic exponi poterit, ut velle accipiat pro voluntate
»in-

(5) De Dono Perseuer. cap. 25.

(6) Lect. 17.

incompleta, quae ex instinctu naturae in quibuscumque peccatis
 tibus est ad bonum; sed illud velle adiacet homini, id est, iux-
 ta hominem iacet quasi infirmum, nisi gratia voluntati tribuat ef-
 ficaciam ad perficiendum.

Tertii ordinis testimonia a Collatore congesta sic breuiter expli-
 camus: quemadmodum Synodus Tridentina (7) post Augustinum ait:
 in sacris litteris quum dicitur, conuertimini ad me, et ego conuer-
 tar ad vos, libertatis nostrae admonemur; quum autem nos res-
 pondemus, conuertere nos Domine ad te, et conuertemur, Dei nos
 gratia praeueniunt confitemur; ita quum legimus, mane oratio mea
 praeueniet te, expectat Dominus, vt misereatur vestri. cetera. no-
 strae commendatur voluntatis libertas: neque enim coacte, sed li-
 bere volumus, oramus, credimus, cetera. Aliis autem in locis aperte
 nobis significatur, priusquam velimus, optemus, credamus, cetera,
 diuina nos gratia praeueniri. Hoc etiam sensu intelligenda, exponen-
 daque reliqua sunt.

Exempla autem ex Euangelis desumpta generali hac responsio-
 ne soluit, et diluit Prosper (8); nempe omnia haec agere gratiam
 Saluatoris. Itaque ex huius gratia fuit quod Petrus et Andreas vo-
 cantem fuerint secuti; ex eadem praeueniente quod Zaquus Syco-
 morum ascenderit, quod benigne Christum in domum suscepit.
 Ait enim Prosper (9): ne lateret causa huius salutis, adiecit,
 venit enim filius hominis saluum facere quod perierat; vt quem
 agnoscebamus saluum factum, sciremus a quaerente praeuentum.
 Et haec quidem doctrina cetera quoque exempla explicantur, quae
 ab haereticis maximo studio colliguntur.

Nec tamen ei repugnat, quod infideles nonnulli, vt Cornelius,
 aliquod bonum opus, antequam ad Christum conuertentur, face-
 re potuerint, tamen primus gratiae effectus sit ipsa fides: nam haec
 non dicitur prius effectus gratiae quantum ad assensum; sed quan-
 tum ad praecedentem illustrationem, atque inspirationem. Duo enim
 haec in fide distinguuntur, quorum illustratio, et inspiratio prius
 intelliguntur. Igitur ante explicitam in Christum fidem, potest ex-
 citari in nobis per gratiam fides in Deum, atque ita plura infidelium
 opera bona esse.

Ad Augustini loca, quae secundum argumentum efformant, ip-
 se

(7) In Decreto de Iustific. cap. 7.

(9) Ibidem cap. 7.

(8) Cont. Collator. cap. 8.

se Augustinus responderet. Ad primum quidem scribens (10): quid
 enim est verius, quam praescisse Christum, qui, et quando, et
 quibus locis in eum fuerant credituri? Sed vtrum praedicator si-
 bi Christo se ipsis habituri essent fidem, an Deo donante sum-
 turi, id est, vtrum tantummodo eos praescierit, an etiam prae-
 desinauerit Deus; quaerere, ac disserere tunc necessarium non
 putauit. Proinde quod dixi tunc voluisse hominibus apparere Chri-
 stum, et apud eos praedicari doctrinam suam, quando sciebat, et
 vbi sciebat esse, qui in eum fuerant credituri; posset etiam sic
 dici, tunc voluisse hominibus apparere Christum, et apud eos prae-
 dicari doctrinam suam, quando sciebat, et vbi sciebat esse, qui
 electi fuerunt in ipso ante mundi constitutionem.

Ad secundum, vbi ait (11): quis hoc ignorat? Quis hoc
 negat? Sed quum aliis praeparetur, aliis non praeparetur volun-
 tas a Domino discernendum est vtrique, quid veniat de miseri-
 cordia eius, quid de iudicio? Enim misericordia, quae fidem
 praeuenit, in electione Dei, et diuinorum auxiliorum praeparatione
 est; iudicium in excaecatione, et denegatione huiusmodi auxiliorum.

Ad vltimum (12), Apostoli sententiam sic exponens, vt fi-
 dem dicat ab operibus distinctam, quatenus ipsa impetrat cetera,
 quae proprie nuncupantur opera, in quibus iuste viuimus; non
 quatenus fides ipsa opus, et donum Dei merita nostra praeueniens
 non sit. Quam expositionem Augustinus confirmat ex eodem Apo-
 stolo ibidem dicente: gratia enim estis saluati per fidem, et hoc
 non ex nobis, donum enim Dei est. Confirmat et ex verbis Io-
 hannis vi: hoc est opus Dei, vt credatis in eum, quem misit
 ille.

Demum: philosophorum scitum, ex quo tertium argumentum
 sumitur; minime habitibus diuinitus infusus aptari valet; sed qua-
 drat tantum in adquisitos, quos solos philosophi norant. Etsi enim
 priorum sit potentiam satis ad agendum viribus suapte instructam
 perficere, maioremque illi dumtaxat asserere agendi facilitatem; pos-
 teriores tamen, quos inter locum fides omnium Christianorum con-
 sensu obtinet, potentiam supra naturae ordinem eleuant, viribusque
 augent ad id praestandum, quod naturali sua virtute non poterat;
 quapropter vt recte adnotat Alvarez, potentiae virtutem, siue na-
 tu-

(10) De Praed. 5s. cap. 9.

(12) Ibidem cap. 7.

(11) De Praed. 5s. cap. 6.

turam veluti induunt, eiusque vices gerunt; absolutae idcirco sunt ad agendum necessitatis, quod et de adiutoris ad ea, quae supra naturam sunt, necessariis pronuntiandum.

APPENDIX.

Quando autem, fidei dogmata stabilita, Semipelagianorum argumentis plene factum est, placet de eorundem errore rursus disserere, ut discrepantes erga ipsum nostrae communionalis Theologos in concordiam vocemus. Nam fuere ex his nonnulli qui adseruerint, Semipelagianos veram aliquam interiorum gratiam ad fidei initium admisisse, atque in hoc illorum situm fuisse errorem, quod velent vsum, et abusum ipsius gratiae in liberi arbitrii potestate relinqui. Dixerunt alii, inter Semipelagianos fuisse nonnullos omnem prorsus gratiam a fidei, et meriti initio remouentes, nonnullos etiam eiusmodi admittentes gratiam, quae quum esset pure indifferens, et liberi arbitrii determinationem expectaret, aliquem locum naturali merito relinqueret. E contrario opinati sunt alii, hi scilicet, qui gratiam per se efficacem reiciunt, nullam praueinentem gratiam ad fidei initia Semipelagianos admisisse. Quibus accedere aliqui gratiae per se efficaci propugnatores. Atque opinionem suam pluribus argumentis posse demonstrari Theologi hi, pro sua quique partialitate, existimant.

Malumus tamen nos mediam hic arripere viam, qua tuto eamus. Itaque illud principii loco ponimus, quod indubitatum nobis est, displicuisse in vniuersum Semipelagianis gratiam victricem, et praedestinationem electorum secundum Dei propositum, et absque meritorum praesentia. Quod potissimum colligimus ex Epistola Prosperi, ubi dicitur, Semipelagianos asperrimam Augustini doctrinam putasse, obliuiscites, remoueri omnem industriam, tollique virtutes, si Dei constitutio humanas praueinat voluntates, et sub hoc praedestinationis nomine fatalem quandam induci necessitatem.

Deinde, demonstratum iudicamus, Semipelagianos omnes etiam ad initium fidei admisisse gratiam illuminationis, etiam interioris; vel eo tantum, quod Prosper in Epistola ad Augustinum dicat, quod haec eorum professio est, omnem hominem ad credendum et operandum diuinis institutionibus admoneri.

Eos tamen in eo errasse, quod non admitterint ad initium fidei gratiam,

gratiam, quae per subministrationem Spiritus Sancti ad illuminationem accedit; ac operis aptissime dicitur, docet nos Augustinus, qui castigans expositionem suam in Epistolam ad Rom. simulque commonstrans quomodo fides donum Dei sit, inquit (13): »proinde quod continuo dixi, dicit enim Apostolus, idem Deus qui operatur omnia in nobis, ac deinde subiunxi, quod enim credimus nostrum est, quod autem operamur bonum, illius est, qui credentibus dat Spiritum Sanctum; profecto non dicerem, nisi iam scirem etiam ipsam fidem inter Dei munera reperiri, quae dantur in eodem Spiritu. Vtrumque autem nostrum est propter arbitrium voluntatis, et vtrumque tamen datum est per Spiritum fidei et caritatis.« Et post pauca: »quod paullo post dixi, nostrum est enim credere, et velle; illius autem dare credentibus, et volentibus facultatem bene operandi per Spiritum Sanctum, per quem charitas diffunditur in cordibus nostris; verum est quidem, sed eadem regula: et vtrumque ipsius est, quia ipse praeparat voluntatem; et vtrumque nostrum est; quia non fit nisi volentibus nobis.« En quod negabant Semipelagiani, Augustino docente; ad fidei initium necessariam esse gratiam operis, quae voluntatem praeparat.

Docet idipsum Synodus Arausicana II. definiens (14): »si quis sicut augmentum, ita etiam initium fidei, ipsi sumque credulitatis affectum non per gratiae donum, id est, per inspirationem Spiritus Sancti, corrigentem voluntatem nostram ab infidelitate ad fidem, ab impietate ad pietatem, sed naturaliter nobis inesse dicit, Apostolicis dogmatibus aduersarius approbatur.« Et rursus definiens (15) ad fidem necessariam esse inspirationem Spiritus Sancti qui dat omnibus suauitatem in consentiendo, et credendo veritati. Incasum enim Arausicani Patres haec edidissent decreta contra Semipelagianorum doctrinam, nisi definissent hi, fidei initia esse naturaliter a nobis, neque ad voluntatem credendi talem gratiam requiri. Ita ergo Semipelagiani dogmatizarunt.

Neque abnegabimus proinde, quod alii Theologi argumentando concludunt, repudiasse Semipelagianos donasse persecutantiae finalis gratiam etiam per se efficacem, et inspirationem bonae voluntatis ad fidei initia: admisisse autem voluntates nostras praueiniri

Tom. III.

M^o

(13) Lib. de Praed. Ss. cap. 3.

(14) Can. vii.

(14) Can. v.

niri a gratia, quoniam adserebant praueuiri in ordine ad omnia opera curationis, inter quae opinabantur non esse adnumerandum velle aegrotum sanari. Ad hanc etiam voluntatem admittebant initiale aliquam gratiam, institutiones, et illustrationes, necnon et in electis bonae voluntatis inspirationem. Distinguentes insuper Adamum inter, ac lapsos homines, illum dixerunt integris viribus voluisse, atque vt veller gratia iuari: hos vero naturaliter credere, sed ob vires deperditas eorum voluntatem per gratiam inspirationis ad recte ambulandum erigendam esse. Hinc in primo homine nullam voluntatis gratiam, neque ad fidem, neque ad perseuerantiam admittebant, sed tantum gratiam opitulantem; in reliquis vero negabant gratiam voluntatis, vt crederent, eandemque admittebant, vt possent operari. Constat igitur eos veram Christi gratiam ad initia fidei non admisisse, vt nonnulli alii Theologi suis argumentationibus demonstrarunt.

CAPVT XIII.

Necessitatem gratiae Christi ad veri cognitionem scrutatur.

Potest homo solo Dei generali concursu quomolibet singularitatem veritatem naturalem attingere.

Intelligendae hic veniunt veritates omnes, quae naturam intellectus facultatem non superexcedunt, quaeque per humanas traduntur disciplinas. Harum vero aliae sunt speculatiuae, aliae practicae: quod scilicet in veritatis contemplatione illae, istae autem in operatione sitae sint. Nec eas tamen plus aequo, quod non pauci fecerunt, porrigimus. Non enim inter veritates naturales ea numeramus, quae nec sunt, nec fuerunt, sed esse possunt, modo ad naturalem ordinem spectent; nec item substantias separatas, seu corporis omnino expertes, aliaque id genus multa. Quin istiusmodi naturalis mentis nostrae facultati non subesse iudicamus. Vnde sapienter monet clarissimus Thomista Ioh. a S. Thoma e naturalium veritatum censu plura eximenda, non substantias separatas solum, cordium cogitationes, futura fortuita, seu contingentia, sed et nonnulla alia, quae licet cadere sub sensibus suapte possint, naturaliter tamen hominem latent, quod physicum quid obstat, quomodo

usus

nus sensibus obliuantur; vt quae intra orbem coelestem sunt, quae in terrae visceribus, aut in maris profundo latent, praeterita item hominum gesta omnia, quorum iam nullum superest vestigium. Quis enim possit haec omnia singularitatem nosse? » Arenam maris (vt dicitur Eccl. 1.) pluuiarum guttas, et dies saeculi quis enumerabit? » Hinc S. Thomas (1) inter ea quae naturali studio cognosci nequeunt, quorum et Adamum, etsi omnigena naturalium scientia a Deo donatum, cognitio fugit, indiuidua quaedam numerat, quae scire nec ad intellectus perfectionem, nec ad vitae gubernationem pertinet; ex g. quot lapides in fluuiio iaceant, aliaque huius similia, quibus cognoscendis, si forent satis proposita, mens hominis natura sua par esset, impar est tamen, quod non sint illi proposita. Itaque in eas solum veritates inquirimus » in quarum notitiam, vt S. Thomas loquitur (2), potest homo per sensibilia deuenire; » vel » quae ex primis principiis naturalibus possunt deduci » (3).

Et probatur I: ratum est, vt suo loco demonstrauius, attingere hominem rerum visibilibus contemplatione, vnus Dei vniuersi conditoris existentiam: at nulla ex veritatibus naturalibus ita sublimis ac ista est: potest ergo similiter quamlibet attingere.

II: Daemones, omni omnino supernaturali gratia destituti, maxima tamen naturalium scientia exornati sunt: nam ex Christi Domini miraculis superna virtute patris illius quoque diuinitatem agnouerunt, clamantes apud Matth. cap. viii. » quid nobis et tibi Iesu filii Dei? » Et Lucae iv. » tu es filius Dei. »

III: mortuus Christus est, vt iustificaremur, non autem vt Philosophi et Mathematici efficeremur: ergo ad has capessendas disciplinas necessarium minime est gratiae supernaturalis adiutorium. Quin et ante salutarem gratiam, et bonum ingenium, et disciplinas viles et honestas comparari, Augustinus docet (4).

IV: lumen rationis haud est peius extinctum Adami peccato: tametsi posteri omnes vultus ignorantiae, et difficultatis eo contraxerint, adeo vt ingenii tardioris, et hebetioris nascantur: igitur poterit natua facultate naturalium rerum cognitionem adipisci.

V: et praecipue quoad veritates practicas, haec Augustinus

M 2

ha-

(1) Prima Pars, quae. xciv. art. 1.

(3) In II. Sent. Dist. xxviii. quae.

(2) Prima Secundae, quae. cix. art. 1.

(4) Lib. 1. ad Simp. quae. 1.

habet (5): »quidquid prudenter, fortiter, temperanter, et iuste agimus, non ad sapientiam, sed ad eam pertinet scientiam, siue disciplinam, qua in euitandis malis, bonisque apperendis actio nostra versatur, et quidquid propter exempla, vel cauenda, vel imitanda, et propter quatuorcumque rerum, quae nostris accommodatae sunt visus, necessaria documenta, historica cognitione collegimus. « Et Venerab. Beda (6): »anima rationalis, inquit, etiam cupiditate caecata, tamen quum cogitat, et ratiocinatur, quidquid in ea ratiocinatione verum est, non est ei tribuendum, sed lumini veritatis, a quo vel tenuiter pro sua capacitate illustratur, vt verum aliquid in ratiocinando sentiat. Manu formatoris nostri in ipsis cordibus nostris veritas scripsit: quod tibi non vis, alteri ne feceris. « Sufficit igitur natia vis intellectus pro attingendis his veritatibus.

VI: accedit firmissima S. Thomae argumentatio, scilicet: quae liber a Deo indita creatis rebus forma, certi alicuius actus, ad quem secundum proprietatem naturae suae proportionem habet, edendi efficacitate pollet: idem ergo de humana mente sancendum; ac proinde quum huius forma, seu intelligibile lumen, ad percipiendum quodcumque naturale verum idoneum sit »ersi ad cognitionem cuiuscumque veri auxilio diuino, id est generali concursu homo indigeat, vt intellectus ad suum actum moueatur; non eget tamen »ad cognoscendam veritatem in omnibus noua illustratione superaddita naturali illustrationi: « vt S. Thomas loquitur.

Hac tamen S. Thomae ratione effici solum aliqui putant, homini opus non esse speciali ordinis superni adiutorio, non autem generali eiusdem ordinis auxilio. Ceterum qui doctrinam ibidem traditam expenderit, nullo negotio intelliget S. Doctoris mentem. Ait enim: »sic igitur actio intellectus, et cuiuscumque entis creati dependet a Deo quantum ad duo, vno modo, in quantum ab ipso habet perfectionem, seu formam, per quam agit, alio modo, in quantum ab ipso mouetur ad agendum. « Generalem ergo motionem, non specialem designat S. Thomas, quum eadem egere hominem ad intelligendum statuat, qua creata reliqua ad actus sibi proportionatos, quae non speciali motione, sed generali solum concursu a Deo applicari persaepe, et explicatissime tradit. Dum itaque paulo infra ait: »ad cognoscendum quodcumque verum indi-

(5) Lib. 1. de Trinit. cap. 13.

(6) In cap. 2, ad Rom.

»get homo auxilio diuino, vt intellectus moueatur ad suum actum, « speciale quid non significat, sed generale illud auxilium, quod idem ac motio illa est, de qua paulo ante loquutus fuerat, communis homini, ac ceteris creatis; quam nemo sapiens in alio posuerit, quam in generali Dei concursu, cuncta, quae ab ipso perfectionem, seu formam agendi habent, mouentis, et applicantis, vt actu agant.

VII: illud tandem propositionis veritatem confirmat, quod sciamus innumera naturali legi conformia, atque ad humanam Rempublicam regendam vtilia tradidisse Caronem, Senecam, Platonem, aliosque Sapientes; qui tamen sola intellectus natia facultate haec attingere valuerunt.

Verum adnotandum obiter, quam nos hic naturalium veritatum cognitionem suademus, haud ab illis consequi, qui in earundem inquisitione ad sensuum fallacias, illecebrasque attendunt. Argumento sint Athael diuini Numinis existentiam denegantes, Epicurei animorum immortalitatem, ac generaliter omnes Politici, omnia, etiam proximorum interuentionem, ad commodum temporale referentes; quoniam non mente libera ad rationis, naturalisque legis testimonium confugiunt, sed a sensibus, eorumque fallacibus illecebris abripiuntur.

COROLLARIUM.

Ex his sequitur, non posse hominem lapsam natia intellectus facultate omnium veritatum naturalium complexionem (sic enim dicitur) attingere. Etenim quum vulnus ignorantiae, ac tarditatis per peccatum contraxerit, lucramque proinde intellectum inter et sensus experiat, non valet naturalibus etiam disciplinis ita perfecte vacare, easque consequi, ac potuisset originali iustitia donatus. Causam istam tradidit Augustinus scribens (7): »ad miseriam iustae damnationis pertinet ignorantia, et difficultas, quam patitur omnis homo ab exordio natiuitatis suae. « Eamque confirmare videntur verba Eccl. cap. viii. nempe: »et intellexi quod omnium operum Dei nullam possit homo inuenire rationem eorum, quae sub Sole fiunt; et quanto plus laborauerit ad quaerendum, tanto minus inueniat; etiamsi dixerit Sapiens se nosse, non poterit reperire. «

Sed aliis Theologis placet causam hanc reponere non in inferiore aliquo virtutis defectu, sed ab exterioribus impedimentis eam

(7) Lib. 1. Retract. cap. 9.

reperunt; et S. Thomae doctrina suam opinionem praemuniunt, ex eaque argumentantur. »Lumen intellectus est de se sufficiens ad quaedam intelligibilia cognoscenda, scilicet, in quorum notitiam possumus per sensibilia deuenire: « si ergo ad horum cognitionem satis natura sua homo habet virium, quod omnia non cognoscat ab exterioribus impedimentis petendum est.

Et quidem exteriora plura obesse, quominus veritatum omnium complexio cognoscat experimento competissimum est. Praeter enim ingenium exquisitum, vehemens, atque assiduam studium, opus esse animo a curis, affectionibus, agendarumque rerum sollicitudinibus vacuo; item copia subsidiolorum, siue instrumentorum, quibus scientiae comparantur; longissimo praesertim tranquillae vitae curriculum: non fert autem solius naturae cursus, ut omnia haec in vnum simul, eundemque concurrant; quare etsi naturis contingentibus connaturale, debitumque sit suam aliquando perfectionem attingere, nec ab ea deficere; nunquam tamen errare, sed verum omne mente, ac intelligentia assequi, praeter consuetum naturae contingentis, et errori obnoxiae ordinem, cursumque est; neque obtineri sine speciali Dei adiutorio potest. Mirifice hoc explicatum legimus in S. Thoma (8).

CAPVT XIV.

Obiectionibus in contrarium breuiter satisfi.

Qui negant percipi ab homine posse naturales veritates, etiam singillatim, sine speciali gratiae adiutorio, argumentum primo petunt a voluntate, cum qua facta intellectus contentione inferunt, et argumentantur. Non valet voluntas hominis actus omnes moraliter bonos sine gratia elicere, quod nonnulli praecipuam difficultatem afferant; ex. g. Deum, qua etiam naturae auctor est, super omnia diligere, vehementes tentationes superare, quidpiam valde arduum aggredi, cett.: igitur nec valet intellectus, vera omnia etiam diuinitus nosse, quod eorum aliquid tam difficile sit, ut sine gratiae adminiculo patere nequeat.

Secundo arguunt: saltem veritatibus Theologicis, discursu licet perceptis, ac naturae lumine cognitis, intelligendis gratiae adiutorio

(8) Primo cont. Gent. cap. 4.

rio opus est, quum connexae illae cum articulis fidei sint, et ab his pendant: ergo non sufficit intellectus nativae vis ad quamlibet naturalem veritatem attingendam.

Tertio aiunt: si nativae intellectus facultate posset quis veritatem aliquam percipere, possent homines scientia praediti aduersus imperitos gloriari, contra ac Paullus monet in I. ad Corinth. iv. dicens: »quis enim te discernit?« cett.: falsum praeterea esset quod Paullus ipse scribit: »non sumus sufficientes cogitare aliquid ex nobis;« super uacantum pariter veri notitiam orationibus cum Psalmista exostulare: nec tandem recte diceretur hominem ob originale delictum nasci caecum, quomodo affirmat Magnus Gregorius (1). Quemadmodum enim, qui corporeo lumine caret, nihil videre potest, ita qui mentis caecitate laborat, nihil attingere, aut percipere valet.

Ad haec tamen responderetur. Ad primum quidem, multum inter voluntatem, et intellectum interesse. Illius namque est non solum intra se velle, sed et operari extra se, aliasque animi vires rationi subicere, et ad agendum mouere; in quo quidem quam est illi perpetuo aduersus, infestusque appetitus inferior in obnoxia sensibus bona sibi congrua tendens, secumque rationem abripere tentans! »Caro enim concupiscit aduersus Spiritum.« Huius vero actio in speculando posita tota intra mentem perficitur, nec quidquam cum aliis animae facultatibus negotii habet, nec a sensibus impeditur, sed potius luatur: nam ab eis, et imagines, seu species rerum, et principia cognitionis acquirit; nulla propterea singularim est certa naturalis veritas tot difficultatibus atque impedimentis implicata, quae nequeant solo Dei generali auxilio, siue concursu amoveri; nisi forte quisquam sit pene plumbeus, atque adeo ingenio tardus, ut sine peculiari auxilio non possit ad intelligendum disponi.

Pro secundo soluendo bonitatem inter et veritatem illatam in Theologia internoscendum est. Prior enim solo naturae lumine patet; hanc siquidem, quibus aliarum scientiarum syllogismi, principis infertur; altera vel est certa, et demonstrata, vel probabiliter solum illata; si certa sit, et demonstratione vere Theologica deducta, sentiunt doctissimi Theologi e nostratibus non posse illam sine speciali gratia teneri; quum enim in eam influat mediate fides, a qua fir-

(1) Hom. xi. in Euang.

firmiorem assensum Theologica veritas habet, quam si esset ex solis naturae principiis ducta, maior naturali qualibet certitudo derivata a fide, maiori opus habet auxilio, speciali, scilicet, et altioris ordinis. Diximus consulo: "si veritas illa per veram demonstrationem theologicam habeatur: non enim par est veritatis ex principiis Theologicis illatae firmitas in haereticis, ac in Catholicis: caret siquidem ille fide, nec ad principia firmiter adhaeret; vnde nullus est in eum, quem Theologicae conclusioni praebet, assensum verae fidei influxus, nulla propterea maior certitudo, quae peculiariter egeat adiutorio. Quid autem si illata veritas probabilis tantum sit, et in opinione posita? Nec illam speciali opus habere gratia, per se loquendo, Theologi illi doctissime resoluunt. Quum enim probabilis assensui possit subesse falsum, patet non habere illam a fide adquisitionem, quae aliquam fidei infusae similitudinem gerit.

Tertium argumentum plurima praesert. Eorum primum soluitur dicendo: Apostolum loqui de fide, et aliis gratiae donis, in quibus nemo discernitur per dona naturalia, bonis malisque communia; ideoque recte hoc loco gratiae necessitatem contra humanam superbiam demonstrari. De scientiis autem speculatiuis ideo gloriari non possumus, quoniam sine gratia inflant, nec discernunt inter bonum et malum; ac praeterea non comparantur nisi potentiis naturalibus, et causis praedeterminatis a Deo, et naturali illustratione, atque lumine ipso diuino singulis affulgentem. Soluitur eadem ratione quod sequitur: nam sanctam cogitationem nos ad veras virtutes allicientem, ac trahentem, habere non possumus absque auxilio supernaturali; speculatiuam vero sine naturali mentis collustratione: loquitur autem Apostolus cap. iii. epist. ii. ad Corinth. de sancta cogitatione, quae fideles attrahit, ipsumque reddidit idoneum notii testamenti ministrum: consequenterque demonstrat auxilium supernaturalis necessitatem ad initium fidei. Certe orando non postulamus a Deo cognitionem sterilem, et instantem, sed quae ad mandata diuina facienda deseruiat, et sit lucerna pedibus, et lumen semitis nostris.

Homo demum caecus a Gregorio dicitur, quatenus sola cognitione naturali nequit ad veritatem christianae fidei pertingere; et humanis scientiis incumbens nequit sine gratia in viam salutis dirigere gressus suos.

CO-

COROLLARIUM.

Neque vero quae in argumentorum solutione dicta sunt, illorum sententiae fauent, qui posse hominem omnium naturalium veritatum complexionem etiam attingere volunt; licet enim naturalis hominis appetitus non ad hoc, vel illud solum, sed ad omne naturale verum suapte feratur, non omne tamen attingere sola sua virtute potest. Esto efficax quicumque a natura insitus appetitus naturalem suum finem assequatur; at non ita si debilitatus ille fuerit, et impeditus. Quum igitur experientia ipsa testatur faciat, totam veritatum naturalium complexionem iis circumseptam esse impedimentis, quibus submouendis generale ac commune Dei auxilium non sufficit, non eam poterit a natura iustus appetitus attingere. Neque enim est huiusmodi complexio determinatus ille actus respectu cuius naturale mentis nostrae lumen efficaciam habet; actum enim huiusmodi cum dicimus, cui tot, et talia non obstant, quae superari, ac tolli solo Dei generali concursu non possint; cuiusmodi statimus quodcumque verum naturalis ordinis diuini acceptum. Quantumuis ergo possit homo quamlibet veritatem naturalem singularim percipere, totam tamen veritatum naturalium collectionem minime potest.

CAPVT XV.

De gratiae necessitate ad opera moraliter bona.

Verosimilius apparet hominem non egere speciali Dei gratia ad quodcumque opus moraliter bonum.

Nonnulla primum sunt diuini eloqui testimonia, quae huic nostrae sententiae fidem faciunt. Scriptum enim est Matth. v. illud Christi Domini dicitur: "nisi abundauerit iustitia vestra plusquam Scribarum, et Pharisaeorum non intrabitis in regnum Coelorum." Est ergo iustitia quaedam ad Coeleste regnum non ducens, quae scilicet est non abundans, nec ad finem, qui supra naturam est, ordinata. Illud item eiusdem Christi ibidem: "si diligitis eos, qui vos diligunt, quam mercedem habebitis? Nonne et Publicani hoc faciunt? Et si saluaueritis fratres vestros tantum, quid amplius facitis?"

Tom. III.

N

ntis?

«is? Nonne et Ethnici hoc faciunt? Estote ergo vos perfecti, sicut et Pater vester coelestis perfectus est. Neque enim Christus officia vituperat, quae propter honestatem humanam, et naturales necessitudines fiunt, suntque bonis, malisque communia, sed ait, imperfectas esse virtutes, et nullius ad aeternam mercedem vtilitatis, nisi ex vero, germanoque Dei amore profisciscantur, quo se diligit Pater coelestis.

Facit ad id ipsum suadendum illud Paulli ad Rom. iv. «si Abraham ex operibus iustificatus est, habet gloriam, sed non apud Deum. Est igitur, Paulo arstante, iustitiae humanae, scilicet ex operibus, sua gloria, ideoque sua honestas: nam ut Tullius aiebat, gloria virtutem sicut umbra sequitur, eiusque praemium est; imperfecta tamen, et nullius apud Deum meriti.

Quoniam vero de Ss. Augustini et Thomae mente porissimum contentio in hac controuersia est, (quod infra nos paullo distinctius exponemus) locupletissimis eorundem testimoniis demonstrandum sententiam nostram cum eorum doctrina plane pleneque congruere. Illud primo proferimus Augustini (1): «quoniam, ait contra Iulianum, saltem concedis opera infidelium, quae tibi eorum videntur bona, non tamen perducere eos ad salutem sempiternam regnumque, scito, nos illud bonum hominum dicere, illam voluntatem bonam, illud bonum opus, sine Dei gratia, quae datur per vnum mediatorem Dei, et hominum, nemini posse conferri, per quod solum homo potest ad aeternum Dei bonum, regnumque perducere; omnia proinde cetera, quae videntur habere apud homines aliquid laudis, videantur tibi virtutes verae, videantur opera bona, et sine vilo facta peccato: quod ad me pertinet, scio, quia non ea facit voluntas bona. Voluntas quippe infidelis, et impii non est bona. Ergo Augustinus opera, quae ad salutem perducunt aeternam, ab iis operibus aperte distinguit, quae nullius ad eandem vtilitatis sunt, etsi vitae huius honestatem habeant, et sine vilo peccato sint facta; atque ad priora solum gratia mediatoris opus esse decernit, quod Catholicorum nemo vnus negat; secus autem ad posteriora.

Sit secundum Augustini testimonium, quod in libro de Spiritu et littera tradit (2). Ibi Paulli verba ad Rom. n. nempe: «gentes quae legem non habent, naturaliter ea, quae legis sunt, faciunt,»

ex-

(1) Lib. iv. cont. Iul. cap. 3.

(2) Capp. 27. et 28.

exponens, ait, intelligi ea primum posse de Ethnicis iam fide imbutis, qui dicuntur, quae legis sunt, naturaliter facere, non quod solis naturae viribus, sed quod per fidem faciunt, quae legis naturaliter sunt, seu ad legem pertinent naturalem. Refert etiam posse, ait, ad Ethnicos nondum luce fidei perfusos, quorum aliqua facta sunt, quae secundum iustitiae regulam merito, recteque laudamus; quorum in animis non ita Dei deleta imago est, ut non possint etiam in ipsa impietate vitae suae facere aliqua legis, vel sapere; sicque intelligendum, eos naturaliter facere, quae legis sunt, quia non omnino deletum est, quod ibi per imaginem Dei, quum crearetur, impressum est. Augustinus igitur horum factorum originem a Dei imagine, non omnino deleta in Ethnicis, aut impiis, repetens, gratiae necessitatem ad huiusmodi opera negat.

Aperius tamen, ac luculentius est, quod statim adiungit. Ait enim: «nam et ipsi homines erant, et vis illa naturae inerat eis, quae legitimum (id est secundum naturalem legem) aliquid animae et sentit, et facit. Sed pietas, quae in aliam vitam transfert beatam, et aeternam, legem habet immaculatam, conuertentem animas, ut ex illo lumine renouentur: renouari autem, nisi gratia Christiana, hoc est, nisi Mediatoris intercessione non possunt, a cuius gratia si alieni illi, de quibus agimus, naturaliter quae legis sunt faciunt, quid eis proderunt excusantes cogitationes, in die, qua indicabit Deus occulta cordium, nisi forte ut mitius puniantur?» cert. Ergo aperissime Augustinus statuit non esse necessariam gratiam Mediatoris ad quodcumque morale opus.

Quid vero S. Thomas? Transcribere quaedam ipsius testimonia placet, ut hinc appareat qua fronte eius auctoritatem Theologi nobis aduersantes stare pro sua opinione dicant. Scribit itaque (3): «est autem duplex bonum; quoddam, quod est humanae naturae proportionatum, quoddam vero, quod excedit humanae naturae facultatem; et haec duo bona, si de actibus loquamur, non differunt secundum substantiam actus, sed secundum modum agendi: vtpote iste actus, qui est date elemosinae, est bonum proportionatum viribus humanis, secundum quod ex naturali dilectione, vel benignitate homo ad hoc mouetur: excedit autem humanae naturae facultatem secundum quod homo ad hoc inducitur ex charitate, quae mentem hominis Deo vnit.»

N 2

» Ad

(3) Quaest. 24. de Verit. art. 14.

Ad hoc ergo bonum, quod est supra naturam humanam, constat liberum arbitrium non posse sine gratia. . . . Illud autem bonum, quod est humanae naturae proportionatum, potest modo per liberum arbitrium explere. . . . Quamuis autem huiusmodi bona possit homo facere sine gratia gratum faciente, non tamen potest ea facere sine Deo, quum nulla res possit in naturalem operationem exire, nisi virtute diuina; quia causa secunda non aegit nisi per virtutem primae causae, vt dicitur in libro de causis. Et alio in loco (4): sicut duplex est, ait, hominis finis, vnus vltimus, et alius proximus, ita duplex est bonum, vnum quidem vltimum, et vniuersale, et aliud proximum, et particulare: vltimum et principale hominis bonum est Dei fruitio secundum illud Psalm. lxxii. mihi autem adhaerere Deo bonum est: et ad hoc ordinatur homo per charitatem: bonum autem secundarium, et quasi particulare hominis potest esse duplex, vnum quidem quod est vere bonum, vrpote ordinabile, quantum est in se, ad principale bonum, quod est vltimus finis; aliud autem est bonum apparens, et non verum, quia abducit a finali bono. Sic ergo patet, quod virtus vera simpliciter est illa, quae ordinatur ad principale bonum hominis. . . . et sic nulla vera virtus potest esse sine charitate. Sed si accipitur virtus secundum quod est in ordine ad aliquem particularem finem, sic potest aliqua virtus dici sine charitate, in quantum ordinatur ad aliquod particulare bonum: sed si illud particulare bonum non sit verum bonum, sed apparens, virtus etiam, quae est in ordine ad hoc bonum, non erit vera virtus, sed falsa similitudo virtutis: sicut non est vera virtus auarorum prudentia, qua excogitant diuersa genera lucrorum, et auarorum iustitia, qua grauium damnorum metu continentur aliena, et auarorum temperantia, qua luxuriae, quae sumptuosa est, cohibent appetitum, et auarorum fortitudo, qua, vt ait Horatius lib. i. ep. 5. per mare pauperiem fugiunt, per saxa, per ignes, vt Augustinus dicit lib. iv. contr. iul. cap. 11. si vero illud bonum particulare sit verum bonum, pura conseruatio ciuitatis, vel aliquid huiusmodi, erit quidem vera virtus, sed imperfecta, nisi referatur ad finale, et perfectum bonum.

His Augustini et Thomae testimoniis duplex a clarissimo Thomista Soto additum est argumentum: I; minus scite, minusque recte

(4) Secunda Secundae, quaest. xxiii. art. 7.

ete relicitur, quod est in humana et naturali ratione, ac communi Theologorum consensione positum, nisi aliunde scripto, aut tradito Dei verbo, aut Ecclesiae definitionibus aduersetur: sententiam nostram Theologorum omnium consensione fretam Ariminensis ipse faretur, humana autem et naturali ratione nixam satis ostendunt, quae mox ex Ss. Augustino, et Thoma produximus: nullum praeterea Scripturae testimonium est quod cum illa pugnet; neque Patrum dictis aduersatur, vt apertius ex dicendis constabit: est ergo praeter legitimam causam intrusa auxilii gratiae specialis necessitas ad opera moraliter bona, neque prudenter communis veterum Theologorum secus opinantium sententia refellitur.

II: quis negarit posse hominem naturae suae vi, quod stripe genere bonum est malo fine, et adiuncto facere? Quidni ergo et idem facere poterit propter honestum? Id enim exempla commonstrant. Nam naturali conatu ambulare homo potest prauis finis gratia: ergo et poterit quoque bonae valerudinis conseruandae, aut relaxandi temperate animi causa, quod certe bonum morale est. Potest homo naturaliter vesci quando ei nocet: ergo et potest quando ei prodest: certe (ait Theologus ille) risum tali theologia moueret, qui diceret posse comedere sine speciali auxilio pomum, quod est ante me, dum mihi est pettilens, non autem dum est salubre. Praeterea dum quis veritatem rei cuius est conscius, interrogatur, potest naturaliter negare, quod est peccatum mendacii, cur non poterit, quod facilius est, citra speciale auxilium affirmare? Potest quilibet pro suo libito denarium prolicere in flumen; cur non poterit donare pauperi sine alia mala circumstantia, eo quod est honestum? Honorem, quem inique volet quis, que naturaliter deferre indigno, cur non poterit eundem legitime deferre parentibus, et vrbane probis viris? Negari conseruaciones istae non possunt, nisi aut rationis lumen in homine per peccatum non attenuatum solum, sed plane ponatur extinctum: aut facilius homini esse credatur, quod praeter, quam quod secundum eius naturam est, eique soli negatum, quod ceteris tributum sicut inanimis, sicut animantibus, finem nempe sibi a natura praescriptum, seu agere secundum rationem, assequi quandoque posse; quod quam sit absurdum constat.

COROLLARIUM.

Quibus vero temperamentis sententiam hanc nos tueamur, et

ex dictis liquido apparet, et subnectenda hic sunt, ut ad ea animus hinc vertant, qui partium studio veritatem antefecerunt, pronuntiantque, an in sententia huiusmodi vllus esse possit Pelagianismo locus. Vt enim cum Soto loquamur; quando affirmamus bonum opus in genere morum naturali facultate fieri, primum id intelligimus, vbi nullus praefigitur malus finis, nullaque affigitur circumstantia mala. Mox neque huiusmodi opus censemus, nuncupamusque simpliciter, aut bonum, aut virtutis, sed contracte, et (quod idiomate suo aiunt in Scholis) secundum quid; quippe opus ex genere seu moraliter bonum; et ideo licet opus moraliter bonum studiosum vere sit, non ita tamen ut mereatur absolute nomen virtutis: etenim Augustinus vbiicumque loquitur absolute de opere bono, aut de virtute, ea dumtaxat officia comprehendit, quae sunt in charitate, quae vna est forma virtutum. Expressa est eius sententia vbi ait (5): »quidquid se putauerit homo facere bene, si fiat sine charitate, nullo modo fit bene.« Et ideo apud Gentiles nullas veras virtutes fuisse censet; nedum quia pleraque faciebant propter inanem gloriam, sed quia cognitione carebant, et charitate veri Dei. Id quod peregrinie aduersus Iulianum disputans (6), disserit, confirmans non esse vere iustum, nisi qui ex fide viuunt, neque veram esse iustitiam, nisi vbi est regnum Dei, neque veras virtutes, nisi vbi est vera sapientia, et charitas Dei; et ideo non esse inter Romanos et Graecos, qui essent veri sapientes, studiosique censendi. Excipere nihilominus possumus aliquos forte rarissimos, quibus legitime seruantibus ius naturale (id quod non iudicamus negasse Augustinum) Deus peculiariter ferret opem, ut secum reconciliaret. Et inde tertio consequitur, quum diximus Dei cognitionem posse quempiam naturaliter adipisci in materia morali, minime nos intellexisse de vera prudentia; quippe quae non est nisi vbi verae conecuntur virtutes; at vero vbi Augustinus negat veras esse virtutes extra charitatem, et fidem, et vbi eas vocat falsas, non sentit quod sint idcirco peccata; sed id tantum, quod non habent legitimum virtutis gradum; et ita glossat eum S. Thomas (7); sicuti auricalcum licet sit falsum aurum, est tamen in genere suo res bona.

Practerea, neque illa opera vtrumque bona damus posse honorem

(5) Lib. de Grat. et lib. arb. cap. 18.

(7) Prima Secundae, quaest. xxv. art.

(6) Lib. iv. cap. 3.

nem multo tempore, aut in materiis, vel arduis, vel pluribus efficere: est enim homo post peccatum imbecillior, et infirmior, quam ut possit in bono, neque in eo quidem quod est naturale, durare sine auxilio Dei: namque in infidelibus, et in perditis Christianis experimento didicimus, quam homines diuino fauore destituti in diuersas malorum abyssos praecipites dilabantur.

Neque postremo diffitemur, quin quandoque in peccato iacentes, inspirationes aliquas peculiare fauoresque recipiant: nam ait S. Thomas (8), »quod Deus quandoque per suam gratiam aliquos instruit de his etiam quae per naturalem rationem cognosci possunt.« Quin imo addiderimus, quod nonnumquam recipiunt aliqua supernaturalia subsidia, quibus quodammodo mollescant, et disponantur ad gratiam: sed id tantum adstruere conati fuimus, quod sine speciali auxilio potest peccator multa opera facere, quae non sint peccata, neque merita gratiae, sed medio modo moraliter bona, neque proxima sint ad gratiam dispositio, sed remotissima, qua ratione dicitur: »prima virtus est vitium fugere.«

CAPVT XVI.

Gregorij Ariminensis argumenta diluuntur.

Opinionis, quae praecedenti contrariatur, Auctor communiter habetur Theologus Praestantissimus Gregorius Ariminensis: licet eadem praeluisse Gasparum Casaliu de Quadripartita iustitia agentem Bertius indigitare videatur. Certe cl. Thomista supra laudatus (1), scribit: ante Gregorium Ariminensem, celebrem quarti decimi saeculi ex Augustinensi familia Theologum, neminem se legisse, qui negare cogitauerit quod nos adserimus. Vnus autem, ut ipse ait, Ariminensis hoc negauit (2), contendens, quam nos tuemur sententiam esse contra Augustinum, ac in errorem Pelagii eam incidere: additque S. Thomam eiusdem saeculi fuisse sententiae.

Ariminensi vero adhaerere nobilissimi Theologi quamplures, quos inter eminet Norisius (3), Vantoy (4), Manso (5), Narajis

Ale-

(8) Loco supra laudato.

(3) In vindicijs capp. 3. et 4.

(1) Lib. xviii. cap. 3.

(4) De act. hum. quaest. ii. cap. 1.

(2) In ii. Scot. Dist. 26. 27. 28.

(5) In opere de virtut. Infidelium;

quaest. 2.

et in vindicijs Norisiana.

ex dictis liquido apparet, et subnectenda hic sunt, ut ad ea animus hinc vertant, qui partium studio veritatem antefecerunt, pronuntiantque, an in sententia huiusmodi vllus esse possit Pelagianismo locus. Vt enim cum Soto loquamur; quando affirmamus bonum opus in genere morum naturali facultate fieri, primum id intelligimus, vbi nullus praefigitur malus finis, nullaque affigitur circumstantia mala. Mox neque huiusmodi opus censemus, nuncupamusque simpliciter, aut bonum, aut virtutis, sed contracte, et (quod idiomate suo aiunt in Scholis) secundum quid; quippe opus ex genere seu moraliter bonum; et ideo licet opus moraliter bonum studiosum vere sit, non ita tamen ut mereatur absolute nomen virtutis: etenim Augustinus vbiicumque loquitur absolute de opere bono, aut de virtute, ea dumtaxat officia comprehendit, quae sunt in charitate, quae vna est forma virtutum. Expressa est eius sententia vbi ait (5): »quidquid se putauerit homo facere bene, si fiat sine charitate, nullo modo fit bene.« Et ideo apud Gentiles nullas veras virtutes fuisse censet; nedum quia pleraque faciebant propter inanem gloriam, sed quia cognitione carebant, et charitate veri Dei. Id quod peregrinie aduersus Iulianum disputans (6), disserit, confirmans non esse vere iustum, nisi qui ex fide viuunt, neque veram esse iustitiam, nisi vbi est regnum Dei, neque veras virtutes, nisi vbi est vera sapientia, et charitas Dei; et ideo non esse inter Romanos et Graecos, qui essent veri sapientes, studiosique censendi. Excipere nihilominus possumus aliquos forte rarissimos, quibus legitime seruantibus ius naturale (id quod non iudicamus negasse Augustinum) Deus peculiariter ferret opem, ut secum reconciliaret. Et inde tertio consequitur, quum diximus Dei cognitionem posse quempiam naturaliter adipisci in materia morali, minime nos intellexisse de vera prudentia; quippe quae non est nisi vbi verae coniectantur virtutes; at vero vbi Augustinus negat veras esse virtutes extra charitatem, et fidem, et vbi eas vocat falsas, non sentit quod sint idcirco peccata; sed id tantum, quod non habent legitimum virtutis gradum; et ita glossat eum S. Thomas (7); sicuti auricalcum licet sit falsum aurum, est tamen in genere suo res bona.

Practerea, neque illa opera vtrumque bona damus posse honorem

(5) Lib. de Grat. et lib. arb. cap. 18.

(7) Prima Secundae, quaest. xxv. art.

(6) Lib. iv. cap. 3.

nem multo tempore, aut in materiis, vel arduis, vel pluribus efficere: est enim homo post peccatum imbecillior, et infirmior, quam ut possit in bono, neque in eo quidem quod est naturale, durare sine auxilio Dei: namque in infidelibus, et in perditis Christianis experimento didicimus, quam homines diuino fauore destituti in diuersas malorum abyssos praecipites dilabantur.

Neque postremo diffitemur, quin quandoque in peccato iacentes, inspirationes aliquas peculiare fauoresque recipiant: nam ait S. Thomas (8), »quod Deus quandoque per suam gratiam aliquos instruit de his etiam quae per naturalem rationem cognosci possunt.« Quin imo addiderimus, quod nonnumquam recipiunt aliqua supernaturalia subsidia, quibus quodammodo mollescant, et disponantur ad gratiam: sed id tantum adstruere conati fuimus, quod sine speciali auxilio potest peccator multa opera facere, quae non sint peccata, neque merita gratiae, sed medio modo moraliter bona, neque proxima sint ad gratiam dispositio, sed remotissima, qua ratione dicitur: »prima virtus est vitium fugere.«

CAPVT XVI.

Gregorij Ariminensis argumenta diluuntur.

Opinionis, quae praecedenti contrariatur, Auctor communiter habetur Theologus Praestantissimus Gregorius Ariminensis: licet eadem praeluisse Gasparum Casaliu de Quadripartita iustitia agentem Bertius indigitare videatur. Certe cl. Thomista supra laudatus (1), scribit: ante Gregorium Ariminensem, celebrem quarti decimi saeculi ex Augustinensi familia Theologum, neminem se legisse, qui negare cogitauerit quod nos adserimus. Vnus autem, ut ipse ait, Ariminensis hoc negauit (2), contendens, quam nos tuemur sententiam esse contra Augustinum, ac in errorem Pelagii eam incidere: additque S. Thomam eiusdem seculi fuisse sententiae.

Ariminensi vero adhaerere nobilissimi Theologi quamplures, quos inter eminet Norisius (3), Vantoy (4), Manso (5), Narajis

Ale-

(8) Loco supra laudato.

(3) In vindicijs capp. 3. et 4.

(1) Lib. xviii. cap. 3.

(4) De act. hum. quaest. ii. cap. 1.

(2) In ii. Scot. Dist. 26. 27. 28.

(5) In opere de virtut. Infidelium;

quaest. 2.

et in vindicijs Norisianis.

Alexander (6), alii. Nobis tamen, quae hi omnes, ab Ariminensi edoceri, obiciunt, non ita firma videntur, vt in suas partes trahere poterint.

Sunt vero haec: I: Iohannis xv. ait Christus: »sine me nihil potestis facere.« Pauli i. ad Corinth. cap. x. dicitur: »omnia in gloriam Dei facite.« Et ii. ad Corinth. iii. »non quod sufficientes simus cogitare aliquid a nobis quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est.«

II: innumera fere sunt Conciliorum, Patrumque dicta, quae (quoniam immensum esse exseribere) haec in summa continent: »omnia opera bona ex Dei gratia fiunt: nullum bonum opus ex nobis est: gratia Dei ad singulos actus datur: nemo de suo habet nisi mendacium et peccatum.«

III: ita ratio loquitur: bonum opus moraliter naturae sanae, et integrae proprium est: non valet ergo ab homine lapsa et infirmo edī absque speciali Dei adiutorio.

Deinde: bonum opus non est cui debiti finis adiunctum, seu circumstantia desit: ac carere hac circumstantia quaecumque sine Dei gratia fiunt opera ex eo constat, quod quicumque opus facit alio fine, quam propter Deum, peccat: quicumque vero non actu in ipsum Deum refert alio fine facit: ergo nullum opus sine gratia bonum est.

Postremo: si Deus nobiscum solo generali auxilio, seu influxu ad opera moraliter bona concurreret, non aliter nos ad huiusmodi bona, quam ad contraria mala moueret, ad quae generalem nobis influxum perinde suppeditat: hoc autem vel cogitare quam absurdum est: spectalem igitur ad opera moraliter bona opem nobis praebere dicendus est.

Sed responderetur: ad diuini quidem eloquii testimonia perbreui, sed firmissima S. Thomae responsione: haec enim omnia, aliisque ex Apostolo sibi obicit ac dissoluit dicens (7): »ad ea vero quae sunt in contrarium patet solutio: quia vel procedunt de bono merito, vel ostendunt, quod sine operatione Dei (id est generali Dei motione, de qua late disseruerat in corpore art.) homo nullum bonum facere potest.«

Libet tamen singula perstringere, quo S. Thomae responsi veritas magis appareat. Quod ex Ioann. xv. opponitur, an non ex in-

(6) Tom. ii. Theol. mor. lib. iii. (7) Quaest. xxiv. de Verit. art. 14.

integra orationis Dominicae serie patet, de opere intelligendum, vel merito, vel quod disponit ad gratiam, conducitque ad salutem? Praemiserat Christus vitem se veram esse, discipulos autem palmites: et vt palmes fructum ferre a semetipso non potest nisi in vite manserit, sic nec illos, nisi in Christo mansissent. Mystici autem hi fructus qui? An non opera gratiae, quae merito Christi et effectus, et fructus sunt? Quapropter subicit: »ego sum vitis, vos palmites: qui manet in me, et ego in eo, hic fert fructum multum, quia sine me nihil potestis facere.« Hospes plane in sacris litteris sit oportet, qui ignorat mutuum hanc, quae eximia, et peculiaris est, Dei in homine, et hominis in Deo mansionem per gratiam sanctificantem, et charitatem esse, vt praecclare probat S. Thomas (8). Quid ergo testimonio huius cum operibus intra naturae ordinem tantum ex genere bonis, quorum nulla est utilitas ad salutem? Frequens insuper Scripturae mos est, sola opera ad Christianam iustitiam pertinentia reputare aliquid, reliqua vero nihil, vt i. ad Corinth. vii. »circuncisio nihil est, et praecipuum nihil, sed observatio mandatorum Dei.« Et ibidem cap. xiii. »si habuero prophetiam . . . et omnem scientiam, et si habuero omnem fidem, charitatem autem non habuero, nihil sum: et si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, et si tradidero corpus meum, ita vt ardeam, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest: scilicet quantum ad meritum vitae aeternae, quae solis Deum diligentibus repromittitur, vt explicat S. Thomas (9).

Quamquam Paullum in fonte adeunti, vt aiunt, statim pateat, quum ait, nihil habere hominem quod non acceperit, cert. ac non esse nos sufficientes cert. loqui illum de his, quae ad fidem, iustificationem, aeternaeque salutis negotium pertinent: quoque explicari eius dicta percommode possunt cum S. Thoma de his, quae infra naturae ordinem bona sunt.

Illud demum eiusdem Paulli: »omnia in gloriam Dei facite,« interpretantur aliqui consilium esse: »sed hoc non est verum,« ait S. Thomas (10): ex quo hoc sumimus responsum: nam quidpiam in Dei gloriam fieri non vno tantum modo intelligi potest: primo enim

(8) Prima Pars, quaest. xliiii. quae est de Diuina Person. mis.

(10) Ex his quae tradit Prima Secundae, quaest. c. art. 10. ad 2.

(9) Lect. 112. in cap. 3. ad Colos.

enim accipitur eo sensu, vt opus reuera Deo placeat, sitque ei ad vitam aeternam acceptum; secundo, vt genere suo bonum sit, ac honestum; adeo vt videntes ad dandam Deo gloriam excitentur: quemadmodum Matth. v. Christus dixit: »sic luceat lux vestra» coram hominibus, vt videant opera vestra bona, et glorificent Patrem vestrum, qui in Coelis est.« Quam posteriorem intelligentiam haurimus ex D. Thoma (11). Si autem de Dei gloria prior sensu sit sermo, quum praecipuum omnia sic in eius gloriam referendi affirmatiuum sit, nec pro semper, vt loquuntur, obliget, sed tunc solum, quum dilectionis praecipuum obligat, manifestum est, quaecumque ad Dei gloriam actus, vel virtute non referuntur per charitatem, non idcirco peccata esse, quasi vero semper praecipuum hoc violetur, sed tunc solum, quum illud vrget. At si posteriore sensu Dei gloria accipiatur, verborum Apostoli hic erit sensus: opera vestra talia non sint, quae in Deum referri nequeant, qualia sunt peccata; item, quae genere suo honesta feceritis, ne inanis gloriae studio, sed qualia genere suo sunt, ita faciatis, vt cedere in gloriam Dei possint, seu eorundem naturam nullo praeu vitiis adiuncto: quod impedimento sit, ne bonorum omnium auctori Deus glorificari ex his possit. Sed de hoc argumento iterum infra.

Pro secundo soluendo illud animaduertere principio debemus: quae a Conciliis, et Patribus in re ista constituta sunt, ea aduersum Pelagium dicta esse: vnde minus scite aduersum nostram sententiam tot, tantaque testimonia torquentur. Quid enim huic affine est cum errore Pelagianorum? An non propterea plures Michaëlis Bail propositiones ab Apostolica Sede sunt confixae, quod sententiae huic nostrae Pelagianismi notam ausus esset inuere? Si ergo Sedis Apostolicae iudicio longe absumus a Pelagio, quorsum Conciliorum et Patrum aduersus illum definitiones in nos iactantur? Sed breuiter singula quae obiecerunt, explicemus. Certum est enim, quoties in Conciliorum canonibus, et Patrum scriptis legitur: »omnia bona opera ex Dei gratia fieri,« sermonem esse de operibus, quae alicuius momenti, vel meriti sint ad iustitiam, et ad salutem: quae ex Dei gratia esse perlibenter annuimus. At si quandoque et bona intra solum naturae ordinem diuino videntur auxilio tribuere, puta, quum aiunt, »si nobis relinquimur, semper

(11) Lect. XIII. in cap. 10. 1. ad Cor.

»peccamus,« in promptu est altera responsi S. Thomae pars, designatam ab eis nimirum generalis auxilii, quod idem S. Doctor operationem, seu motionem Dei appellat, necessitatem, non auxilii specialis.

Quid si Pelagium fateri volunt, gratiam ad singulos actus esse necessariam, seu dati? Exploratum est in quo Pelagius gratiae nomen poneret, scilicet, in dono creationis, in libero arbitrio, in lege atque doctrina; quae gratia non ad singulos actus datur, et semel data ad plures actus valet. Hinc qui Pelagianismi errores minutatim sunt persequuti, ex Hieronymo colligunt, et a Pelagio negatam generalis diuini concursus, seu operationis, et motionis Dei ad ipsa naturae opera necessitatem. Scribit enim Hieronymus contra Pelagium (12): »si in singulis rebus, quas gerimus, Dei vtiendum est adiutorio, ergo et calamus temperare ad scribendum, et temperatum pumice terere, manumque aptare ad scribendum, loqui, sedere, stare, ambulare, currere, comedere, ieiunare, stare, ridere, et cetera huiusmodi, nisi Deus iuuerit non poterimus.«

Ne ergo Pelagius gratiae nomine abuti pergeret, vrgebant Patres, ponendam ab eo gratiam non absolute, et generatim, sed ad actus singulos necessariam instar auxilii transeuntis: ad actus autem intra naturae ordinem bonos, quorum nullus est ad salutem ordo, nulla vilitas, statuisse Patres praeter generalem Dei mouentis, et applicantis operationem, quae et gratia late dicitur, speciali opus esse auxilio, nec probarunt hactenus aduersarii, nec probare vquam poterunt.

Eius vero, quod tantopere iactatur: »nemo de suo habet nisi peccatum, et mendacium,« quae est vera intelligentia? Neminem latet, illum Concilii Arausiaci Canonem, numero xxii. aduersus Semipelagianos esse, quorum capitalis error erat, initium fidei, bonorumque omnium ex nobis esse, consummationem ex Deo: quem ut confoderet Synodus declarauit, neminem de suo habere, nisi mendacium, et peccatum, seu quidquid a nobis initium habet, non posse non esse peccatum; ideoque cuiuscumque boni operis initium numquam a nobis, sed a Deo esse excitante, et mouente: quis enim dubitat quidquid de nostro est, ita vt nec a Deo incipiat, nec ad illum vt auctorem, primumque principium referatur, peccatum esse? Nam huius solius non ab alio, quam a no-

bis potest origo esse. ¶ Ut autem quidpiam Deo auctori possit adscribi, num ad illud speciali gratia concurrat oportet? Et generalis concursus ab eo incipit, et operatio, atque auxilium Dei a S. Thoma vocatur; quem etiam sensum Augustinus ipse indicat: unde Arauscani canonis verba de promta sunt: cum eius itaque definitione apertissime sententia nostra componitur.

Ad tertium ordine respondendum: in primo enim quantum oblicientes alucinentur perspicere quilibet facillime potest. Ponunt siquidem respectu naturalis boni in materia morum differre hominem lapsam ab integro, ut mortuum a viuento; ut totum ille naturae suae viribus posset, hic vero nihil; quod plane falsum est, et a S. Thoma alienum, qui disserte ait (13): «quia natura humana per peccatum non est totaliter corrupta, ut scilicet toto bono naturae priuetur, potest homo etiam in statu naturae corruptae per virtutem suae naturae aliquod bonum particulare agere. . . . non tamen totum bonum sibi connaturale: sicut homo infirmus potest per se ipsum aliquem motum habere, non tamen potest perfecte moueri motu hominis sani, nisi sanetur auxilio medicinae.»

Secundum sic Caietanus soluit (14): Deum esse, ait, vltimum finem alicuius actus humani, potest contingere dupliciter. Primo, ut sit finis explicitè intentus ab operante; et hoc modo possibile non est hominem infidelem habere Deum ut vltimum finem, et perseuerare sine gratia. Secundo ut sit finis, non explicitè, sed implicitè intentus ab operante; ex. g. si infidelis, vel in mortali existens, nihil cogitans de Deo, honoret parentem, reddat depositum, et huiusmodi faciat, quando, vbi, sicut oportet, et propter hunc finem, quia debitum est quod sic fiat, tunc ex hoc ipso, quia nulla mala circumstantia iungitur, nullus malus finis apponitur ad esse debitum, et virtuosum, affirmatur quidem finis, sed non vltimus simpliciter, sed inter occurrentes, aut cognitos sibi relinquuntur ordo illius finis proximi, quicumque ille sit, et rursus agens explicitè propter huiusmodi finem proximum, agit ut dirigens se ipsum respectu illius finis proximi, et ut directus a datore rationis agitur respectu finis vltimi. Hoc secundo modo sufficit aliquando habere Deum pro vltimo fine actus humani ad hoc ut actus non sit malus ex defectu circumstantiae vltimi finis naturalis; praecipuum nam-

(13) Prima Secundae, quaest. clix. art. 2.

(14) In Comment. in hunc S. Thomae art.

namque naturale de habendo Deum pro vltimo fine explicitè, quum sit affirmatiuum, non obligat ad semper, et quum sit de eo quod post multum studium adimplendum est, postquam scilicet homo explicitè didicit Deum esse vnum ceter. constat, quod non obligat pro omni tempore quo homo operatur humana opera, ac per hoc sufficit quandoque habere implicitè Deum pro vltimo fine naturali: de Deo autem, ut finis supernaturalis est, non est in praesentiarum sermo. Et quia quilibet secundum certas circumstantias faciens actum moraliter bonum potest actus malos ex puribus naturalibus sic facere, consequens est, ut homo in statu naturae corruptae, adiuncto etiam statu peccati mortalis, possit facere actum moraliter bonum secundum omnes circumstantias, ita ut in nullo deficiat quoad illum actum singularem. Vnde patet argumentationem illam vitiosam esse; falsum est enim quod in ea pro certo sumitur, scilicet, quicumque non refert actu ad Deum opus, alio fine quam propter Deum faceret; quum hoc ipso quod opus ad bonum honestum absque vilo prauo adiuncto refertur, suapte, ac, ut aiunt, implicitè ad cuiusque boni auctorem Deum refertur.

Vltimum, quod oblicetur, absurdum commentum est: nec enim ignorare possunt, qui ita argumentantur, quid S. Thomae, eiusque discipulis in hac quaestione constitutum sit; ad mala nimirum culpae Deum solum concurrere, ut illius, quem *materialem* dicimus, quatenus res naturae est, actus auctorem, non autem ad actus deformitatem, siue malitiam: ad bona vero non hac tantum ratione, sed quatenus habent virtutis formam rationi congruentem: dat enim nobis leges, exemplum, et signatum super nos vultus sui lumen, quod bona nobis ostendit, quibus sane modis auctor ille non est, ut a rationis semita nos diuertamus, sed potius ut eam ineamus, et persequamur: quare et hoc etiam nomine Augustinus Iulianum coarguebat, quod hominibus tribueret, si boni quidpiam haberent, quum omnia Deo debeamus, etiam naturalia.

CAPVT XVII.

An, et quae ad diligendum Deum vt naturae auctorem; ad legis praecepta obseruanda; ad vitandum peccatum, et tentationes vincendas necessariae sit gratia.

Non potest homo sine praeueniente Saluatoris gratia Deum, vt naturae auctorem, super omnia diligere.

Ad obseruanda legis praecepta, omnia quidem, cogitur homo diuinum quaerere auxilium.

Sed nec potest homo aut peccatum deuitare, aut tentationes vincere sine gratia.

Priorem propositionem ex Ss. DD. Augustino et Thoma didicimus. Eam primo loco diuinae litterae testantur, quae charitatem inter praecipua Spiritus Sancti dona commemorant. Scribit enim Apostolus ad Rom. v. «charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis.» Et I. Iohannis iv. dicitur: «charitas ex Deo est.»

Scripturarum testimonia Canones Conciliorum excipiunt, ac sequuntur. Definitum siquidem est in Concilio Mileuitano (1): «vtrumque Dei donum est, et scire quid facere debeamus, et diligere, vt faciamus.» Item in Arausicano II. (2) «proprus donum Dei est diligere Deum.» Et in Tridentino (3): «si quis dixerit sine praeueniente Spiritus Sancti inspiratione, atque eius adiutorio hominem credere, sperare, et diligere posse sicut oportet, anathema sit.»

Accedunt Patres: qui quidem vno ore docent non posse nos Deum amare gratis, et propter se ipsum absque dono gratiae ipsius. Sic enim loquitur Augustinus (4): «amor Dei quo peruenitur ad Deum, non est nisi a Deo Patre per Iesum Christum cum Spiritu Sancto. Per hunc amorem Creatoris bene quisque vitur

»etiam

(1) Canone iij.
(2) Canone xxv.

(3) Sess. vi. Can. iij.
(4) Lib. iij. cont. Iulian. cap. 3.

»etiam creaturis: sine hoc amore Creatoris nullus quisquam bene vitur creaturis.« Et alio in loco (5): «lex autem sine gratia »littera est occidens: in gratia vero Spiritus viuificans: »vnde est »nobis charitas Dei, et proximi, nisi ex ipso Deo? Nam si non »ex Deo, sed ex hominibus, vicerunt Pelagiani. Si autem ex Deo »vicimus Pelagianos.« Et S. Bernardus ait (6): «difficile, imo impossibile est suis quempiam, liberue arbitrii viribus semel accepta a Deo libertate ad Deum ex toto conuertere voluntatem, »et non magis ad propositum retorquere, sicut scriptum est, omnes, quae sua sunt, quaerunt.« D. Anselmus tenet (7), »voluntatem post desertam iustitiam factam ancillam suae affectionis, quae »ad commodum est.« Postremo S. Thomas inquit (8): »vnde homo in statu naturae integrae dilectionem sui ipsius referebat ad »amorem Dei sicut ad finem, et similiter dilectionem omnium aliarum rerum; et ita Deum diligebat plusquam seipsum, et super »omnia. Sed in statu naturae corruptae homo ab hoc deficit secundum appetitum voluntatis rationalis, quae per corruptionem naturae sequitur bonum priuatum, nisi sanetur per gratiam Dei.»

Addi ad haec possunt et momenta rationis, quae eiusdem S. Thomae doctrina suppeditat. Etenim absolutus dilectionis Dei super omnia actus nequit cum graui culpa componi; alioquin esset homo simul et a Deo, seu vltimo fine auersus, nam in peccato haereret, et ad Deum, quem absolute super omnia diligit, seu vltimum finem conuersus, quo quid cogitari potest absurdus? Si ergo possit homo suis viribus Deum super omnia diligere absolute, iisdem poterit a peccato laethali resurgere, eiusque excussa seruitute in libertatem filiorum Dei, ac in eius amicitiam se vindicare; hoc autem non S. Thomae solum (9), sed Scripturarum, et Ecclesiae doctrinae contrarium esse quis nescit?

Ad hoc idem confirmandum egregie facit, quod alibi docet (10) S. Doctor, nimirum, non posse hominem duos vltimos fines habere; si autem graui peccato ligatus Deum posset super omnia absolute diligere, an non duos vltimos simul fines haberet? Commutabile scilicet bonum, ad quod adhaeret, nam hominem hunc concipimus in peccato manentem, et incommutabile bonum, Deum videlicet, quem

(1) Lib. de Grat. et lib. arb. cap. 19. art. 3.

(2) L. b. de diligendo Deo.

(3) De concordia libertatis.

(4) Prima Secunda, quae. i. art. 1.

(5) Prima Secunda, quae. i. art. 1.

(6) Prima Secunda, quae. i. art. 1.

(7) Prima Secunda, quae. i. art. 1.

(8) Prima Secunda, quae. i. art. 1.

quem quum absolute super omnia diligit, non potest non vltimi finis loco habere: alterutrum ergo aduersarii dent necesse est, aut nihil obesse, quominus et in Deo simul, et in quopiam creato bono vltimum finem suum constitutum sibi que propositum habeat, aut sua virtute posse illum iustificari, et ab iniustitiae statu ad statum iustitiae transire: primum Apostolo praesertim repugnat dicenti II. ad Corinth. vi. *quae participatio iustitiae cum iniquitate? Aut quae societetas lucis ad tenebras? Quae conuentio Christi ad Belial?* Alterum quoque cum eiusdem Pauli et Ecclesiae doctrina pugnat: falsum igitur posse hominem sola sua virtute Deum super omnia absolute diligere, quum ab altero horum absurdorum nequeat haec sententia diuelli.

Secunda propositio explicatius proposita est, addita dictione illa, *omnia quidem*, vt scilicet et nostram contra Nouatores fidem profiteremur, et scholae dissidia quoquo modo componere tentaremus. Primum enim resoluti illa id, quod tenendum praecipitur vt fidei Catholicae caput: nimirum nullum esse, siue in naturae lege, siue in scripta, siue in lege gratiae praecipuum, quod vel naturae suae virtutibus, vel opitulante Dei gratia implere lapsus homo non possit. Potremo eorum opinionem notat, qui liberi arbitrii ita vires attenuant, vt negent vllum legis naturae praecipuum ab eo impleri sine speciali gratiae auxilio posse. Ac quod ad fidei dogma spectat ex Scripturis aperte constat. Dissertissimum enim illud Deuteronomii est cap. xxx. *mandatum hoc, quod ego praecipio tibi hodie, non supra te est, nec procul positum, neque in Coelo situm, vt possis dicere, quis nostrum valet ad Coelos ascendere, vt deferat illud ad nos, vt audiamus, atque opere compleamus? Neque trans mare positum, vt causseris, et dicas, quis ex nobis poterit transfretare mare, et illud ad nos vsque deferre, vt possimus audire, et facere quod praecipuum est? Sed iuxta te est sermo valde, in ore tuo, et in corde tuo, vt facias illud. Illud etiam regii Psalms: seruauit mandata tua, et testimonia tua. Custodiuit anima mea testimonia tua, et dilexit ea vehementer. Aliaque plurima Scripturarum loca, cuiusmodi sunt: nisi Dominus custodierit ciuitatem, frustra vigilat qui custodit eam: viuifica me, et custodiam sermone tuos: vitinam diriganur viae meae ad custodiendas iustificationes tuas: sine me nihil poteris facere: nemo potest venire ad me, nisi Pater, qui misit me, traxerit eum: non est volentis, neque currentis, sed solius Dei misericordis:*

vis: quid habes quod non accepisti? Deus est, qui operatur in nobis velle et perficere, et cet.

Accedit Conciliorum auctoritas: nam Synodus Mileuitana ait (11): *quisquis dixerit eandem gratiam per Iesum Christum Dominum nostrum propter hoc nos tantum adiuuare ad non peccandum, quia per ipsam nobis reuelatur intelligentia mandatorum, vt sciamus quid appetere, quid vitare debeamus, non autem per illam etiam praestari, vt quod faciendum cognouerimus, etiam facere diligamus, atque valeamus, anathema sit.* Item, Concilii Carthaginensis Patres (12) Pelagianos perstringunt, quoniam persuadebant hominibus animalibus, non percipientibus quae sunt Spiritus Dei, ad operandam, perficiendamque iustitiam, et Dei mandata complenda solum sibi humanam sufficere posse naturam, non attendentes quod scriptum est, Spiritus adiuuat infirmitatem nostram. Quod deinde comprobant argumento satis in schola trito, et communi, petito ex orationibus, quibus intellectum, et charitatem postulamus ad legem scrutandam, et faciendam. Similiter definiunt Concilia, Arausicanum II. (13) et Africanum (14): nec non Romanae Sedis Antistites, Innocentius I. (15) Coelestinus I. (16) ac Gelasius I. (17).

Patres autem recensere, qui huic veritati subscripserunt, longum foret. Quosdam dabimus, quorum praecipuum Augustinus erit, quoniam et praecipuum ille fuit Pelagianae impietatis debellator. Ergo postquam ostendit ille (18), dilectionem, qua diuina mandata complemus, donum Dei esse miserentis, qui prior dilexit nos, inquit: etsi enim Dei mandatum videtur aliquando, non a diligentibus, sed a timentibus fieri, tamen ubi non est dilectio, nullum bonum opus imputatur, nec recte bonum opus vocatur, quia omne quod non est ex fide peccatum est. Habet his similia Augustinus passim. Eum sequuntur Fulgentius (19), Isidorus Hispaniensis (20), Bernardus (21), Eundem praeuertit ex Graecis, atque ex Latinis innumeri.

E ratione autem sic pro hac veritate valide argumentari poterit. P

- Tom. III.
- (11) Can. 29.
 - (12) In Epist. ad Innocent.
 - (13) Cano. x. xviii. alisque.
 - (14) Can. 1xxx.
 - (15) Epist. xxxi.
 - (16) In Epist. ad Episc. Galliae.

- (17) Epist. v.
- (18) De Grat. Ch. cap. 26.
- (19) De Fide ad Petrum cap. 72.
- (20) Lib. II. de Summo bono cap. 5.
- (21) Serm. II. in Pentec.

est. Inter diuinæ legis præcepta quaedam supra hominis naturam sunt, vti præcepta fidei, spei, et charitatis; naturæ vero lege iubetur homo Deum, quia naturæ auctor est, diligere. Quum ergo prioris ordinis præcepta impleri ab homine sine peculiari gratia non possint; Deus item vt est naturæ auctor, non possit super omnia diligi nisi sanetur per gratiam Dei: totam legem implere sine auxilio gratiæ lapsus homo non potest.

Quantum autem ad eorum Theologorum sententiam attinet, quam adsertione nostra oppugnatam volumus, breuiter constituimus, posse hominem lapsum vnum aut alterum legis naturæ præceptum solius naturæ facultate seruare, ex. g. parentes colere, vitæ suæ conseruatione studere, atque huiusmodi quæ graui non sunt ob-sita difficultate, nec non leuiores tentationes, quæ eorundem obseruationem vel impediunt, vel retardant, vincere: quum enim liberum hominis arbitrium debilitatum quidem peccato fuerit, at non extinctum, potest opera quaedam moraliter bona snapte virtute edere, vt demonstratum fuit: si ergo quidpiam huiusmodi agendi præceptum occurrat, implere illud poterit, opus quod iubetur efficiens, et leuiora impedimenta, seu tentationes submouens. Ergo probamus nos eorum Theologorum sententiam, qui tantum libero arbitrio tribuunt, vt valere illud dicant ad quodcumque, etiam ordinis superioris, præceptum, *quoad substantiam*, vt dicunt, implendum, et grauem quamlibet tentationem vincendam, quæ impedito esse possit? Abiremus sane quam longe a Ss. DD. Augustini, et Thomæ sententia. Pleni sunt Augustini libri doctrina illi contraria: inleucat enim frequentissime, »præcepta non posse »sine gratia seruari, Deum ipsum facere, vt homines faciant, quæ »præcepit, non homines facere, vt ipse faciat, quod promissit »vnumquemque fidelem teneri confiteri, quando contra tentationes, »concupiscentiasque illicitas dimicamus, quamuis et illic habeamus »liberam voluntatem, non tamen ex illa, sed ex adiutorio Dei no- »stram prouenire victoriam.« Et S. Thomas expresse negat (21), »in statu naturæ corruptæ posse hominem implere omnia manda- »ta diuina sine gratia sanante quantum ad substantiam operis:« at- »que ex Augustino (22) ait: »hoc pertinere ad hæresim Pelagianor- »um, vt credant sine gratia hominem posse facere omnia diuina »man-

(22) Quæst. xxiv. de Verit. art. 14. ad 7.

(21) De Hæc. Pelag. cap. 14.

»mandata.« Qui etiam non sit hærum controversiarum plane icui- »nus probe tenet, eandem hanc Ecclesiæ doctrinam esse in Conciliis Palaestino, et Carthaginensi, et a Summis Pontificibus Innocen- »tio I. et Coelestino I. definitam; quorum prior (24) ait: »ad re- »sistendum non liberum arbitrium, sed Dei solius potest facere au- »xilium.« Alter vero (25) scribit: »neminem, etiam baptismatis »gratia renouatum, idoneum esse ad superandas diaboli insidias, et »vincendas carnis concupiscentias, nisi per quotidianum Dei adiu- »torium perseuerantiam bonæ conuersationis acceperit.«

Sed duplex in promptu habent aduersarii responsum, quo ab his se expediant. Reponunt primo: Pontifices, Concilia, ac Patres de mandatorum obseruantia, et tentationum victoria agere, quas veræ virtutis laus, æternæque vitæ meritum comitatur, non autem de his, quatenus nihil adiunctum habent. Reponunt secundo: agere tantum de mandatorum omnium complexione, omniumque tentationum victoria, quæ sola est victoria simpliciter; neque enim vsquam legere est, definitum aduersus Pelagium fuisse, non posse vnam, aut alteram, vtut molestam, et grauem, modo diuturna non sit, tentationem solis naturæ viribus superari, quamuis negari non possit faciliorem fore victoriam si Dei adiutorium accedat.

Vtrumque tamen inane effugium est. Vt enim primo occurramus, quis adfirmare poterit, posse hominem toto vitæ suæ tempore sine gratia omnium diuinæ legis mandatorum collectionem implere, sine æternæ vitæ merito tamen, quod Catholicorum nemo concesserit? Quidni et adfirmare quis possit his hominem lapsum viribus polleere, vt sine gratia possit sese ad iustificationem imperfectæ contritionis, quam attritionem dicimus, actu disponere, Christianæ fidei informis actum edere, quum neuter æternæ vitæ meritum habeat? Quo tamen sine ista persequimur? Abhorrent enim ab utroque piorum, et sapientum aures.

Neque insuper secundum verius iudicandum. Si enim in naturali hominis lapsi potestate sit, cuiuslibet, etsi vehementissimæ tentationi, diuisim, vt dicitur, resistere, consequens inde fit, opus homini lapsu non esse, vt quotidianam a Deo auxilium efflagitet, quo confirmetur ad grauissimas tentationes quous instanti singularim, aut breui tempore præmentes, tametsi in ipso vitæ exitu occurrant, simpliciter superandas, sed satis esse illud poscere ad

P 2

fa-

(24) In Epist. ad Conc. Carch.

(25) Epist. 1. cap. 6.

facilius resistendum. At quantum in hoc consecrario absurdi sit abunde Augustinus variis in locis demonstrat. Nihil tamen opportunius quam quod de dono persecratiſe agens tradit (26): quum enim superiore capite Cypriani testimonium ea Orationis Dominice verba, et ne nos inducas in tentationem, exponens praeſiſſet, pergit addens: «si ergo alia documenta non essent, haec Dominica «Oratio nobis ad causam gratiae, quam defendimus, sola sufficere, quia nobis nihil reliquit, in quo tamquam in nostro gloriamur: siquidem et ut non discedamus a Deo, non ostendit dandum nisi a Deo, quum poscendum ostendit a Deo: qui enim non infertur in tentationem, non discedit a Deo. Non est hoc omnino in viribus liberi arbitrii, quales nunc sunt: fuerat in homine antequam caderet. . . . Post casum autem hominis non nisi ad gratiam suam . . . Deus voluit pertinere, ut non recedat ab eo. «Virgentissime haec aduersarios praemunt.

Igitur ea probabilior ceteris sententia est, quae licet vnum, alterumque legis praeceptum arbitrii viribus adimpleri posse adstruat, omnia tamen non posse contra Nouatianos teneri: quin et primi generis praecepta, ut siue illo prauo fine, aut inanis gloriae, aut voluptatis, vel ut oportet, impleantur, necessarium Dei adiutorium existimat: licet haec quoad substantiam se sola voluntas expleat, uti Romanorum exempla commoſtrant. Sed de propositione secunda diximus multa.

Tertiam Sacrae litterae tradunt. Sapientiae enim vii. legimus: «nemo potest esse continens nisi Deus det. « Et Apostolus ad Rom. vii. ait: «in his omnibus superamus propter eum, qui dilexit nos. « Mathaei item vi. dicitur: «et ne nos inducas in tentationem. «

Eandem confirmant Ecclesiae definitiones. Nam Synodus II. Atrousicana tradit (27): «Diuini muneris est, quum et recte cogitamus, et pedes nostros a falsitate, et iniustitia continemus. « Et alibi (28): «nemo habet de suo nisi mendacium et peccatum. « Praeterea Innocentius Papa inquit (29): «nisi magnis precibus gratia in nos implorata descendat, nequaquam terrenae lae, et mundani corporis vincere conemur errores, quum pares nos ad resistendum non liberum arbitrium, sed Dei solum facere possit auxilium. « Et etiam

(26) Cap. vii.
(27) Can. 12.

(28) Can. cxii.
(29) In Epist. ad Concilium Carth.

etiam (30): «ecce homines, qui non posuerunt Deum adiutorem sibi. Negantes auxilium Dei, inquit, hominem sibi posse sufficere, nec gratia nunc egere diuina: qua priuatus necesse est diaboli laqueis irretitus occumbat. « Demum Concilium Tridentinum definit (31): «omnes homines in praeuaticatione Adae vsque adeo serui erant peccati, et sub potestate diaboli, ac mortis, ut non modo genes per vim naturae, sed nec Iudaei quidem per ipsam litteram legis Moysis inde liberari, aut surgere possent, tametsi liberum arbitrium in eis minime extinctum esset, viribus licet attenuatum, et inclinatum. «

Testantur hanc ipsam veritatem Augustinus et Thomas. Primus enim scribit (32): «ex adiutorio Dei nostram prouenire victoriam. « (33) Et infra: «sine gratia dicimus ad non peccandum nihil voluntatis arbitrium valere. « Et in Psalmos (34): «Deo desistente ab adiutorio laborare potes, vincere non potes. « Similia habet passim. Secundus pressum hoc instruit argumentum (35): «si data est lex, ait Paulus, quae posset iustificare: ergo Christus gratis mortuus est, seu sine causa: si homo ergo naturam habet, per quam possit iustificari, Christus gratis, id est sine causa, mortuus est: sed hoc est inconueniens dicere: ergo non potest homo per se ipsum iustificari, id est, redire de statu culpae ad statum iustitiae. « Quod sane argumentum erga victoriam peccatorum, ac tentationum aeque facit.

Accedit ratio efficacissima: nam vel vitatur peccatum Dei amore, et sine honesto, aut peruerso, et virtuoso: si secundum adseritur, peccatum peccato pellitur, quod falsum est omnino: si primum, quum honestus finis, saltim practicus, sine gratia non detur, sicut nec Dei amor, neque a peccato abstinere, et tentationes superare sine gratia homo poterit: ut enim docet Augustinus (36): «nunc . . . victa vitia deputanda sunt, quum Dei amore vincuntur, quem nisi Deus ipse non donat, nec aliter, nisi per Mediatorem Dei et hominum hominem Iesum Christum. «

Hanc autem sententiam, quae inter catholicos communis est, concludit S. Thomas, quum gratiae, tum libero arbitrio iura sua seruare. Huic quidem: nam posse hominem quodcumque peccatum

(10) Epist. ad PP. Milouit.
(11) Sen. vi. cap. 1.
(12) Epist. c. lxxviii. cap. 9. art. 7.
(13) Cap. 10.

(14) In Psalm. cxviii.
(15) Prima Secundae, quaest. cix.
(16) Lib. xxi. de Ciuit. Dei cap. 16.

singularem, vel admittere, vel vitare contendimus. Illi autem: siquidem affirmamus non posse hominem vitare omnia, nisi gratia superueniat, quae a commutabili, ad quod adhaeret, ad incommutabile bonum voluntatem transferat, et conuertat. Exinde varia super hoc capite veterum Doctorum placita conciliat, ostenditque eorum rationes verum aliquo modo concludere, et aliquo modo falsum. Sic autem loquitur: «quidam dicunt hominem absque habituali gratia gratum faciente, posse peccatum mortale vitare, quamuis non sine diuino auxilio, quod hominem sua prouidentia ad bona agenda, et mala vitanda gubernat: hoc verum est, dum contra peccatum conuari voluerit, ex quo contingit quod possint vitari singula. Alii vero dicunt, quod non potest homo sine gratia diu stare, quin mortaliter peccet, quod quidem verum est quantum ad hoc, quod non diu contingit hominem esse habitualiter dispositum ad peccandum, quin occurrat sibi repente aliquid operandum, in quo ex inclinatione mali habitus labitur, in consensum peccati mortalis, quum non sit possibile hominem diu esse vigilem ad hoc, vt sufficientem sollicitudinem adhibeat ad vitandum peccatum mortale.» Consulat S. Doctor (37).

CAPVT XVIII.

Qui nobis aduersentur paucis adaperitur. Singulorum momentis deinde occurritur.

Sunt ex Catholicorum grege Theologi, qui constanter teneant lapsam hominem posse sine speciali gratiae auxilio dilectionis Dei, etiam vt auctor naturae est, actum elicere, quem et absolutum ab omni peccato abstinendi propositum committeretur; tametsi actus iste homini integro multo fuerit facilius, et expeditior. Horum opinionem ansam Lutherani praebuisse, memorat Soto (1), vt Theologorum vniuersitatem in crimen Pelagianismi vocarent: nobisque tetram hanc ignominiam intentarent, quod statuamus homini a natura libertatem cum potestate suppetere diligendi Deum super omnia, vniuersaque eius seruandi praecepta absque diuinæ gratiae adiutorio. Est

(37) Quaest. xxiv. de Verit. art. 11. 21. et 23.

(1) Lib. 1. de Nat. et Gratia capp.

tamen cur merito cum Lutheranis, pergit cl. Soto, expostulemus. Esto pars aliqua Scholasticorum in suspicionem illis veniret de crimine Pelagiano, cur in vniuersum Reipublicae Catholicorum illud impingunt? Neque enim merito iureque Theologi illi Pelagianis accensendi, quos eiusmodi esse Ecclesia hucusque non declarauit.

De cetero in duobus aliis, quae proposita sunt, questionis capitibus non leuis nobis, tum cum haereticis, tum cum Catholicis est concertatio. Pelagius enim dixit, ad hoc Dei gratiam dari hominibus, vt, quae facere per liberum iubentur arbitrium, facilius possint impleri per gratiam. Dicendo vtrique, vt facilius possint, voluit credi, etiamsi difficilius, tamen posse homines diuina facere iussa. Lutherus e contrario, Caluinus, Melancton, alique axiomatis loco habuere, mandata Dei esse hominibus omnino impossibilia, et ne gratiae quidem adiutorio seruari ab iis posse. Est et inter Catholicos de hoc capite pugna. Quidam enim, vt Gregorius Ariminensis, alique pauci, ita hominis lapsi vires minuunt, vt negent vllum legis naturae praeceptum ab eo posse impleri sine speciali gratiae auxilio, etiam quo ad substantiam: alii contra, praesertim qui in Molinae vestigiis insistant, ita eas attollunt, vt affirmant posse hominem lapsum, quantum ratione vritur, quoduis, non naturale solum, sed et supernaturale mandatum quoad substantiam, quouis tempore, sine gratiae adiutorio seruare; valere item viribus ad repellendam quamlibet, vt vt grauem, ac vehementem quandoocumque tentationem, et ad vincendam magnam quaecumque difficultatem, quae intercedit, ne naturae lex eo solo instanti seruetur, licet et mors appetenda esset, quin praeter generalem Dei concursum peculiari ideo opus habeat diuinæ gratiae adminiculo.

In prioris itaque sententiae patrocinium S. Thomam Aduersarii primo aduocant, non pauca ex eo proferentes, quae illi fauere videntur. Videlicet (2): «contritio est a solo Deo quantum ad formam, qua informatur, sed quantum ad substantiam actus est a libero arbitrio, et a Deo; qui operatur in omnibus operibus; et naturae, et voluntatis.» Et alio in loco (3): quidpiam esse, alit, supra naturae humanae facultatem «dupliciter, vno modo quantum ad substantiam actus, vt miracula facere; cetero et ad hos actus non dari homini «donum gratiae habitualis; alio modo . . . quantum ad modum actus,

(2) In. iv. Dist. xvii. quaest. 2. art. 1. quaestione. 1. ad 6.

(3) Secunda Secundae, quaest. cxxi: art. 2. ad 3.

actus, non autem quantum ad substantiam, sicut diligere Deum, nec cognoscere eum in speculo creaturarum, et ad hoc dari donum gratiae habitualis: unde concludunt, et solo Dei generali concursu adiutum hominem posse, et contritionis, et absolutae Dei dilectionis actum elicere quoad substantiam; huncque actum, solum quoad modum humanam facultatem superare. Addunt et illud (4): «nullum praeceptum est homini ad seruandum impossibile, quia in substantiam actus potest ex facultate liberi arbitrii, et in modum potest ex dono gratiae.»

Deinde argumentantur, ut probent, id ipsum, quod S. Thomae, persuasum quoque fuisse Conciliorum Arausiaci II. et Tridentini Patribus, quam definiens, ad fidei, spei, et dilectionis actus opus habere hominem speciali praeuenientis gratiae adiutorio, consulto addiderunt, «ad credendum, sperandum, et diligendum, sicut oportet, ut ei iustificationis gratia conferatur;» quibus haud obscure significarunt posse haec ab homine sua natua virtute quoad substantiam praestari, non tamen sicut oportet ad salutem, vel ad obtinendam iustificationis gratiam, aut gloriam, alioquin in virtusque Concilii definitione dictionis huius, sicut oportet, additio redundaret.

Insuper opponunt: si non potest homo absque speciali gratiae adiutorio Deum ut naturae auctorem diligere, immerito damnata esset tricessima quarta Michaelis Baii propositio, scilicet: «distinctio illa duplicis amoris, naturalis videlicet, quo Deus amatur, ut auctor naturae; et gratuiti, quo Deus amatur ut beatificator, vana est et comminutia, et ad illudendum Sacris litteris, ac plurimis veterum testimoniiis excogitata.» Item et tricessima sexta, nempe: «amor naturalis, qui ex viribus naturae exoritur, ex sola Philosophia cum elatione praesumptionis humanae, cum iniuria Crucis Christi defenditur a nonnullis Doctoribus.»

E ratione tandem haec ducunt: potest homo solo naturae lumine Deum nosse summe bonum, et prae omnibus diligendum, peccatum item malorum omnium summum: ergo et Deum absolute super omnia diligere. Similiter: potest homo lapsus alium quemuis aeternum moraliter bonum elicere, puta reddere alteri quod ei debet: ergo et debitum Deo reddere, seu cum absolute diligere.

Secundae propositioni haec contradicunt momenta. Deuterono-

mi

(4) Quaest. xxvii. de Verit. art. 14.

mi xxx. legitur: «mandatum hoc quod ego praecipio tibi, non supra te est, nec procul positum . . . iuxta te est sermo valde, in ore tuo, et in corde tuo, ut facias illud.» Et Isaias xlii. de Cyro dicitur: «omnem voluntatem meam complebis.» Item Marci i. quidam audiens commemorari a Christo legis praecepta, ait: «magister haec omnia seruavi a iuuentute mea.» Paulus quoque ad Philipp. iii. testatur se ante suam conuersionem, iustitiam, quae in lege est, seruasse sine querela. Igitur Sacris litteris attestantibus possunt etiam ab homine lapsa legis praecepta sine speciali gratia adimpleri.

Practerea, id expresse Paulus docet ad Rom. ii. scribens: «gentes quae legem non habent, naturaliter ea quae legis sunt, faciunt.» Haec enim verba de solius naturae viribus esse intelligenda damnatio vicissimae secundae propositionis Baianae ostendit, quae sic habebat: «cum Pelagio sentiunt, qui textum Apostoli ad Rom. ii. gentes quae legem non habent, naturaliter ea, quae legis sunt, faciunt; intelligunt de gentibus fidei gratiam non habentibus.»

Tandem, haec ratio in contrarium suppeditat: I. Decalogi praecepta naturalibus viribus rationalis creaturae proportionata sunt: possunt ergo naturaliter adimpleri. II. Potest homo sine gratiae auxilio Deum glorificare: ait siquidem Apostolus ad Rom. i. reprehensione dignos fuisse Gentiles, «quia quam Deum cognouissent, non sicut Deum glorificauerunt.» Igitur et potest Deum sine gratiae adiutorio diligere; proindeque et alia omnia praecepta adimplere.

Tertiam propositionem sic impugnant, ut coincidere eam dicant cum Baii, et Quesnelli erroribus; quod ut suadeant, vicissimam septimam Baii propositionem primo producant, nempe: «liberum arbitrium sine gratiae Dei adiutorio, non nisi ad peccandum valet.» Et vicissimam nonam; scilicet: «fures ii sunt, et latrones, qui dicuntur tentationi vili sine gratiae adiutorio resistere hominem posse, sic ut in eam non inducatur, aut ab ea superetur.» Item tricessimam octauam Quesnelli, quae est huiusmodi: «peccator non est liber nisi ad malum sine gratia liberatoris.» Et tricessimam; voluntas quam gratia non praeuenit, est capax omnis mali, et incapax ad omne bonum.»

Practerea obiiciunt Augustinum sic scribentem (5): «unde enim fit ut homo ab ineunte pueritia, modestior, ingeniosior, tem-

Tom. III.

Q

pe-

(5) De peccat. mer. cap. 19.

perantior, ex magna parte libidinum victor, qui oderit avaritiam, luxuriam detestetur, atque ad virtutes ceteras prouector, apriorque consurgat, et tamen eo loco sit, vt ei praedicari gratia christiana non possit? Haec potissimum aduersarii obiciunt.

Quae tamen eo ipso, quo proposita fuere ordine sunt soluenda. Et ad ea, quae primam adsertionem impertunt, primo loco venientes; primum diluimus, dicentes, aduersarios S. Thomae mentem non esse adsequutos: quod enim ex Sententiaris ducunt, eundem S. Thomae habet interpretem, qui, quum hoc sibi argumentum opposuisset; contritio nobis a Deo datur: quod datur non assumitur: ergo contritio non est dolor assumtus, respondet: etsi charitas, quae est contritionis forma, ex cuius imperio illa oritur, a Deo detur, dolorem hunc tamen esse a nobis assumtum, quia voluntarie illum elicimus supposita operatione diuina. Quae vero haec diuina operatio? En S. Thomae interpretationem (6): de poenitentiâ (qua virtus est) loqui possumus dupliciter, vno modo quantum ad habitum; et sic immediate a Deo infunditur sine nobis principaliter operantibus, non tamen sine nobis dispositiue cooperantibus per aliquos actus; alio modo . . . quantum ad actus, quibus Deo operanti in poenitentia cooperamur, quorum actuum primum principium est Dei operatio conuertentis cor secundum illud Threnorum vltimo: conuerte nos Domine ad te, et conuertemur. cer. Quid expressius? Quod autem de contritionis actu pronuntiat S. Doctor, et de absoluto dilectionis Dei super omnia actu decernit, haud Dei praeuientis operationem excludunt: quum enim (7) doceat, tametsi Deum super omnia diligere quidpiam sit homini connaturale, homo, addit, in statu naturae integrae dilectionem sui ipsius, et omnium aliarum rerum referebat ad amorem Dei sicut ad finem, et ita Deum diligebat plus quam se ipsum, et super omnia; ad hoc tamen in statu naturae corruptae, deficere, inquit, quia voluntas propter corruptionem naturae sequitur priuatum bonum, nisi sanetur per gratiam Dei. Equid enim gratiae Dei sanantis nomine, cuius ad diligendum Deum super omnia necessitatem adstruit, intelligi valet, nisi Dei operatio conuertentis cor, quae voluntatem ab inordinato priuati boni amore ad Dei dilectionem conuertit?

Ad

(6) Tertia Parte, quaest. lxxv. att. f.
(7) Prima Secundae, quaest. cix. att. j.

Ad alterum ex II. IL. desumptum reponimus: S. Thomae loqui quidem ibi de charitatis supernaturalis actu; non eo tamen, quem ipsa elicit; hunc enim, vt et aliarum virtutum Theologicarum, necnon et beatae visionis actum, et quoad substantiam supra naturam esse ipse docet (8). Itaque loquitur de actu, quem illa imperat, cuiusmodi est actus fortitudinis, aliarumque virtutum moralium, qui, vt a charitate ad finem, qui supra naturam est, ordinatur, charitatis actus dicitur, qui propterea quantum ad substantiam: naturae facultatem non superat, sed solum quantum ad modum, quatenus videlicet ex charitate fit.

Ita quoque et illud esse intelligendum, quod ex quaestionibus de Veritate profertur, ex iis apparet, quae ibidem subiungit: vt puta iste actus, qui est dare eleemosinam, est bonum proportionatum viribus humanis, secundum quod ex quadam naturali dilectione, vel benignitate homo ad hoc mouetur; excedit autem humanae naturae facultatem, secundum quod homo ad hoc inducitur ex charitate, quae mentem hominis Deo vnit.

Argumentum secundum vt soluamus, illud denotauimus, Conciliorum mentem aduersarios non esse adsequutos: existimamus enim speciali Dei gratiae adiutorio opus esse, non solum, vt credendi actus supra naturam sit, et qualis ad salutem oportet, sed etiam vt certus sit, et ex parte credentis, immobilis; et in fidei veritates, quae a Deo sunt reuelatae, feratur. Hoc ipso enim, quod formalis credendi actus ratio est reuelatio diuina, vnde absolutam firmitatem habet, et erroris immunitatem, iam est assensus ille christianae diuinaeque fidei: repugnat igitur quidpiam mere naturale esse, in solius naturae viribus positum, nec diuino alio, quam generali adiutorio opus habens. Existimamus etiam hominem mox, vt edoctus fuerit necessarium esse assensum ad salutem, qui quidem supra naturam sit, virtute sua sola non posse assensum huiusmodi optare; sed speciale gratiae adiutorium, sine quo haberi ille non valet, a Deo petere debere, seseque ad huius generis auxilium obtinendum disponere, ac comparare: quum sint enim haec desideria, atque id genus, aliquod fidei initium, ad solas naturae vires, nisi velimus cum Semipelagianis dexteris iungere, referri non possunt, sed ad speciale diuinae gratiae praeuientis auxilium. Longe aliter pronuntiandum de assensu, qui lubricus est,

Q 2

et

(8) Prima Secundae, quaest. lxx. art. 1.

et in opinione positus, quod non diuina reuelatione, sed vel humano testimonio, vel aliqua probabili ratione nitatur: hunc enim e solius naturae vi prodire posse absque speciali Dei auxilio Theologi communiter statuunt post S. Thomam (9).

Tertio duplici via respondetur. Prima, Bani propositiones rectissime proscriptas fuisse. Datur enim amor naturalis, quo animus in beatitudinem fertur, cuius desiderium corrupta per peccatum natura amittere non potuit; atque amor iste a gratia non est, si- cur nec liber ea libertate, quae ad meritum sufficiat, sed est amor inditus a natura indeliberatus, et necessarius. Datur etiam amor de- liberatus quantum ad obiectum, quo reuera diligitur Deus, vt natu- rae auctor; qui secundum substantiam malus non est, sed bonus, et rectae rationi consentaneus; tamen quandoque non habeat finis rectitudinem, si Deus non diligatur propter se, gratis et amo- re beneuolo. Datur quoque amor Dei auctoris naturae vnde quaque bonus sine gratia Spiritus Sancti inhabitantis, quam dumtaxat Ba- nus admittit, relictens tamquam commentitiam, et odiosissimam di- stinctionem duplicis iustitiae: alterius, quae fit per spiritum cha- ritaris inhabitantem, et alterius, quae fit per inspirationem Spi- ritus Sancti nondum cor inhabitantis, et in eo charitatem diffun- dentis. « Iure itaque meritoque proscripta praua Bani doctrina est.

Secunda via est: praedictos Bani articulos damnatos fuisse non ob id quod ad duplicem amorem spectat, sed quod ad nimis au- steri, seuerique iudicii libertatem attinet: seu, vt nonnulli Theo- logi loquuntur, propter acerbitatem et audaciam. Quod de propo- sitione tricessima quarta dictum praecipue volumus.

Ad argumenta e ratione ducta sic respondendum. Ad I: cum S. Thoma dicente (10): «magis est natura humana corrupta per peccatum quantum ad appetitum boni, quam quantum ad cogni- tionem veri.» Quidquid ergo homo naturaliter nouit, consequens non est posse ab eodem naturaliter appeti, ac impleri. Falluntur et- iam insigniter, quum sibi, aliisque persuadere volunt, non esse a- ctum huiusmodi dilectionis homini lapsio difficilem, quum nulla vr- gent peccandi incitamenta, et occasiones, totamque positam diffi- cultatem in implendo postmodum absoluto Deo in omnibus placen- di proposito, quae locum in hac quaestione non habet.

Ad

(9) Secunda Secundae, quae. v. art. 1.
(10) Prima Secundae, quae. cix. art. 2. ad 3.

Ad II. dicimus: multum actum hunc dilectionis inter aliosque moraliter bonos interesse: est enim iste omnium huiusmodi actuum summus, et perfectissimus, aliorumque primum principium: qui autem inferiores actus elicere potest, num et summum omnium eli- cere posse consequitur? Huius praeterea actus ceterorum omnium bonorum actuum vniuersitas veluti materies est, non autem cuius- cumque alterius actus moraliter boni: neque enim quicumque ma- li quidpiam admittit, impedimento sibi ipse est, ne possit, ex. g. quando oportet, mutuum reddere, parentes colere, cett. Non pot- est tamen se, aliaque a se dilecta in Deum vt in vltimum finem re- ferre.

Ad primum argumentum, eorum quae secundam propositionem oppugnant, dicimus, falsam vndique esse ex testimoniis scriptura- rum ductam consequentiam. Etenim in Deuteronomio dicitur, man- datum prope, et in corde, quoniam in cordibus nostris diffunditur charitas, atque «ibi est fides quae per dilectionem operatur» vt Au- gustinus loquitur (11). Hunc autem esse verborum Deuteronomii sensum constat ex Epist. ad Rom. cap. x. vbi dicitur: «sed quid dicit Scriptura? Prope est verbum in ore tuo, et in corde tuo: hoc est verbum fidei, quod praedicamus. Quia si confitearis in ore tuo Dominum Iesum, et in corde tuo credideris, quod Deus illum suscitauit a mortuis, saluus eris. Corde enim creditur ad iu- stitiam, ore autem fit confessio ad salutem.» Dici etiam potest, legis mandatum prope nos esse, quatenus opera rationali naturae consentanea praescribit, quaeque, si vitium, quod contra naturam est, per gratiam sanetur, impleri possunt. Apud Isaiam vero di- citur Cyrum omnem Dei voluntatem complere, quia facultatem populo Iudaeorum fecit, et a captiuitate reuertendi, et aedificandi tem- plum. Quod si dicatur, specialem gratiam Cyro fuisse collatam, fun- damentum hoc habet in sequenti cap., vbi legitur, «ego sus- citaui eum ad iustitiam, et omnes vias eius dirigam.» Vtraque solutio sustineri potest.

In eo autem, cuius meminit Marcus, Dominus piam studium vitam aeternam percipiendi dilexit, vt et fidem in Christum; quum enim genere Iudaeus esset, fides aliqua Mediatoris in eo praecedere potuit implicita; gratia etiam, qua legis praecepta impleuerit.

Denique Paulus in his, quae ad Philippenses scribit, id tan- tum

(11) Quae. in Deuter. lrv.

tum vult innuere, se maiorum instituta obseruasse, et officia legis a Mose praescripta; vel si legem intelligit, eam pro praecipis illis accipit, secundum quae iudicia exercebantur; adfirmans se nunquam ad iudices fuisse delatum supplicio, aut verberibus afflicendum.

Ad secundum, quod ipsius Pauli verbis etiam constat, respondetur I: loqui illum iuxta Augustini sententiam de Gentibus ad fidem conuersis; quam quidem responsionem Apostoli scopo quam maxime cohaerere nouimus. Nam Iudaei eo loco redarguuntur, qui ex data sibi lege Gentes ad Christum venientes aspernabantur, et carnis circumcisione gloriantes legem frangebant. Contra quos clamat Paulus dicens, non iustos esse apud Deum auditores legis, sed factores tantum iustificati; causamque afferens ait, quoniam etiam Gentes, quae legem non habent, praecipua possunt implere, et licet carne non sint circumcisi, cordis circumcisionem in spiritu habere possunt, et Iudaeos in abscondito esse. Itaque quum adeo aperte sermonem Paulus habeat de legis obseruantia, per quam iustificamur apud Deum; manifestum est per illud verbum *naturaliter* excludere legem Mosaicam, non gratiam, sicut qua nequit iustificatio, et cordis in Spiritu circumcisio haberi. Responsionem hanc Augustinus Iuliano Apostoli textum obliuienti his verbis dedit (12): »ideo dicuntur naturaliter quae legis sunt facere, quia ex gentibus venerunt ad Euangelium; non ex circumcisione, cui lex data est: »et propterea naturaliter, quia ut crederent ipsa in eis est per Dei gratiam correpta natura.« Et de spiritu et littera scribens (13): »nec te moneat quod naturaliter eos dixit quae legis sunt facere. »Hoc enim agit spiritus gratiae, ut imaginem Dei in qua naturaliter facti sumus instauret in nobis. Vitium quippe contra naturam est, quod vique sanat gratia.

Respondetur II. Concesso Apostolum de infidelibus sermonem habere, hunc esse eius verborum sensum, scilicet infideles *naturaliter* ea quae legis sunt exequi, quatenus per peccatum originis non ita in hominum mente detrita Dei imago est, ut nulla in ea veluti lineamenta remanserint, vnde merito dici possit in ipsa etiam vitae suae impietate aliqua legis facere, vel sapere. Hanc quoque responsionem Augustinus de Spiritu et littera tractans (14) tradit. Neque tamen ex his sequitur infideles illos legis praecipua quantum

(12) Lib. iv. cap. 3.

(13) Cap. 17.

(14) Cap. 28.

tum ad modum complere, sed quantum ad substantiam, et virtutum officia, quae rectae rationi sint conformia: imo nec posse omnia, sed quaedam tantum faciliora, ex. g. honorare parentes. Quae insuper impleri quoad modum sine gratia non posse ipso loco Augustinus superaddit. Consulatur Augustini interpres fidelissimus Ioan. Laurentius Berti (15); atque ab eo tradita perpendantur. Vnum nos admonere volumus candidatos nostros, priorem doctrinam conformiorem ei, quem hucusque sequuti sumus, opinandi ordini ac sensui esse; licet postremam solidissimam videamus.

Quod insuper argumento superadditum est, quo vires ei addeantur, ea ipsa soluitur ratione, qua superius solura argumenta sunt ex Baïi ipsius propositionibus contexta: videlicet, et hanc propositionem damnationem subisse ob acerbitatem censurae. Reuera, quum doceat Augustinus, quod etiam Apostolicum testimonium de infidelibus accipiat, stat discrimen legem inter et gratiam; neque interpretatio ista adiuuat Pelagianos ex hoc loco veras in infidelibus virtutes esse probare nitentibus: quin inde constat Baïi propositionem interpretationem istam Pelagianismi insimulantis, iniquissimam, falsissimam, et acerbissimam esse.

Sed addere et hoc placet, in sensu ab ipso Baïo intento propositionem nedum falsam, sed et haereticam habitam est. Statuit enim, infideles sine gratia habituali, quam tamen Baïus admittit, et sine qua omnium infidelium opera peccata esse adseruit, non posse legem naturalem obseruare; quum possint optime quoad substantiam absque vlla gratia speciali, quoad modum vero cum inspiratione Spiritus Sancti mouentis, et nondum inhabitantis, iuxta ea quae superius dicebamus ex Augustiniana doctrina.

Postremo argumentis e ratione petitis occurrimus. Atque ad I. dicimus, Decalogi praecipua rationali naturae proportionata esse quantum ad obiecta, et praecipuorum officia spectat; minime vero quantum attinet ad modum, et finem: item proportionata esse si vitium naturae sanetur, et Dei imago in qua naturaliter sumus conditi per gratiam instauret, ut Augustinus nos edocet (16); lepidissimis insuper exemplis, et lucis, quam sani oculi vident, non aegri, et possibilitatis ambulandi, quae est in pedibus sanis, non in contractis, aduersus Pelagium demonstrans, neminem posse absque ad-

(15) Lib. xviii. cap. 4.

nat. et grat. capp. 48. et 49.

(16) De Spir. et lit. cap. 11. Et de

adiutorio Saluatoris ita legem seruare, vt peccatum vitet, quoniam corpus aggrauat animam, terrena inhabitatio deprimit sensum multam cogitantem, et vitiosa natura, de qua est quaestio, medicum implorat, clamatque: »sana animam meam.«

In secundo soluendo male illi operam locant, qui verba Pauli sic exponunt, vt loquutum eum dicant de aliqui dilectione, quae non sit dilectio Dei super omnia: non enim glorificant Deum, sicut Deum, qui illum singulis creaturis non praefereunt. Errant quoque qui Dei cultum in illa aliqui dilectione nituntur commonstrare ex Augustino (17). Vnde ineptissime Tournely, qui in ea aliunde est sententia, neminem sine speciali gratiae auxilio Deum super omnia diligere posse, ex verbis Apostoli, et Augustini probat, ex nobis esse aliqualem Dei amorem, scilicet inchoatum; aperte enim verque cultum, et dilectionem Dei super omnia commendat.

Itaque hanc nos interpretationem veluti Apostolico testimonio conformem aptamus. Non glorificasse Gentiles Philosophos Deum, sicut Deum, licet illius notitiam habentes, quia euauerunt in cogitationibus suis, atque insipiens cor eorum obscuratum est, et creaturae potius, quam creatori serulerunt. Atque adeo Apostoli reprehensione digni, quod quum sufficientem gratiam ad resistendum sensuum illecebris habuissent, male arbitrio vsi sunt; vel gratia illa iusto iudicio priuati in desideria cordis sui libere traditi sunt.

Iam obiectiones contra tertiam propositionem propositae breuiter sunt eneuandae. Et ex his prima facilem ex dictis habet intelligentiam. Omni enim iure Bali, et Quesnelii propositiones anathemate confixae sunt; eo potissimum quod et gratiam a iustificatione seiunctam apertissime oppugnant; et actus quoslibet indeliberatos culpabiles implissime adsererent: et quamquam aliorum propositiones sensum catholicum habere queant, ac veritatis speciem praesefere videantur, sunt tamen in sensu ab auctoribus intento respectu falsae, scandalosae, et haereticae: At quae nostrae opinionis ad hos errores conuentio? Certe nulla. Nam dicimus posse liberum arbitrium sine gratia suam beatitudinem appetere naturali instinctu, quem non potest amittere deprauata natura: manent enim in ea etiam post lapsum imago Dei non omnino detrita, idea honestatis, et lumen rationis, atque propensio congenita in viuensiale bonum. Dicimus insuper, posse liberum arbitrium actus in-

(17) Epist. XCIX.

indeliberatos peragere, quos inculpabiles agnoscimus: dicimus posse virtutum officia, ac quaedam praecipua exercere; peccatum etiam rectissimo fine cum sola actuali gratia vitare, absque fidei habitu, et remissione peccatorum.

Secunda ex eo soluitur, quod S. Augustini mentem sinistre accipit. Probat enim S. Doctor de peccatorum meritis libro primo argumento allato fidei Christianae gratiam, non rependi virtutibus moralibus, et humanis, nec pro antegesta vita animas rationales corporeis pestibus affligi. Nihil itaque ibi aduersus adsertionem nostram tradit.

CAPVT XIX.

Venialium peccatorum deuitationem, finalem item perseuerantiam ex gratia esse probat.

Omnia peccata venialia deuitare singularissimum diuinae gratiae donum est.

Est et in finem vsque perseuerare.

Priorem propositionem tradunt primo Sacrae litterae. Dicitur enim Paralipomenon II. cap. vi. »non est homo, qui non peccet.« Ecl. vii. »non est homo iustus in terra, qui faciat bonum in terra, et non peccet.« Iacobi iii. »in multis offendimus omnes.« Et epistola I. Ioannis: »si dixerimus quoniam peccatum non habemus, ipsi nos seducimus.« Quae omnia ad homines etiam sanctitatis eximiae pertinere liquet ex vniuersali verborum pronuntiatione, ex Can. vi. Synodi Mileuitanae, et ex Augustino (1).

Deinde hanc adsertionem firmat Oratio Dominica, qua etiam sublimioris sanctitatis Viri quotidie orant, dicentes: »dimite nobis debita nostra.« Quae oratio non solum est humilis, sed etiam vera, vt constat ex Tridentino Concilio dicente (2), et si quis »sic accipiendum putauerit, vt dicat propter humilitatem oportere de nos habere peccatum, non quia vere ita est,« nouerit hanc interpretationem esse memorato Canone vi. Mileuitano proscriptam.

Accedit Augustini auctoritas. Ait enim de peccatorum meritis Tom. III. R. r. is

(1) De nat. et grat. cap. 14.

(2) Sess. vi. cap. 14.

adiutorio Saluatoris ita legem seruare, vt peccatum vitet, quoniam corpus aggrauat animam, terrena inhabitatio deprimit sensum multam cogitantem, et vitata natura, de qua est quaestio, medicum implorat, clamatque: »sana animam meam.«

In secundo soluendo male illi operam locant, qui verba Pauli sic exponunt, vt loquutum eum dicant de aliqui dilectione, quae non sit dilectio Dei super omnia: non enim glorificant Deum; sicut Deum, qui illum singulis creaturis non praefereunt. Errant quoque qui Dei cultum in illa aliqui dilectione nituntur commonstrare ex Augustino (17). Vnde ineptissime Tournely, qui in ea aliunde est sententia, neminem sine speciali gratiae auxilio Deum super omnia diligere posse, ex verbis Apostoli, et Augustini probat, ex nobis esse aliqualem Dei amorem, scilicet inchoatum; aperte enim verque cultum, et dilectionem Dei super omnia commendat.

Itaque hanc nos interpretationem veluti Apostolico testimonio conformem aptamus. Non glorificasse Gentiles Philosophos Deum, sicut Deum, licet illius notitiam habentes, quia euauerunt in cogitationibus suis, atque insipiens cor eorum obscuratum est, et creaturae potius, quam creatori serulerunt. Atque adeo Apostoli reprehensione digni, quod quum sufficientem gratiam ad resistendum sensuum illecebris habuissent, male arbitrio vsi sunt; vel gratia illa iusto iudicio priuati in desideria cordis sui libere traditi sunt.

Iam obiectiones contra tertiam propositionem propositae breuiter sunt eneuandae. Et ex his prima facilem ex dictis habet intelligentiam. Omni enim iure Bali, et Quesnelii propositiones anathemate confixae sunt; eo potissimum quod et gratiam a iustificatione seiunctam apertissime oppugnant; et actus quoslibet indeliberatos culpabiles implissime adsererent: et quamquam aliorum propositiones sensum catholicum habere queant, ac veritatis speciem praesefere videantur, sunt tamen in sensu ab auctoribus intento respectu falsae, scandalosae, et haereticae: At quae nostrae opinionis ad hos errores conuentio? Certe nulla. Nam dicimus posse liberum arbitrium sine gratia suam beatitudinem appetere naturali instinctu, quem non potest amittere deprauata natura: manent enim in ea etiam post lapsum imago Dei non omnino detrita, idea honestatis, et lumen rationis, atque propensio congenita in viuensiale bonum. Dicimus insuper, posse liberum arbitrium actus in-

(17) Epist. XCIX.

indeliberatos peragere, quos inculpabiles agnoscimus: dicimus posse virtutum officia, ac quaedam praecipua exercere; peccatum etiam rectissimo fine cum sola actuali gratia vitare, absque fidei habitu, et remissione peccatorum.

Secunda ex eo soluitur, quod S. Augustini mentem sinistre accipit. Probat enim S. Doctor de peccatorum meritis libro primo argumento allato fidei Christianae gratiam, non rependi virtutibus moralibus, et humanis, nec pro antegesta vita animas rationales corporeis pestibus affligi. Nihil itaque ibi aduersus adsertionem nostram tradit.

CAPVT XIX.

Venialium peccatorum deuitationem, finalem item perseuerantiam ex gratia esse probat.

Omnia peccata venialia deuitare singularissimum diuinae gratiae donum est.

Est et in finem vsque perseuerare.

Priorem propositionem tradunt primo Sacrae litterae. Dicitur enim Paralipomenon II. cap. vi. »non est homo, qui non peccet.« Ecl. vii. »non est homo iustus in terra, qui faciat bonum in terra, et non peccet.« Iacobi iii. »in multis offendimus omnes.« Et epistola I. Ioannis: »si dixerimus quoniam peccatum non habemus, ipsi nos seducimus.« Quae omnia ad homines etiam sanctitatis eximiae pertinere liquet ex vniuersali verborum pronuntiatione, ex Can. vi. Synodi Mileuitanae, et ex Augustino (1).

Deinde hanc adsertionem firmat Oratio Dominica, qua etiam sublimioris sanctitatis Viri quotidie orant, dicentes: »dimite nobis debita nostra.« Quae oratio non solum est humilis, sed etiam vera, vt constat ex Tridentino Concilio dicente (2), et si quis »sic accipiendum putauerit, vt dicat propter humilitatem oportere de nos habere peccatum, non quia vere ita est,« nouerit hanc interpretationem esse memorato Canone vi. Mileuitano proscriptam.

Accedit Augustini auctoritas. Ait enim de peccatorum meritis Tom. III. R. r. is

(1) De nat. et grat. cap. 14.

(2) Sess. vi. cap. 14.

tis scribens (3): «credo Scripturae dicenti non intres in iudicium cum seruo tuo, quoniam non iustificabitur in conspectu tuo o-mnis viuens. Et ideo misericordia Dei opus est, quae superexal-tat iudicio, quae illi non erit qui non facit misericordiam. Et »Propheta quum diceret, dixi pronuntiabo aduersus me delictum meum Domino, et tu dimisisti impietatem cordis mei, continuo »subiunxit, pro hac orabit ad te omnis Sanctus in tempore oportuno. Non ergo omnis peccator, sed omnis Sanctus: vox enim »Sanctorum est, si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, et veritas in nobis non est. « Et de natura et gratia (4): »hac ergo Virgine (Beatissima Dei Genitrice) excepta, »si omnes illos Sanctos, et Sanctas quum hic viverent congregare possemus, et interrogare, vtrum essent sine peccato, ¿quid »fuisse responsuros putamus, vtrum hoc quod iste dicit, an quod »Ioannes Apostolus? Rogo vos quantalibet fuerint in hoc corpore »excellencia sanctitatis, si hoc interrogari potuissent, vna voce cla-massent, si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos »seducimus et veritas in nobis non est; an illud humiliter responderent fortasse quam verius? Sed huic iam placet, et recte pla-cet, laudem humilitatis in parte non ponere falsitatis. Itaque hoc »si verum dicerent, haberent peccatum, quod humiliter faterentur, »quia veritas in eis esset. Si autem hoc mentirentur, nihilominus »haberent peccatum, quia veritas in eis non esset. «

Augustino consonat S. Thomas scribens (5): »sed contra est, »quod Augustinus dicit in lib. de perfectione iustitiae, quisquis ne-gat nos orare debere ne intremus in tentationem (negat autem »hoc, qui contendit ad non peccandum gratiae Dei adiutorium non »esse homini necessarium, sed sola lege accepta humanam suffice-re voluntatem) ab auribus omnium remouendum, et ore omnium »anathematizandum esse non dubito. « Et subiungens: »in statu au-tem naturae corruptae indiget homo gratia habituali sanante na-turam ad hoc quod omnino a peccato absteineat: quae quidem sa-natio primo fit in praesenti vita secundum mentem, appetitu car-nali nondum totaliter reparato. Vnde Apostolus ad Rom. vii. in »persona hominis reparati dicit, ego ipse mente seruo legi Dei, »carne autem legi peccati. In quo quidem statu potest homo ab-»sti-

(3) Lib. ii. cap. 7.
(4) Cap. 36.

(5) Prima Secundae, quaest. cix.
art. 8.

»stinere ab omni peccato mortali, quod in ratione consistit, vt su-»pra habitum est: non autem potest homo abstinere ab omni pec-cato veniali, propter corruptionem inferioris appetitus sensualitatis, »culus motus singulos quidem ratio reprimere potest: : : non au-»tem omnes, quia ratio vni resistere nititur, fortassis alius insur-git, et etiam quia ratio non semper potest esse peruigil ad huius-»modi motus vitandos. «

Tandem, et ipsa ratio propositionem suadet: continuo enim, quan-diu mens corruptibili corpore grauat, sensus rationi bellum mou-ent; adeo vt concupiscentiae perpetuis fluctibus laetetur, quorum dum vnum comprimit, alter insurgit, nunc voluptatis, nunc inan-is gloriae, aliorumue. Vt ergo omnia penitus peccata deuitet, de-bet peruigil ratio singulis momentis circumspicere, fluctus frange-re, motus reprimere, ac sedare: ¿hoc autem specialissimum Dei beneficium fore quis inficiabitur?

Admonere tamen hic opere pretium ducimus, haud negare nos posse hominem iustum ad aliquod tempus omnia venialia vitare, quoniam non semper appetitus sensitiuus in acrus aliquos deordinatos erumpit; neque continuo peccandi occasiones, peruersarumque cogitationum dinerticula occurrunt. At tempus hocce determinare dif-ficilis, ac perobscura res est.

Illud quoque admonere volumus, adseritionem nostram de San-ctissima Dei Genitrice non loqui. Eam ab hac generali lege excep-tam volumus; et Tridentini Canonem (6) hic subnectimus: »si »quis dixerit hominem semel iustificatum . . . posse in tota vita »peccata omnia vitare, etiam venialia, nisi ex speciali Dei privile-gio, quemadmodum de Beata Virgine tenet Ecclesia, anathema »sit. «

Secundam propositionem litterae etiam Sacrae praepremis testan-tur. Legimus enim ad Philipp. i. »vobis donatum est pro Christo, »non solum vt credatis in eum, verum etiam vt patiamini pro eo. « Passio autem ad finem salutis spectat, sicut fides ad initium: igitur vt fides specialis gratiae donum est, ita et passio, seu finis. Item Hieremiae xxxii. »timorem Domini dabo in cor eorum, vt a me »non recedant. « ¿Quid vero non recedere a Deo est, nisi Deo adhaerere? Et Psalm. vii. »fiat manus tua super virum dexteræ tuæ, »et super filium hominis, quem confirmasti, et non discedimus a

R 2

»te.

(6) Numero xxxiii. Sess. vi.

»te. « Qui quidem homo Christus est, cuius meritum corporis eius membra vniuntur, et permanent.

Eandem demonstrat Augustinus (7) ex orationibus Ecclesiae: peti enim a Deo finalem perseverantiam ex Dominica Oratione apertissime constat. Quum enim dicimus: »sanctificetur nomen tuum: « non petimus vt Deus sanctificetur orationibus nostris, sed vt nomen eius sanctificetur in nobis: atque vt sanctificetur in susceptione baptismatis, in quo de gratia Dei sumitur viuificatio, ita sanctificatur perseverantia, per quam viuificatio illa perficitur, vt quod esse coepimus numquam desinat. Et quum dicimus: »adueniat regnum tuum: « vt veniat nobis poscimus, quod confertur Sanctis perseverantibus vsque in finem. Et quum dicimus: »fiat voluntas tua: « sicut in Coelo, et in terra, « poscimus vt terra imitetur Coelum, homo Angelum, viator comprehensorem, et sit quod nondum est mortalis homo, non vt perseueret quod est. Similia et in reliquis petitionibus exoramus, vt fuse Augustinus laudato loco.

Probant eandem thesim Conciliorum definitiones. Arauscanum II. (8) ait: »adlutroium Dei etiam renatis, ac Sanctis semper est implorandum, vt ad finem bonum peruenire, vel in bono possint opere perdurare. « Tridentinum Sess. vi. (9) perseverantiae donum *magnum* appellat: et infra definit (10): »si quis dixerit iustificationem, vel sine speciali auxilio Dei in accepta iustitia perseuerare posse, vel eo non posse, anathema sit. «

Praeterea; aperta nimis ac explorata est in hac *Patrum* traditione. Legantur praecipue Augustinus (11), et Thomas (12): ex quibus insuper inuictissimae haec rationes deducuntur. I: his qui praedestinati sunt conformes fieri imaginis filii sui, patuit Deus misericorditer tale donum, per quod perseverantes vsque in finem salui sunt: quale donum illis, qui non pertinent ad illam praedestinationem secundum propositum, inscrutabili Dei iudicio denegatur: perseverantia igitur solis electis diuina praedestinatione praeparata est: et hanc praedestinationem sine operum praescientia fieri Augustinus probat. Porro donum illud, cuius largitio pro inscrutabili Dei beneplacito vni confertur, et non alteri, beneficium est, non com-

(7) De dono Perseu. a cap. 3. vs.

quae ad 6.

(8) Canone x.

(9) Canone xvii.

(10) Canone xxiii.

(11) De Praed. S. cap. 14. et alibi

passim.

(12) Prima Secundae, quaest. cix.

art. 10. et Secunda Secundae, quaest.

cxxxvii. art. 4.

mune, sed speciale. Si ergo perseverantia iustis, piisque hominibus occultissimo iudicio confertur, vel denegatur, gratiae munus est maximum, et eximium, et diuina liberalitate concessum, et solis electis in Christo ante mundi constitutionem, quos ad salutem perducit.

II. Deus ita Angelorum, et hominum vitam ordinavit, vt in ea prius ostenderet quid posset liberum arbitrium, deinde quid suae gratiae beneficium, vt Augustinus auctor est: quapropter primo homini in bonis constituto Conditoris dedit perseverantiae potestatem, lapsis vero perseverantiam ipsam elargitur, quoniam virtus in infirmitate perficitur, ne quis in Domino glorietur: ac per hoc ne de ipsa perseverantia voluit Deus gloriari Sanctos suos nisi in ipsis qui in hoc loco miseriarum, animaduertens hominem inter tentationes infirmitate succumbere, et se ipso perseverantem non posse, si fortissimo dimisserat facere quod vellet, infirmis seruuavit, vt ipso donante inuictissime quod bonum est vellent, et hoc desecere nollent. Atque postremum hoc est perseverantiae donum misericorditer praeparatum praedestinitis in regnum Dei. Quapropter Augustini sententia praedestinatio, ac perseverantia Angelorum donum quidem gratiae fuit, sed non speciale. Quod et S. Thomam sentire Augustinenses arbitrantur, ex eo quod doceat (13), »quod primo homini datum est non vt perseueraret, sed vt perseuerare posset per liberum arbitrium, quia nulla corruptio tunc erat in humana natura, quae difficultatem perseuerandi praerberet. « Et pariter (14), hominem lapsum indigere ad perseuerandum » diuino auxilio ipsum diligente, et protegente contra temptationum impulsus. « Ex quibus apparet, aiunt, S. Thomam, vbi ait, gratiam necessariam esse ad perseuerandum, » quia arbitrium de se est veribile, » veritatem appellare inclinationem appetitus rationalis in bonum priuarum, ob quam in statu naturae corruptae necessaria est homini gratia medicinalis, vt auctor est ipse S. Thomas.

III. Vel inquitur de dono perseverantiae paruulorum, vel eorum qui post iustificationem acceptam, priusquam occurrant graues tentationes, et salutis pericula, mortem obeunt, vel eorum denique, qui ad acerrimum, turbulentumque discrimen veniunt. At in omnibus his perseverantia est munus Dei singularissimum. De

(13) In Secunda Secundae, quaest. et art. supra laudatis.

(14) Et in Prima Secundae, quaest. et art. citatis.

paruulis enim apparet singularis prouidentiae dispositio illis Sapientiae *iv.* verbis descripta: »raptus est ne malitia mutaret intellectum eius.« Quae sic Augustinus exponit (15): »ne quisquam praesumtor ita de occultis iudicet alienis: quid dicturus est de infantulis paruulis, quorum plerique accepto in illa aetate Christianae gratiae Sacramento, quum sine dubio pertinerent ad vitam aeternam, si continuo ex hac vita emigrarent, sinuntur crescere, et nonnulli etiam apostatae fiunt. Vnde? Nisi quia non pertinent ad illam praedestinationem,« ceter. Atque haec Augustini ratiocinatio in his quoque, qui post acceptam Iustificationem diu vitam non protrahunt, valet. De quibus insuper de dono perseverantiae agens (16), scribit: »videte iam a veritate quam sit alienum negare donum Dei esse perseverantiam usque in finem huius vitae, quum vitae huius quando voluerit ipse dat finem, quem si dat ante imminens lapsum, facit hominem perseverare usque in finem.« Itaque in illis qui post acceptam Iustificationem cito rapiuntur, finalis perseverantia donum Dei speciale est, quia specialiter Dei prouidentia ante lapsum imminens moriuntur. Est tandem et in his, qui veniunt ad acerrimum discrimen, quoniam ulterius egent diuino auxilio ipsos dirigente, et protegente contra tentationum impulsus. Vt enim Augustinus ipse scribit (17): »multo: : difficultus perseveratur ubi hoc agit qui persequitur ne perseueretur, et propterea usque ad mortem sustinetur vt perseueretur. Illam proinde difficultus perseverantiam, isram facilius est habere; sed cui nihil difficultus est, facile est vtramque donare.«

CAPVT XX.

Obiectiones in contrarium solvuntur, Haereticorum prius errore detecto.

In priorem propositionem Theologi catholici communiter eunt: Pelagiani autem e contratio sustinebant permultos in hac vita perfectos fuisse. Fuit etiam eorundem error secundae propositioni oppositus, posse hominem in finem usque perseverare per liberum arbitrium absque Redemptoris gratia. Posthac Semipelagiani qui electionio-

(15) In Epist. *ix.* ad Paul.
(16) Cap. 17.

(17) Cap. 2.

ctionem secundum propositum aegre ferebant, quasi libertatem euerteret, docuere a nobis esse fidei initium, ex cuius praesentia Deus sufficientem gratiam impertiretur, et si huic liberum cooperetur arbitrium, dona ampliora adderet, quibus posset perseverare si vellet. Numquam tamen adduci poterunt, vt faterentur necessarium esse ad perseverandum adiutorium quo perseverantia ipsa donatur.

Atque primam propositionem sic haeretici homines impetere consueverunt. I: plura extant in Scripturis testimonia attestantia multos in hac vita perfectos fuisse. De Iob enim legitur cap. 1. »non est illi homo similis super terram, sine querela, iustus, verus Dei cultor, abstinens se ab omni opere malo.« De Zacharia item, et Elisabetha Lucae 1. dicitur: »erant autem iusti ambo, incedentes in omnibus mandatis, et Iustificationibus Domini sine querela.« Praeterea Ioann. cap. 3. ait: »omnis qui natus est ex Deo peccatum non facit, quia semen eius in ipso manet, et non potest peccare, quoniam ex Deo natus est.« Postremo Apostolus ad Philipp. 3. scribit: »quicumque perfecti sumus hoc sentiamus.«

II: si ordinariis gratiae auxiliis non possumus omnia venialia deuitare peccata, iniuste praecipit nobis Deus, qui impossibilia non iubet, diuina mandata custodiri nimis: frustra etiam et nos quotidie oramus, vt Dominus dirigat sensus, sermones, et actus nostros, vt ad nullum declinemus peccatum: ergo venialia deuitare non est diuinae gratiae beneficium.

Posteriorem vero adsertionem sic oppugnant. Primo: Augustino auctore Deus animam sanat per gratiam habitualement: ait enim (1): »sanat Deus, non solum vt deleat quosdam peccatum, sed vt praestet etiam ne peccemus.« Igitur quisquis ad Iustitiam perductus est, in ea habet perseverandi adiutorium.

Secundo: definitum a Synodo Tridentina est (2), Deum semel Iustificatos sua gratia non deserere, nisi prius deseratur: at si Iustificatus per gratiam habitualement et ordinaria auxilia perseverare non posset, a Deo desereretur, antequam eum desereret Deus: perseverare ergo potest.

Tertio: tota ratio, ac causa cur multi non perseverent, aliis contra perseverantibus, ex solo libero arbitrio repetenda est. Non igitur gratiae beneficium perseverantia est.

Quarto: homo iustus potest sine speciali gratia ad breue saltem tem-

(1) De Nat. et Grat. cap. 16. (2) Sess. vi. cap. 17.

tempus mortale peccatum vitare: ergo si in statu illo moriatur in finem perseuerare dicendus est. At causae naturales ab vniuersali prouidentia directae, et ordinatae possunt ei mortem inferre: igitur in eo casu non erit perseuerantia speciale donum Dei.

Quinto: Iustus, quum sit filius Dei adoptiuus, habet ius ad gloriam: habet ergo et ius ad finalem perseuerantiam, per quam gratia cum gloria coniungitur.

His tamen facile occurritur. Itaque ad Scripturarum testimonia, ex quibus primum argumentum integratur, haec sit generalis responsio, videlicet: duplicem dari perfectionem; vnam secundum vitae praesentis modum; alteram patriae. Primae hoc quoque imputatur, si se quisque nouerit imperfectum. Alterius maximum luctum est nullis vitis carnis obnoxium esse; neque vlla emendandis peccatis medicina opus esse. Tradit hanc distinctionem Augustinus (3). Qua stante, in ipsa perfectionis linea gradus distinguendi sunt, quorum summus est, non posse iam imperfectum esse. Sed et in hac vita vnus altero perfectior est: nam vt ipse Augustinus ait (4): „potest fieri, vt iam sit aliquis sapientiae perfectus auditor, cuius nondum sit perfectus Doctor: potest perfectus esse iustitiae cognitor, nondum perfectus effector.“ Vnde plures in hac vita priorem habuere perfectionem, in qua iustus accusator est sui, et quotidie orat: „dimitte nobis debita nostra.“

Placet tamen singula excurrere. Igitur laudatur ibi Iob aliorum comparatione. Laudatur Zacharias et Elisabetha pariter, quoniam legem sine querela seruauerunt, ita vt nemo de illorum vita quaereretur; tamen Zacharias ipse pro suis delictis hostias obtulisse constat. Homo insuper ex Deo natus non peccat, vt optime Ioannes dicit, imo et peccare non potest, quoniam peccatum ex verusta natiuitate oritur, per quam quandiu viuimus in corpore corruptibili, ipso Ioanne docente, si dixerimus, quia peccatum non habemus nos ipsos seducimus. Nemo autem peccat, in quantum gratia spiritali regeneratur, et est noua in Christo creatura, nouumque figmentum. Postremo, Apostolus scribens ad Philippenses demonstrat, se in alia re perfectum esse, in alia non esse; sicut in legis doctrina dici potest quisquam perfectus, etiamsi eum aliquid adhuc lateat.

Ad secundam obiectionem respondetur: quod licet possit homo

(3) Lib. iij. ad Bonif. cap. 10.

(4) In ii. de peccat. merit. cap. 17.

mo in hac vita sine peccato esse per Dei gratiam, et liberum arbitrium; non tamen potentia proxima, et cum actu coniuncta; nisi gratia illa specialis sit: sicut potest quis per auxilia sufficientia mandata obseruare, quae tamen actu non obseruabit, nisi auxilium sit efficax. Sufficit autem etiam potentia ab actu seiuicta vt Deus impossibilia iubere non dicatur, sitque transgressio libera, voluntaria, et culpabilis. Ita Augustinus (5). Ratio vero ob quam necessaria est specialis gratia, vt actu vitentur omnia peccata, est, quia simul praeceptis omnibus negatiuis, et nonnullis positiuis tenemur obstricti, simul internis, externisque impetitur pugnis, simulque plura vitanda occurrunt. Itaque diuina gratia adiuti quodlibet in indiuiduo peccatum depellere possumus, atque surgentes motus comprimere; sed id non ita consequemur, vt nulla etiam minima culpa in diuturno certamine maculemur. Quod sane periculum magis, magisque ad orationem nos impellit, vt Domino auxiliante omne declinemus peccatum, etiam minimum, si fieri potest. In forma igitur iuxta hanc doctrinam dicendum arbitramur, non posse hominem venialia omnia collectivae sine speciali gratia deitare; possit licet distributivae.

Primum autem secundi ordinis argumentum sic soluitur: potest vtiq; Deus animam sanare, praestando vt non peccemus. Sed hoc, ait Augustinus (6), agit iudicio suo, nec ordinem sanandi accipit ad aegrotos; vnde quos vult firmissimos efficere, non solum sanat, ne vitius peccent, si velint; sed praeparat etiam in eis voluntatem, vt velint non peccare, et sint perseuerantes usque in finem.

Secundum hanc habet explicationem: hominem esse qui prius semper Deum deserat; quoniam libere, ac voluntarie, obicem ponit, ne actualis gratia cum habituali coniuncta imperfatur ei potentiam proxime expeditam cum ipsa actuali perseuerantia conexam; quare subtrahitur ei gratia efficax. Ita nos Augustinus edocet, vbi scribit (7): „per voluntatem nostram, sine qua bene non possumus operari, cito potest subrepre animo humano, vt quod bene operatur, suum tantummodo existimet, et dicat in abundantia sua: non mouebor in aeternum.“ Vnde neganda est minor argumenti propositio.

Tertium quod opponunt, falsum vniuersaliter prolatum est. Et Tom. III.

S

enim

(5) Lib. ii. de peccat. merit. capp. 6. et 16.

(6) Vbi supra.

(7) Cap. 27.

enim in infantibus, qui ante baptismum rapiuntur, vsus rationis nondum capacibus, non perseverantia est peccati originis poena, et ex adverso in iis, qui accepto regenerationis Sacramento decedunt, finalis perseverantia est absque libertatis vsu. Deinde respondetur: imputari nobis non perseverantiam, quoniam libere Dei praecepta transgredimur: Deo autem perseverantiam attribui, quia voluntatem ipse praeeparat, ne transgrediamur, atque nobis vires praeber. Vt enim loquitur Augustinus (8): „certum est nos mandata servare si volumus, et facere quum facimus: sed praeeparatur voluntas a Domino, et ille facit vt faciamus.“

Ad tertium dicendum: falsam esse illatam consequentiam: non enim causis naturalibus tribuendum est, quod homini iusto mors superueniat, antequam tentationibus vexetur, sed Dei erga electos beneficentissimae providentiae.

Postremam hanc habet intelligentiam, Habere iustum ius remotum, vt dicitur, ad gloriam, atque dummodo ad mortem vsque in gratia perseveret: non tamen ius proximum: neque ipsi gloria conceditur, nisi re ipsa perseveret: dicitur enim Matth. x. „qui autem perseveraverit vsque in finem hic saluus erit.“ Deus insuper nemini denegat sufficientia media, sed iusto, acquissimoque iudicio auxilium efficax, sine quo nequit homo lapsus proxime perseverare, his denegatur, qui obicem ponunt: est etenim hoc auxilium extraordinarium, illisque voce paratum iustis, qui filii sunt, et haec quoque in charitate perseverantes, in Deo manent.

CAPVT XXI.

De dispositione ad gratiam breviter disputatur. Vulgatum illud axioma, facienti quod est in se Deus non denegat gratiam, exponitur.

Dispositio ad gratiam a natura non est.

Hanc veritatem ex Scripturis primo didicimus. Docent enim Sacrae litterae nihil sine gratia a nobis fieri, quod ad veram pietatem pertineat, iuxta illud Christi Domini Ioannis xv. „sine me nihil potestis facere:“ et, „nemo potest ad me venire, nisi Pater „qui

(8) De grat. et lib. arb. cap. 16,

„qui missit me, traxerit eum.“ Docent quoque, omne salutare opus a Dei gratia principium habere, iuxta illud Paulli ad Philipp. i. et ii. „qui incipit in nobis opus bonum:“ „Deus est qui operatur in „nobis velle, et perficere.“ Docent, ad gratiae rationem pertinere vt non sit debita operibus; nihilque prius Deo nos tribuere propter quod gratiae beneficia rependat: iuxta illud eiusdem Apostoli ad Rom. xi. „si autem gratia, iam non ex operibus, alioquin gratia „iam non est gratia:“ et, „quis prior dedit illi, et retribuatur ei?“ Non ergo Dei gratia a natura est, nec ad illam naturaliter quis disponitur.

Scripturis consonant Concilia. Expresse enim definit Concilium Arausicanum (1): „misericordiam diuinitus non conferri sine gratia „Dei desiderantibus, conantibus, laborantibus, pulsantibus, aut „quicquam tale facientibus nobis, atque ipsam inspirationem Spiritus Sancti, vt haec omnia sicut oportet agere valeamus.“ Tridentinum etiam declarat (2): „ipsius iustificationis exordium in adultis a Deo per Iesum Christum praeueniente gratia sumendum.“ Quae autem est ad gratiam dispositio nisi iustificationis exordium? Tradiderant similia Africae Concilia, vt apud Prosperum legitur.

Accedit Augustini auctoritas, cui ceteri Patres subscribunt: „non enim, inquit (3), Dei gratia, gratia erit illo modo, nisi grauita fuerit omnino.“ Et: „possum quidem dicere, ait (4), remissionem peccatorum esse gratiam, quae nullis praecedentibus meritis datur. Quid enim habere boni meriti possunt peccatores? Sed nec ipsa remissio peccatorum sine aliquo merito est, si fides hanc impetrat.“ ceter.

Ex quibus tandem haec potissima ratio exurgit: si dispositio ad gratiam ex natura esset, gratiaque proinde iuxta merita daretur, praedestinatio, ac gloria opus essent volentis, atque currentis; et vnusquisque se per liberum arbitrium a non electis discerneret: ac contraria haec sunt Scripturis, Conciliis, Patribus; non igitur a natura est dispositio ad gratiam.

COROLLARIUM.

Atque adductae hucusque probationes plene euincunt, Theologicum axioma, scilicet, facienti quod est in se Deus non denegat

S 2

gra-

(1) Canone vi.

(2) Sess. vi.

(1) De peccato orig. cap. 14.

(4) Epist. ad Sixtum cxciv.

gratiam, ita accipiendum esse, ut facienti quod in se est cum adiutorio gratiae mouentis, et operantis, Deus gratiam tribuat uberiorem, siue fidem perfectam, siue iustificationem, siue augmentum charitatis, siue gloriam, ac sempiternam beatitudinem: unde ad excitandam magis, magisque inflammandam torpentem hominum voluntatem, non ad euertendam diuinam praemouitionem prolatum esse. Itaque recte S. Thomas docet (5): „dicendum quod nihil homo potest facere nisi a Deo moueatur secundum illud Ioannis xv. „sine me nihil potestis facere, et ideo quum dicitur homo facere „quod in se est, dicitur, hoc est in potestate hominis secundum „quod est motus a Deo.“

Quibus tandem, et Moliniana, nescio quae, conuentio, aut lex, cuius intuitu supernaturalium gratiarum auxilia facienti quod est in se per liberi arbitrii vires naturales conferuntur, penitus exploditur.

CAPVT XXII.

Scholae Doctorum contraria sententia refertur, eiusdemque momenti fit satis.

Pelagianum dogma, et multis a nobis descriptum hoc libro est, et saepius oppugnatum. Illud tamen denuo placuit debellare superiore capite, breuiter licet, et veluti in transcurso. Nam potissimum ibi verba fecimus aduersus nonnulla Scholasticorum placita, quae vnica generali propositione reiecimus. Fuere enim ex his nonnulli, qui opinarentur inesse operibus naturalibus vim meriti *de congruo* (sic loquuntur) ad supernaturalia beneficia obtinenda; quique existimarent, posse homines naturae viribus sese ad gratiam disponere. Quam quidem dispositionem positiuam aliqui, alii negatiuam dixerunt. Est tamen discrimen hocce meritum inter et dispositionem; quod meritum largiorem quodammodo mouet ut velit beneficia conferre; dispositio vero aprat subiectum, ut si velit conferre, eadem non respuat. Et postremam hanc sententiam tenuisse Durandum, Scotum, et Gabrielem, Estius scribit (1). Aliam viam Sectarioribus suis Molina, ille extinctae Societatis Scriptor, parauit, docens facienti quod est in se per vires naturae inditas Deum gratiam largiri, non quod

na-

(1) Prima Secundae, quaest. cix, art. 4. ad 1.

(2) Lib. 21. Dist. xxvi. §. 14.

naturalia opera ad eam positiuè disponant, aut illam mereantur, sed lege quadam et pacto inito a Deo cum Iesu Christo, ut bene vrentibus ratione, ac lumine naturali, supernaturale auxilium non denegetur. Egregium sane hominis inuentum: quod et domestici ipsi horrent tanquam Massiliensium errori affinem. Verum nec in his etiam, quae contra consodalem adducunt, eos consulere volumus.

Harum autem opinionum haec in genere sunt momenta. I: haec in Scripturis leguntur Proverb. xvi. „hominis est animam praeparare.“ Zach. 1: „conuertimini ad me, et conuertar ad vos.“ Math. xxv. „et vni dedit quinque talenta, alii autem duos, alii vero „vnum; vnicuique secundum propriam virtutem.“ Lucae xi. „dabit spiritum bonum petentibus se.“ Ioannis 1. „quotquot autem „receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri.“ Apost. ad Rom. vii. „nam velle adiacet mihi, perficere autem bonum non „inuenio.“ Et Apocalip. iii. „ecce sto ad ostium, et pulso; si quis „audierit vocem meam, et aperierit mihi ianuam, intrabo ad illum.“ Igitur litterae Sacrae testantur hominis esse disponi ad Dei gratiam.

II. Haec Patres tradidere. Origenes (2): „si offeramus Deo iustitiam nostram, accipiemus ab ipso iustitiam Dei.“ Ambrosius (3): „non dormientibus, aut, diuina beneficia seruari, sed obseruantibus.“ Augustinus (4) scribit, Deum dedisse hominibus quaedam bona huius vitae congrua „eo pacto aequissimo, ut qui mortalibus talibus bonis paci mortalium accommodatis recte vsus fuerit, accipiat „ampliora, atque meliora, ipsam scilicet immortalitatis pacem, etque „conuenientem gloriam.“ Et (5): „Deus nulli vnquam defuit, qui „dignus fuit, et cui defuit, dignus non fuit.“ Postremo, S. Thomas (6) docet, quod si aliquis in syluis enutritus „ductum naturalis rationis sequeretur in appetitu boni, et fuga mali, certissime et Deus, „vel per internam inspirationem reuelaret ea, quae sunt credenda, vel „aliquem fidei praedicatorum ad eum dirigeret, sicut misit Petrum „ad Cornelium.“ Et infra (7): „gratiam, quae opera meritoria facit, „quamuis homo acquirere non possit ex libero arbitrio, potest tamen ad gratiam habendam se praeparare, quae ei non denegabitur, „si fecerit quod in se est, et ideo non est omnino extra potestatem

„li-

(2) Hom. xxxix. super Num.

(6) Quaest. xiv. de Verit. art. 12. ad primum.

(3) Lib. iv. in Locum.

(7) Quaest. xxiv. de Verit. art. 1.

(4) L. b. x. de Ciuit. Dei cap. 23.

(5) Contra Porphy. cap. 9.

ad secundum.

„liberi arbitrii opera meritoria agere, quamuis ad hoc per se potestas „liberi arbitrii non sufficiat.“ Item contra Gentes scribens (8): „Deus „quantum in se est, paratus est omnibus gratiam dare, sed illi soli „gratia priuantur, qui in se ipsis gratiae impedimentum praestant.“ Quod ille sane non praestat, qui totum quod in se est, naturali conatu facit. Agnoscunt ergo Patres quandam in natura dispositionem, iuxta quam sese Deus acquissima lege obligauit gratiam conferre.

III. Id ipsum multiplex ratio suadet. Nam primo, non officit rationalis animae creationi, quod homo corporealem materiam praepararet, ac disponat: neque ergo liberam gratiae largitionem tollit, quod ad eam quis possit se naturaliter praeparare. Deinde: quum iuxta Molinae sententiam gratia non detur secundum merita, sed ex diuina liberalitate, et beneficentia, irrete, qui eam tenent, Pelagianismi notantur.

Insuper: ea est Sacramentorum efficacia, vt eis, quum sint sensibilia, et elementis constant, seu rebus, institutione, ac lege diuina character et gratia adnectuntur: igitur et naturalibus operibus pacitione et lege adnecti Dei gratia poterit.

Ceterum nihil ex his minus elicitor quam quod aduersarii contendunt. Ad primam igitur argumentum haec sit generalis responsio: Sacrae litterae liberum hominis arbitrium commendant, sed minime praeuentientem gratiam tollunt, imo oppositum docent variis in locis. Sed singula earum testimonia percurramus. Itaque quod ex Prouerbis obicitur, his verbis ab Augustino soluitur (9): „sed nimirum quod „scriptum est hominis est praeparare cor, non bene intelligendo falluntur, vt existiment cor praeparare, hoc est, inchoare sine adiutorio gratiae Dei, ad hominem pertinere. Absit vt sic intelligant „illi promissionis, qui quum audierint Deum dicentem, sine me nihil potestis facere, quasi conuincant eum dicentes, ecce sine te „possumus cor praeparare.“ Et infra (10): „ecce Dominus admonet „vt praeparemus voluntatem, in eo quod legitur, hominis est praeparare cor, et tamen vt hoc faciat homo adiuvat Deus, quia praeparatur voluntas a Domino, et aperit os ita iubendo, vt nemo possit, nisi id faciat adiuuando, cui dicitur, labia mea aperies.“ Deinde, virtus illa secundam quam Deus unicuique talenta distribuit, non est absque Spiritus Sancti praemouione, vt recte S. Thomas adnotat

(11).

(8) In III. cap. 89.

(9) Lib. II. ad Bonif. cap. 9. num. 19.

(10) Numer. 10.

(11). Quamquam necesse non est, vt in parabolis omnia prorsus rei significatae respondeant. Nec inepte hunc etiam locum exponunt quidam de gratis gratis datis, atque ecclesiasticis muneribus, quae, vt plurimum hominibus naturali virtute exornatis conferuntur: licet haec quoque Deus infirmioribus quandoque largiatur.

Ad verba autem Ioannis respondet Augustinus (12): „vnde accipisti hanc potestatem? Creditibus, inquit, in nomine eius. Si „ergo credis, ipsa tibi potestas data est.“ Demum, Apostolici testimonii sensus est, velle bonum quod nobis adiacet Dei gratia operante, vt aderat Paulo vocato iam, atque iustificato, non sufficere ad perfectionem bonorum operum absque gratia Dei cooperante, ob prauam cupiditatem captiuam in lege peccati, vt subdit ipse dicens: „non enim quod vobis bonum hoc facio,“ possibilitatem suae perfectionis in Dei gratia ponens, vt scribit Augustinus (13). Id quod Apocalypseos locus clare ostendit, Deum, scilicet, pulsare ad osium antequam homo aperiat, ac gratiam Dei vocantem humanae voluntatis praecedere conatus.

Hinc ad secundum argumenti genus ex Patrum dicitur conlarum hanc quoque generalem responsionem adhibeamus. Qui adfirmant nos per liberum arbitrium diuina gratia praemotum ad iustificationem, et ad ampliora beneficia disponi, hi nullo modo nobis contrariantur. Atque id Chrysostomus, Ambrosius, ceterique, vnum si excipias Origenem, adfirmant. Sed paulo apertius quorundam mens exponenda est. Et quidem Hieronymi verba significant, quaestionem inter catholicos et Pelagianos non fuisse, an detur in nobis liberum arbitrium, cuius est velle, et currere, neque an detur gratia consequens, a qua est operis consummatio: igitur erat controuersia de gratia adiuuante, et operante, quae antecedit omnem motum bonae voluntatis.

Augustinus autem rectissime ait, quod bene vtentibus bono quolibet temporali acquissimo pacto reperiuntur gloria aeterna: verum opus habet mortalis homo, vt bene vtatur temporalibus bonis, magisterio diuino, cui certus obtemperet, et adiutorio, vt libere obtemperet, vt loquitur ipse Augustinus proximo capite. Et hoc sensu pactum acquissimum dicit.

Duo vero alio in loco dicit, non defuisse vquam Deum his qui digni fuerunt, intelligendus ita est, vt Deus ipse eos dignos fecerit

sua

(12) Secunda Secundae, qu. aest. XXIV. art. 1.

(13) Enarrat. in Psalm. CXX. In Oper. Imperf. lib. 1.

sua vocatione, et proposito, vt explicat in Retractionibus (14).

In explicandis demum S. Thomae testimoniis, ex quaestionibus praecipue de veritate deductis, laborandum non esset, si Caietani, aliorumque vellemus responsum adoptare; videlicet, S. Thomam, quum in Summa, tum contra Gentes scribentem (15), ad meliorem, clarioremque formam reduxisse, quod in quaestionibus de Veritate docuerat, atque ex vtriusque Summae locis germanam eius petendam mentem. Ceterum quoniam alii, haud minus insignes S. Thomae discipuli, ostendere nituntur, vtriusque sibi constitisse Angelicum Magistrum, lubet aliud hoc ab eis mutuari responsum, quod eo videtur solidius, et ad Sancti Doctoris mentem exactius, quod ipsemet illud suppeditat, vbi haec Apostoli verba exponens: »numquid non audierunt?« cetero scribit (16): »numquid ergo illi ad quos non peruenit, vtpote si fuerunt nutriti in syluis, excusationem habent de peccato infidelitatis? Ad hoc dicendum, quod secundum sententiam Domini Ioann. xv. qui loquentem Dominum, vel per se, vel per eius discipulos, non audierunt, excusationem habent de peccato infidelitatis, non tamen beneficium Dei consequuntur, vt scilicet iustificentur ab aliis peccatis, vel quae nascendo contraxerunt, vel male viuendo addiderunt, et pro his merito damnantur: si qui tamen eorum fecissent quod in se est, Dominus eis secundum suam misericordiam prouideret mittendo eis praedicatorum fidei, sicut Petrum Cornelio, Act. x. et Paullum Macedonibus, Act. xvi. Sed tamen hoc ipsum quod aliqui faciunt, quod in se est, conuertendo se scilicet ad Deum, ex Deo mouente corda ipsorum ab bonum,« cetero. Haec S. Thomas.

Tertium argumenti genus ex variis rationibus integratum singularum solutione diluitur. Ac prima quidem sic soluitur. Quum rationalis anima certas materiae dispositiones requirat, est naturalis corporum forma, et lisque debetur: igitur et esset etiam gratia naturalis quaedam perfectio, si homo ad illam se nativa potestate disponeret: nam ad vnum, eundemque ordinem, et forma et dispositio pertinent.

Ad secundam respondemus: ipsius Molinae confessione constare, vt refert Herice (17), necessarium non esse, vt quis in Semipelagianorum errores incurrat, meritum solius naturae conatibus concedere, quum

(14) Lib. II. cap. 17.

(16) Lect. III. in cap. 10. Epist. ad

(17) Prima Secundae, quaest. cix. Rom. art. 6. ad 1. Et in contr. Gentes cap. 149.

Rom.

(17) Dist. xxvii. de Praed. cap. 7.

quum sufficiat iis gratiam pedessequam subiungere. Quare merito adseruere aliqui, huius sententiae auctores non effugere, quantum par est, Massiliensium doctrinam, imo et Semipelagianismum instaurare mutatis tantum vocibus.

Ad vltimum dicimus, latissimam esse disparitatem inter extrema obiectionis: Sacramenta enim, in quorum participatione dignoscitur Ecclesia visibilis, sensibilibus elementis constare debent; supernaturalis autem res pendere non debet a naturali, nisi huic diuina accedat virtus: quin et ex Sacramentis ipsis constat naturalem dispositionem neutiquam ad obtinendam gratiam sufficere; quandoquidem nemo gratiam vi Sacramentorum percipit, si tantum habeat naturalem contritionem.

CAPVT XXIII.

Liberum hominis arbitrium catholice firmat: eiusdem essentiam determinat.

Remanet in homine lapsa liberum voluntatis arbitrium.

Posita est libertatis essentia in potentia agendi, et non agendi.

Demonstrant primam propositionem Scripturae testimonia, Ecclesiae definitiones, Patrum traditio, ac Theologorum auctoritas. Vt enim Genesis iv. legimus, Caino dictum a Domino est: »nonne si bene egeris recipies, sin autem male statim in foribus peccatum aderit? Sed sub te erit appetitus eius, et tu dominaberis illius.« Item, Ecclesiastici xv. dicitur: »Deus ab initio constituit hominem, et reliquit illum in manu consilii sui. Adiecit mandata, et praecepta sua: si volueris mandata seruire, conseruabunt te, et in perpetuum fidem placitam facere. Apposuit tibi aquam, et ignem: ad quod volueris porrigere manum tuam. Ante hominem vita, et mors, bonum, et malum: quod placuerit ei dabitur illi.« Quae sane de primo tantum homine dicta esse, quod aduersarii contendunt, non nisi ineptissime quis diceret: etenim occurrit eadem phrasys Deuteronomii xxx. et Iosue xxiv.

Rursus, Ioannis xix. ait ad Christum Pilatus: »nescis, quia potestatem habeo crucifigere te, et potestatem habeo dimittere te?« Scripturis igitur clamantibus habet homo lapsus libertatis suae vsum.

Demonstrant eandem veritatem irreformabiles Ecclesiae definitiones. Nam Synodus Tridentina Can. v. definit (1): »si quis dixerit, liberum hominis arbitrium post Adae peccatum amissum, et extinctum esse, aut rem esse de solo titulo, imo titulum sine re, signum denique a Satana inuictum in Ecclesiam, anathema sit.« Et Can. vii. »si quis dixerit, non esse in potestate hominis vias suas malas facere,« cett. Ergo damnans Sacrosancta haec Synodus errores nuper Lutheranorum, et Calvinistarum errores, qui hominem liberum a coactione fatebantur, definit permanere in homine lapso liberum a necessitate arbitrium, tametsi infirmum ac debilitatum.

Eam quoque Patres demonstrant. Haec enim Athanasius habet (2): »anima liberi arbitrii quum existat, potest ad bona se inclinare, ita bona quoque auersari.« Epiphanius (3): »quomodo liberum arbitrium in hoc mundo? In nobis siquidem situm est credere, et non credere: ubi autem credere, et non credere in nobis situm est, consequens, vt recte agere, et peccare, bonum facere, et malum, nostri quoque sit iuris.« Augustinus autem, cuius maximam super re ista auctoritatem Ecclesia perpetuo agnouit, innumera protulit, quibus libertatem indifferentiae in homine lapso doceret. Nam contra Manichaeos scribens, haec de voluntatis motu ait (4): »si natura, vel necessitate iste motus existit, culpabilis esse nullo pacto potest.« Additque postea (5), voluntatis motum in eo cum motu lapidis conuenire, quod sit vterque proprius naturae, quae mouetur: »verumtamen, inquit, in eo dissimilis est, quia in potestate non habet lapis cohibere motum, quo fertur inferius; animus vero dum non vult non ita mouetur, vt superioribus detestis inferiora diligat: et ideo lapidi naturalis est ille motus, animo vero iste voluntarius.« Ex quibus apparet manifeste, motum esse naturalem, non liberum, ubi in eo, quod mouetur, non est potestas cohibendi motum: atque voluntarium accipi non solum spontaneo, et non coacto, verum etiam pro indifferenti, plane li-

(1) Sess. 6.

(2) In Exorth. ad Gentes.

(3) Haeresi 64.

(4) Lib. 1. cap. 2.

(5) Cap. 3.

béro, et praedito potestate reluctandi, motumque cohibendi. Habet similia passim.

Sed praetermittendum non est apertissimum illud Augustini testimonium, quo discrimen adsignat libertatem a coactione inter et libertatem indifferentiae. Sic enim loquitur contra Iulianum (6): »quantum diu vero in eadem rectitudine stetit (scilicet primus homo) in qua poterat non peccare, ideo non accepit malus aliquid, hoc est, non posse peccare, quia in eo quod habuit non vsque ad finem remunerationis voluit manere. Quod enim accepturi sunt Sancti, qui in futuro saeculo in corpore futuri sunt spiritali, sine interuentu mortis fuerat accepturus Adam, vt ascendens ab eo, quod posset non mori, ad id perueniret, ubi non posset mori; et ascendens ab eo, quod non peccare posset, ad id perueniret ubi peccare non posset.«

Suffragatur ratio. Quum enim nemo peccet in his quae non potest cauere, iniuste nobis mala opera prohibentur, si haec vitare non possumus; frustra quoque ob hanc ipsam causam sancitae fuissent leges, inutiles comminationes, irritoria mercedis propositio, irreparabilis error, inanis labor, vanus conatus; nulla proinde forent peccata, nullaque virtutum merita: at haec omnia impia, blasphema, ac detestanda sunt: remanet igitur in homine lapso liberum voluntatis arbitrium.

Secundam propositionem suadet primo libertatis idea. Nam nihil est aliud libertas iuxta Augustinum quam voluntatis potestas, quae sua deliberatione potest huc atque illuc flecti. Et iuxta S. Thomam (7) vis electiua mediocum: quum igitur nemo potestatem huiusmodi in illis, quae necessario fiunt, possit deprehendere, neque electionem in illis, quae ad vnum determinata sunt, possit aduenire, S. Thoma docente (8), consequitur inde ad libertatis essentiam pertinere posse agere, et non agere.

Accedit: quod ideo in animalibus brutis non adest electio, quoniam ad vnum secundum naturae ordinem sunt determinata: at humana mens, et voluntas, licet naturaliter determinata sint, et ad beatitatem in communi, et ad summum bonum in se visum, in ceteris tamen omnibus determinationem liberam habent, ortam quidem ex propositione boni, in quo aliqua ratio mali apprehendi va-

T 2

let:

(6) Lib. vi.

(7) Prima Parte, quæst. lxxi. art. 8. art. 2.

(8) Prima Secundae, quæst. xlii.

let: locum ergo in his habet electio, atque libertas. Ita S. Thomas argumentatur (9).

Secundo euincitur propositio ex quo voluntas operum suorum habet dominium et potestatem. Etenim vt Augustinus docet (10): »hoc quisque in potestate habere dicitur, quod si vult, facit, et si non vult, non facit.« Cui affine illud est, quod docet S. Thomas scribens (11): »dicendum, quod sumus domini nostrorum actuum, secundum quod possumus hoc vel illud eligere. Electio autem non est de fine, sed de his quae sunt ad finem, vt dicitur in III. Ethicorum. Vnde appetitus vltimi finis non est de his, quorum domini sumus.« Vbi non loquitur S. Doctor de dominio, quod nihil sit aliud quam motus voluntatis cum aduertentia, vt nonnulli Theologi reponunt: quandoquidem appetitus vltimi finis, ac ipsa huius finis possessio, non est absque motu voluntatis, et tamen iuxta S. Thomam absque dominio est.

Tertio: idem arguitur ex damnatione Baianarum adsertionum. Gregorius enim XIII. ac pridem S. Pius V. has inter alias propositiones damnarunt: »sola violentia repugnat libertati hominis naturae,« cert. Et: »quod voluntarie fit, etiamsi necessario fiat, libere tamen fit.« Repugnat ergo etiam libertati naturali necessitas. Cuius quidem argumenti vim haud infringunt, qui respondent, recte has propositiones damnatas esse in sensu Baii adserentis, peccare hominem etiam in motibus indeliberatis concupiscentiae, et in eo etiam, quod facit necessario. Rectius enim illi dicerent, quod nos dicendum existimamus, verum esse ex opposito, quod motus qui liber concupiscentiae peccatum est, et homo peccat damnabiliter in eo, quod necessario facit; si verum sit quod sola libertas a coactione est vere, et propria libertas. Vt enim Augustinus docet, peccatum est voluntas retinendi, et consequendi quod iustitia vetat, et vnde liberum est abstinere; proinde, si in omni concupiscentiae motu est eiusmodi voluntas, et vera, et essentialis libertas in eo est. Vndenam ergo habet, quod nihilominus peccatum non sit? Non alunde nisi quod ad peccatum requiritur libertas indifferentiae, nec libertas a coactione sufficit. Itaque haec libertas, si ab illa seiungatur, non est vera, et propria libertas, de qua ait Augustinus, vnde liberum est abstinere.

CO-

(9) II. Sent. Dist. xxv. quaest. 1. art. 1.

(10) De Spirit. et lit. cap. 3.

(11) Prima Parte, quaest. lxxxiii.

art. 1. ad 3.

COROLLARIA.

Perspicuum ex his est, non spectare ad libertatis essentiam posse peccare. Non enim pertinet ad rerum essentiam posse deficere, sed ad eorumdem imperfectionem. Hinc Augustinus dicit (12): »Deus ipse innumquid quia peccare non potest, ideo liberum arbitrium habere negandus est?«

Insuper, vt S. Thomas ratiocinatur (13): »ita se habet liberum arbitrium in eligendis iis, quae sunt ad finem, sicut se habet intellectus ad conclusiones. Manifestum est enim quod ad virtutem intellectus pertinet, vt in diuersas conclusiones procedere possit secundum principia data.« Sed quod intellectus in aliquam conclusionem procedat praetermittendo ordinem principiorum, pertinet ad defectum intellectus: igitur et quod liberum arbitrium plura eligere valeat praetermittendo ordinem finis, non ad essentiam, sed ad imperfectionem attinet libertatis.

Perspicuum quoque est, indifferentiae libertatem, hoc pacto expositam, etiam in statu naturae lapsae ad meritum, vel demeritum requiri; quoniam ad libertatis naturam illa pertinet, vt fise argumentati sunt. Nec verum illud est, quod aliqui adseruerunt, videlicet, non manere in libero arbitrio reluctandi potestatem, quum sub concupiscentiae dominatu, et gratiae efficacia est. Siquidem nulla boni creati, ac apparentis propositio, nec adhuc summi boni, cognitum tantum abstractiue, iudicii indifferentiam aufert. Exploratum itaque fixumque omnino est, omne meritum esse ex libero arbitrio, atque liberum arbitrium nihil aliud esse, quam potestatem agendi, vel non agendi, non affixam necessitati.

At hic illud obiter notandum venit, quod optime de Schola meriti Theologi distinguere solent. Nam dubitari iuxta illos potest, num ad libertatis essentiam necessaria sit libertas contrarietatis. Cui quaesito sic respondendum censemus: acceptam libertatem contrarietatis pro potentia eligendi vnum ex duobus positua contrarietate oppositis, bonum scilicet et malum, ad liberum arbitrium non pertinere, sed ad illud spectare tantummodo quatenus creatum est, nec vltimo fini inhaeret immobiliter. Itaque haec contrarietatis libertas est in homine viatore, non in Beatis, non in Christo, non in Deo. Quod

(12) De Ciuit. Dei cap. vii. §. ad 5.

(13) Prima Parte, quaest. 61. art.

Quod si duo media contraria sint, et neutrum dicat oppositionem ad vltimum finem, libertas contrarietatis ad liberum arbitrium necessaria est; quia mediorem electio seruato ordine finis ad essentiam pertinet libertatis: repetiturque hoc sensu in homine viatore, qui potest tam coniugalem statum, quam virginalem ex. g. eligere; atque vtrumque ad finem vltimum dirigere: reperitur et in Angelis, qui possunt contrarios motus corporibus imprimere, et sibi etiam inuicem obsistere: reperitur in Deo ipso, qui pro suo arbitratu humiliat, et exaltat, percutit, et sanat, ducit ad inferos, et reducit.

Hinc libertatem aliam contradictionis Theologi adinuenerunt, quo absolutam libertatis nostrae essentiam exponerent. Quae vt a praecedenti distinguatur, non respicit positivae contraria, sed agere et non agere, velle, et nolle; et definitur libera potestas agendi, vel non agendi. Contingere tamen potest, vt voluntas ad vnam boni speciem determinata sit, ex. g. ad diligendum Deum; quomodo Beatorum voluntas determinata est, vt erat Christi Domini voluntas ante mortem, et nihilominus ad hunc vel illum actum indeterminata maneat. Qui enim Deum in se videt, immutabili necessitate ad illum amandum determinatus est; tamen sua pollet libertate in ceteris actibus, qui circa obiecta indifferentia versantur, et ab illa caritate, a qua nequeunt deflecti, imperantur. Similiter Christus coelestem Patrem, quem necessario diligebat, libere orabat, libere etiam illi obtemperabat, dando corpus suum percutientibus. Promouit ita, et operatus es hominum redemptionem, cum potestate ponendi animam suam, ac perfectissima libertate. Verum illam libertatem, qua voluntas ad nullam speciem boni determinata est, libertatem specificationis Theologi appellare consueverunt; aliam vero, quae ad aliquam boni speciem determinata est, non autem ad hunc determinate actum, libertatem exercitii. Atque vltimam hanc ad meritum sufficere ex eo constat, quod in huiusmodi actu reuera intercedat liberi arbitrii potestas, eiusdemque indifferentia, ac dominium.

CAPVT XXIV.

Novatorum peruersa dogmata circa hominis libertatem referuntur: eorundem obiecta dissoluntur.

Existere iam pridem aliqui fatalis necessitatis adsertores, quum Philo-

losophi, tum Haeretici, et inter hos Manichaei. Horum autem errorem nedom aptasse, sed et superasse Nouatores videntur, Lutherus potissimum, et Caluinus. Primus enim, praeter alios ferme innumeros errores, dogmatizatus est, fuisse in hominibus post Adami culpam liberum arbitrium extinctum, vel amissum, adeo vt manserit res de solo titulo, vel titulus sine re. Insuper addens, nec per Dei gratiam posse hominem lapsum diuina seruare praecepta, et Deum praecipere nobis impossibilia. Fuit vero Martinus Lutherus (vt aliquid de illo dicamus) Apostata Ordinis Eremitarum S. Augustini Congregationis Saxoniae, Islebi in Mansfeldensi Comitatu natus anno 1483. Nullum ille non mouit lapidem, quo Christi Ecclesiam vastaret, variis editis voluminibus arrogantia, et errore plenis. Atque eo tandem impudentiae venit, vt excusso omni Religione, ac fidei iugo, uxorem duceret, Christoque eriperet Catharinam de Bore.

Lutheri autem erroribus affinia sunt Ioannis Caluini scita. Docuit siquidem, humanam voluntatem nullam habere mall, aut boni electionem, nec accepta gratia suae optionis esse, vel optemperare, vel obsistere; adeo vt instar brutorum sine aliqua libertate illa moueatur. Itaque in eo Lutherus et Caluinus consonant, quod liberum hominis arbitrium negant, siue agendi, et non agendi facultatem: at in eo videntur discrepare, quod vult Lutherus illud esse velut quoddam inanime ac mere passivae se habere: Caluinus vero concedere videatur, illud se mouere, atque vitaliter agere, et liberum etiam esse, si libertas coactioni opponatur: nam voluntatem sponte moueri dicit. Sed hoc dicere de vtroque hoc haeretico iure possumus: habere scilicet, illos diuersam faciem, sed eandem ad inuicem colligatam. Natus autem est Caluinus Nouioduni in Picardia ann. 1509. Scripsit adhuc iuuenis, atque annos natus 26. libros Institutionum congestis erroribus, et argumentis ex Melancthone, Hyperio, Sacerio, et Oecolampadio. Coepit posthac errores suos audacius dissimulare, sacratum imaginum cultum execrari, dies festos, tremendum Missae Sacrificium, Catholicae item Ecclesiae Dogmata, ac Traditiones. Quem sequuti auctorem post eius vitam sunt Theodorus Beza, alique. Sed haec pro nostro munere.

Obiecta modo in examen vocemus, quibus errores suos praemuniere. Sunt haec: I. sanctarum Scripturarum phrasae ita sunt accipiendae, vt nihil viribus humanis detur, et doceatur quid in nobis fieri possit, non quid ipsi efficere valeamus. Enim Ezequiels

Quod si duo media contraria sint, et neutrum dicat oppositionem ad vltimum finem, libertas contrarietatis ad liberum arbitrium necessaria est: quia mediorem electio seruato ordine finis ad essentiam pertinet libertatis: repetiturque hoc sensu in homine viatore, qui potest tam coniugalem statum, quam virginalem ex. g. eligere: atque vtrumque ad finem vltimum dirigere: reperitur et in Angelis, qui possunt contrarios motus corporibus imprimere, et sibi etiam inuicem obsistere: reperitur in Deo ipso, qui pro suo arbitratu humiliat, et exaltat, percutit, et sanat, ducit ad inferos, et reducit.

Hinc libertatem aliam contradictionis Theologi adinuenerunt, quo absolutam libertatis nostrae essentiam exponerent. Quae vt a praecedenti distinguatur, non respicit positivae contraria, sed agere et non agere, velle, et nolle: et definitur libera potestas agendi, vel non agendi. Contingere tamen potest, vt voluntas ad vnam boni speciem determinata sit, ex. g. ad diligendum Deum; quomodo Beatorum voluntas determinata est, vt erat Christi Domini voluntas ante mortem, et nihilominus ad hunc vel illum actum indeterminata maneat. Qui enim Deum in se videt, immutabili necessitate ad illum amandum determinatus est: tamen sua pollet libertate in ceteris actibus, qui circa obiecta indifferentia versantur, et ab illa caritate, a qua nequeunt deflecti, imperantur. Similiter Christus coelestem Patrem, quem necessario diligebat, libere orabat, libere etiam illi obtemperabat, dando corpus suum percutientibus. Promouit ita, et operatus es hominum redemptionem, cum potestate ponendi animam suam, ac perfectissima libertate. Verum illam libertatem, qua voluntas ad nullam speciem boni determinata est, libertatem specificationis Theologi appellare consueverunt: aliam vero, quae ad aliquam boni speciem determinata est, non autem ad hunc determinate actum, libertatem exercitii. Atque vltimam hanc ad meritum sufficere ex eo constat, quod in huiusmodi actu reuera intercedat liberi arbitrii potestas, eiusdemque indifferentia, ac dominium.

CAPVT XXIV.

Novatorum peruersa dogmata circa hominis libertatem referuntur: eorundem obiecta dissoluntur.

Existere iam pridem aliqui fatalis necessitatis adsertores, quum Philo-

losophi, tum Haeretici, et inter hos Manichaei. Horum autem errorem nedum aptasse, sed et superasse Nouatores videntur, Lutheri potissimum, et Caluini. Primus enim, praeter alios ferme innumeros errores, dogmatizatus est, fuisse in hominibus post Adami culpam liberum arbitrium extinctum, vel amissum, adeo vt manserit res de solo titulo, vel titulus sine re. Insuper addens, nec per Dei gratiam posse hominem lapsum diuina seruare praecepta, et Deum praecipere nobis impossibilia. Fuit vero Martinus Lutherus (vt aliquid de illo dicamus) Apostata Ordinis Eremitarum S. Augustini Congregationis Saxoniae, Islebi in Mansfeldensi Comitatu natus anno 1483. Nullum ille non mouit lapidem, quo Christi Ecclesiam vastaret, variis editis voluminibus arrogantia, et errore plenis. Atque eo tandem impudentiae venit, vt excusso omni Religione, ac fidei iugo, uxorem duceret, Christoque eriperet Catharinam de Bore.

Lutheri autem erroribus affinia sunt Ioannis Caluini scita. Docuit siquidem, humanam voluntatem nullam habere mall, aut boni electionem, nec accepta gratia suae optionis esse, vel optemperare, vel obsistere: adeo vt instar brutorum sine aliqua libertate illa moueatur. Itaque in eo Lutherus et Caluinus consonant, quod liberum hominis arbitrium negant, siue agendi, et non agendi facultatem: at in eo videntur discrepare, quod vult Lutherus illud esse velut quoddam inanime ac mere passivae se habere: Caluinus vero concedere videatur, illud se mouere, atque vitaliter agere, et liberum etiam esse, si libertas coactioni opponatur: nam voluntatem sponte moueri dicit. Sed hoc dicere de vtroque hoc haeretico iure possumus: habere scilicet, illos diuersam faciem, sed eandem ad inuicem colligatam. Natus autem est Caluinus Nouioduni in Picardia ann. 1509. Scripsit adhuc iuuenis, atque annos natus 26. libros Institutionum congestis erroribus, et argumentis ex Melancthone, Hyperio, Sarcerio, et Oecolampadio. Coepit posthac errores suos audacius dissimulare, sacratum imaginum cultum execrari, dies festos, tremendum Missae Sacrificium, Catholicae item Ecclesiae Dogmata, ac Traditiones. Quem sequuti auctorem post eius vitam sunt Theodorus Beza, alique. Sed haec pro nostro munere.

Obiecta modo in examen vocemus, quibus errores suos praemuniere. Sunt haec: I. sanctarum Scripturarum phrasae ita sunt accipiendae, vt nihil viribus humanis detur, et doceatur quid in nobis fieri possit, non quid ipsi efficere valeamus. Enim Ezequiels

xviii. legitur: «facite vobis cor nouum, et spiritum nouum.» Solus autem Deus est, qui cor nouum, et Spiritum nouum operatur in homine, dicente eodem Propheta cap. xxxvi. «dabo vobis cor nouum, et spiritum nouum.»

Item ad Pphilipp. ii. dicitur: «cum metu et tremore salutem vestram operamini, additurque: «Deus operatur in vobis velle, et perficere.»

Et Ioannis i. Epist. iii. «qui habet hanc spem, inquit, sanctificat se ipsum.» Ergo Scripturis attestantibus eo tantum sensu liberum hominis arbitrium operatur, quia Deus in illo operatur.

II. Tamei detur libero arbitrio quaedam actio, per quam extrinsecus sese medijs accommodat, quibus Deus hominis conuersionem operatur, in ipsa tamen conuersione libera voluntas nihil penitus agit. Sunt enim homines vt organica instrumenta, quae Deus pro suo libito tractat; nec aliter dicitur arbitrium hominis operari, quam dicitur Mosis ylgam aquas manis diuisisse, Exod. xiv.

III. Proponitur nobis diuinorum mandatorum obseruantia apposta conditione *si volueris*, vt constat ex cap. xv. Ecclesiastici vers. xiv. Ex qua certe conditione non probatur liberum arbitrium.

Item: saltem in moralibus liberum arbitrium esse titulum sine re demonstrat Apostoli sententia in I. ad Corinth. Epist. his verbis expressa: «abundantius illis omnibus laboraui: non ego autem, sed gratia Dei mecum.»

IV. Non remanet arbitrium hominis sui iuris, neque dominium suorum actuum in eo relinquitur, quandocumque sub peccato est: at peccatores serui peccati sunt, et a Daemone captiui aguntur, dicente Scriptura Ioann. viii. «omnis qui facit peccatum, seruus est peccati.» Ergo saltem in peccatoribus non reperitur assignata libertas.

V. Culpa primi hominis arbitrii libertatem fuisse peremptam plurimis in locis Augustinus tradidit: habet enim in Enchirid. ad Laurentium (1): «libero arbitrio male vtens homo, et se perdidit, et ipsum.» Idem reperit frequentissime (2). At primi hominis libertas indifferentiae libertas erat: non ergo persistit haec in homine lapsa.

VI. Quod si persisteret adhuc haec libertatis indifferentia, locum

et

(1) Cap. 30.

(2) In Epist. ad Vitalem. Et de Ci-

uit. Dei lib. xv. alibi,

et in hoc infirmitatis statu haberet illa peccati definitio ab Augustino tradita: «peccatum est voluntas retinendi, vel consequendi quod iustitia vetat, et vnde liberum est abstinere.» Non valere autem definitionem istam in praesenti statu docet Augustinus scribens (3): «multum erras, qui necessitatem nullam putas esse peccandi, vel eam non intelligis illius peccati esse poenam, quod nulla necessitate commissum est. Si enim necessitas nulla peccandi est . . . quid patiebatur, quaeso, qui secundum vestrum sensum tanta mole pravae consuetudinis praemebatur, vt diceret: non quod volo, facio bonum, sed quod nolo malum, hoc ago?» Ergo liberum iam non est homini a peccatis abstinere, sed necessario ille a cupiditatibus abripitur, dum peccata committit.

VII. Augustinus ipse censere videtur comparari absque libertate laudem, veramque iustitiam posse. Nam scribit (4): «nec dicere audeamus, ideo Deum non voluntatem, sed necessitatem habere iustitiae, quia non potest velle peccare.» Et alio in loco (5): «neque enim tunc sine virtute vinemus, quando nobis concedetur, ne aliquando a Domino recedere possimus.»

VIII. Cohaeret a nobis tradita libertatis expositio cum Pelagianorum, Semipelagianorumque erroribus: atque quum Caluinum sententia nostra subuertimus, Pelagium non horremus.

IX. Solam libertatem coactionis sat, superque esse, vt nostrae voluntatis opus sit perfecte liberum, ac meritum, et Sanctorum auctoritas, et Theologorum sententiae, exempla quoque, ac rationes probant. Nam primo tradit Augustinus (6): «voluntas, aut voluntas non est, aut libera dicenda est.» Item (7): «voluntas nostra, nec voluntas esset, nisi esset in nostra potestate.» S. Thomas autem, qui Augustini sensum omnibus perspectum magis agnitumque habuit, scribit (8): «libertas secundum Augustinum opponitur necessitati coactionis, non autem naturalis inclinationis.»

Secundo: ipse Angelicus Doctor docet (9): «quod naturalis necessitas secundum quam voluntas aliquid ex necessitate velle dicitur, vt felicitatem, libertati voluntatis non repugnat.» Et in Sententiaris (10): «liberum arbitrium Christi, docet, etiamsi detur minaturum ad vnum numero, sicut ad diligendum Deum, quod non

Tom. III.

V

» fa-

(3) Lib. i. Oper. Imperf.

(4) De Nat. et Grat. cap. 46.

(5) Lib. v. Oper. Imperf.

(6) Enchirid. cap. 105.

(7) Lib. iii. de lib. arb. cap. 1.

(8) Quaest. xxii. de Verit. art. 1.

(9) In III. Dist. 8. art. 2.

(10) Quaest. x. de Potent. art. 2.

facere non potest, tamen in hoc non amisisse libertatem, aut rationem laudis, siue meriti, quia in illud non coacte, sed sponte terendit, et ita fuit actus sui dominus. Etiam Scotus hoc tenet, docens, actum visionis beatificae in Christo meritorium fuisse, et voluntatem semper habere modum sibi proprium caussandi libere, a naturali operatione distinctum. Docent id ipsum Scholae Doctores, liberum arbitrium describentes per solam libertatem a coactione, quorum loca obuia cuique sunt.

Tertio: confirmant idem exempla. In Deo enim veram esse libertatem, qui negaret, impius illi illico haberetur. Ille vero se ipsum amat necessario; atque Pater, et Filius naturaliter sunt vnum Spiritus Sancti principium. Christus deinde nobis redemptionem promeruit, etiamsi peccare non posset. Nos quoque libere felicitatem amamus, quam odio habere non valeamus.

Quarto: suffragatur his omnibus ratio. Libertas etenim proprietatis rationalium est, ac mentis perceptionem comitatur: erit igitur perfectior libertas, quo perfectior cognitio erit: at perfectiorem eam cognitionem esse, quae immutabilis est, quaeque ab errore libera, exploratum omnibus, certissimumque est. Deinde: vtramque libertatem, et indifferentiam, et a coactione, verae libertatis participare naturam, id suadet, quod Theologorum nullus earum mentionem facit tamquam duorum, in quae diuiditur nomen hoc *libertas*.

Igitur siue Patrum auctoritas consularur, siue Theologorum sententiae, siue demum exempla ipsa, ac ratio, euincitur, sat esse, vt opus sit perfecte liberum, ac cum merito patratum, vt libera a coactione voluntas nostra sit. Haec Caluistae cum Lutheranis obliuiscunt.

Iraque ad primum respondemus: hoc tantum ex facta Scripturarum collatione demonstrari, quod vltro nos facemur, ac credimus nempe, prima operum honorum principia ei tribuenda esse, a quo est omne datum optimum; Deumque nos praemuere ad opera huiusmodi exercenda: nec tamen disiungenda penitus ab illis nostrae libertatis cooperatio. Audiatur Augustinus dicens (11): „ideo enim haec et nobis praecipuntur, et dona Dei esse monstrantur, vt intelligatur, quod et nos eadem faciamus, et Deus facit, vt illa faciamus; sicut per Prophetam Ezechielem apertissime dicitur, ego faciam vt faciatis. Locum ipsum Scripturae fratres carissimi attendite, di-

(11) De Praed. Ss. cap. 21. Ezechielis verba exponens.

„dite, et videbitis illa Deum promittere se facturum, vt faciant, quae iubet vt fiant.“ Et haec est omnium Scripturae locorum intelligentia. Vnde concludendum, liberum hominis arbitrium a Deo motum bona opera efficere, licet a Deo eorum operum sit principium.

Secundum argumentum sane ineptissimum est. Sunt enim creaturae omnes Supremi Opificis instrumenta, ab eoque omnes mouentur: quemam vero lege? Hac scilicet: si determinatae illae sunt, determinate mouentur; si autem liberae, libere mouentur. Hinc Leo Magnus dicit (12): „lapides rationabiles sumus, et viua materies: sic nos Auctoris nostri extruxit manus, vt cum Opifice suo etiam ei, qui reparatur, operetur.“

Tertium, potius quam argumentum, insana cauillatio Lutheri est. Nam conditio illa *si volueris* non ad praecceptum, sed ad mercedem spectat. Quin, praeter innumera alia loca Scripturarum, absolute liberi nostri arbitrii adseritur potestas in ipso Ecclesiastici loco, vbi dicitur: „reliquit in manu consilii sui, et apposuit ignem, et aquam.“ Quemadmodum ergo insanire dicendus foret, qui diceret surdo: narrabo tibi lepidam historiam, si volueris audire; ita et insanire Lutherus, sic arguens, dicendus est. Iraque propositiones hae conditionatae ex duabus integrantur, quarum postrema habet a priori vel necessitatem, vel contingentiam. Ita dum dicimus: „si homo est, rationalis est,“ necessariam proferimus enunciationem: dum vero dicimus: „si auis fuerit, volabo,“ rem impossibilem pronunciamus. Quum ergo impossibile omnimode sit diabolum Deum esse; ideo hac propositione: „si Diabolus erit Deus, adorabitur“ res impossibilis enunciat: quoniam vero possibile est nos velle praeccepta seruare, propterea hac propositione: „si volueris, seruabis“ praeccepta, res possibilis affirmatur.

Ad quartum dicimus: peccatores seruos, atque captiuos dici, non quod Diaboli voluntate in malum indeclinabili necessitate compellantur, sed quoniam Dei mandata pessundantes conrindo, vel frequentissime, prauis suggestionibus adsentiantur: nec insuper respiciunt, nisi Deus eisdem gratiam conferat, quam dura corda non respuunt. Et hoc sensu intelligenda sunt ea Pauli n. ad Thimoth. verba „ad voluntatem ipsius,“ scilicet huiusmodi peccatores poenitentiam acturos, si Deus efficacem gratiam illis voluerit elargiri. Quae sane intelligentia ex ipso Apostoli scopo deducitur.

(12) Serm. v. in Quadrag.

Quantum ut solvatur, sic Augustini mentem interpretamur. Docet ille, primi parentis peccato perisse libertatem a peccato, et a miseria; seu robustam illam potestatem habendi plenam cum immortalitate iustitiam, et originariam arbitrii perfectionem, nulla carnis aduersus spiritum pugna labefacturam. At non docuit vniquam ille, Adamo peccante deperditam libertatem ab antecedenti necessitate, et naturalem voluntatis facultatem agendi, vel non agendi, qua potest se ipsa mala quaelibet deliberate patrare, et per gratiae adiutorium etiam bona, sua inquam electione, ac deliberatione, proindeque potestate, domino, atque plenissima libertate. Et hanc esse Augustini mentem, praeter alia plurima, haec, quae contra Pelagianos scribit, euidenter demonstrant. „Quis autem nostrum, inquit, dicat, quod „primi hominis peccato perierit liberum arbitrium de huiusmano gene- „re? Libertas quidem perit per peccatum, sed illa quae in Para- „diso fuit, habendi plenam cum immortalitate iustitiam, propter quod „natura humana diuina indiget gratia, dicente Domino, si vos filius „liberauerit, tunc vere liberi eritis: vnique liberi ad bene, iuste- „que viuendum. „ Habet similia passim.

Sexti haec solatio esto: valet et in hoc infirmitatis statu tradi- ta ab Augustino peccati definitio, cum duplici hac exceptione: quod nempe non comprehendatur in ea peccatum originale, a quo liberum non est abstinere his, qui origine ex Adamo descendunt; et quod in peccatis actualibus non est libertas illa sana, qua primus hominum cecidit. Ita exponendam Augustini mentem esse liquet ex his quae ipse scripsit (13): „multa quippe sunt, ait, quae agunt „homines mala, a quibus liberum est abstinere, sed nulli tam libe- „rum est, quam illi fuit, qui Deo suo, a quo erat conditus rectus, „nullo prorsus vitio deprauatus, adstabat.“

Nec obsunt huic responsioni alia Augustini loca ab aduersariis obiecta. Primum enim Augustini responsio est Iuliano obicienti nul- lum dari peccatum originale, quam illud paruuli vitare non possint suamet libertate. Ait ergo necessariam quidem libertatem esse ad pec- cata actualia; ad originale autem satis esse, quod liberum esset originaliter, hoc est, primi hominis voluntate, in quo omnes prae- continebantur. Consultatur Augustinus ipse lib. 1. contra Iulianum (14).

Secundum, quod adducitur, quamfacile soluitur varia peccati ac- ceptione praemissa. Nam accipitur quandoque illud pro macula, quae

(13) Lib. 1. Oper. Imperf.

(14) Num. 47.

animam foedat, qualiter Matth. vi. debitum appellatur; quandoque etiam pro peccati poena ut Gen. xix. et Psalm. vii; nonnumquam pro vitio et mala habitudine ad peccandum; iuxta illud Pauli ad Rom. vii. „nunc autem iam non ego operor illud, sed quod habitat in me; „peccatum.“ Demum accipitur peccatum pro sacrificiis et oblatio- nibus, quo sensu dicitur in Osee cap. iv. „peccata populi mei co- „medent.“ Ergo Augustinus vbi de peccato originis disputat, af- firmat peccatum vere, et proprie esse, quamuis necessitate quadam trahatur, quoniam ad peccatum huiusmodi, quod simul poena pec- cati est, sat est liberum fuisse Adamo, a cuius voluntate descen- dit. Loquens vero de ignorantia, et peruersa cupiditate, quae nobis necessariae sunt, et in regeneratis manent, peccata esse dicit, quia et peccati poena sunt, et ad peccatum inclinant; et hoc sensu peccatum, quod nobis liberum non est, appellat Augustinus vim mali, quod originaliter trahitur. Comparet autem ad peccata, in quae libere prolabimur, cogit nos cupiditas, ut Augustinus ait (15), non quidem proprie, sed moraliter, quatenus ob vehementiam prauae in- clinationis facile arbitrium succumbit, nisi gratia succurrat; ac etiam quatenus ob inseminatam concupiscentiam nequit peccata omnia absque gratia speciali vitare; quamuis nulla in peccati admissio- ne necessitate comprimatur. At quando iustitia ignoratur, peccatum vitae voluntarium est, si possit, debeatque dispelli ignorantia; sed si omnino illa inuincibilis est, nullum aderit peccatum, nisi, ut di- ci consuevit, materiale. Hanc esse Augustini sententiam ipsius dicta restantur. Paucula damus. „Non tibi, ait, deputatur ad culpam, „quod iunius ignoras, sed quod negligis quaerere, quod ignoras.“ (16) „Ad agonem, inquit, interim manet, non sibi ad illicita con- „sentientibus nihil omnino nocitura.“ (17) Et: „ipsa desideria vi- „tiosa, quibus si non consentitur, nullus peccati reatus contrahi- „tur.“ (18) Item: „quid enim peccatum operatur nolentibus ho- „mibus, nisi sola illicite desideria? Quibus si voluntatis non adhibe- „tur assensus, mouetur quidem nonnullus affectus, sed nullus ei „relaxatur effectus.“ (19) Non est ergo iuxta Augustinum, pecca- tum illud, cui reatus, et poenitentia coniunguntur, quicquid mali igno- rantia inuincibili facimus; licet peccatum tale sit, quod est naturae vi-

(15) Lib. 1. Retract. cap. 19.

(18) De Peccat. Orig. cap. 4.

(16) Lib. III. de lib. arb. cap. 19.

(19) Enactat. 3. in Psalm. 118.

(17) Lib. 1. de Peccat. mer. cap. 4.

vitium, peccati poena, et peccatorum incitamentum. Et hac doctrina reliqua expediuntur.

Septimo hoc pacto occurrimus: dicimus, voluntatem diuerso motu ferri in suum finem, diuerso et in media; in illum quidem naturali instinctu, et cum libertate a coactione, quam Augustinus libertatem immutabilis voluntatis appellat (20): in media vero dominio, electione, et libertate indifferentiae, quae ab eodem Augustino liber ad faciendum, et ad non faciendum animi motus dicitur (21). Dicimus praeterea duplex virtutis genus esse distinguendum; nempe, vnum, quod versatur immediate circa beatitudinem, quam nemo odisse potest; alterum, quod in mediis ordinata electione sistit ad ipsam beatitudinem consequendam. Hinc ad primum respondemus, Augustinum de natura et gratia loquentem id euertere, quod Pelagius contexebat, scilicet priuari deliberatione quidquid naturali necessitate constringitur. Quod falsum demonstrat hoc duplici exemplo: nos, inquit, beati esse nolle non possumus, et tamen pertinet ad voluntatem nostram, quod volumus esse beati, id est, liberi sumus a coactione in beatitudine apperenda, et liberi a necessitate in seligendis mediis ad beatitudinem conducentibus. Similiter, Deus non potest velle peccare, et nihilominus pertinet ad illius voluntatem habere iustitiam, qua ipse iustus est, et liber a coactione est iustitiam amando, et quoque liber a necessitate largiendo, aut subtrahendo gratiam, qua nos iustos facit. Hinc sine potentia deflectendi ab vltimo fine libera mediis electio consistit; neque ad libertatis essentiam pertinet posse peccare.

Adhaerere autem in Patria Deo immutabiliter per charitatem, laus quidem est, sed non meritum. Ipsa etiam finis assequutio virtutis dicitur, quoniam in mediis electione, dum in finem vltimum ordinantur, virtutis splendor elucet. Insuper virtutem, cuius ope finem assequimur, libertate flexibili adquiri his verbis Augustinus docet (22): »non ergo alter esset virtus in nobis, nisi voluntatem malam sic non haberemus, vt habere possemus: sed pro huius minoris virtutis merito accedere nobis debuit virtus maior in praemio, vt malam voluntatem sic non haberemus, vt nec habere possemus.«

Ad octauum respondemus lepidissimis his Augustini verbis (23):

(20) Lib. vi. Oper. Imperf. cap. 12. (21) Lib. 2. de Nupt. et Concup.
(21) Lib. 1. Retract. cap. 15. cap. 3.
(22) Lib. v. Oper. Imperf.

»liberum itaque in hominibus esse arbitrium vtrique dicimus; non hinc estis Coelestiani, et Pelagiani: liberum autem quemquam esse ad agendum bonum sine adiutorio Dei, et non erui paruulos a potestate tenebrarum, et sic transferri in regnum Dei, hoc vos dicitis; hinc estis Coelestiani, et Pelagiani. Quid obtendis ad fallendum communis dogmatis tegmen, vt operas proprium crimen, vnde vobis inditum est nomen, atque vt nefario vocabulo terreas imperitos?« Eandem itaque libertatis notionem licet Pelagiani cum Augustino admitterint, contenderunt tamen liberum vnumquemque esse sine gratiae adiutorio ad bonum agendum; in quo ab Augustino refelluntur.

Nonum argumentum ex multis integratur: hinc ordine soluendum. Itaque ad primum Augustini testimonium responderetur, voluntatem sic acceptam, vt a natura contradistinguitur, nunquam nisi liberrime velle; at vt natura est, seu vt naturali instinctu in finem vltimum fertur, velle necessario. Et quidem, si quod alicui voluntarium est, sub illius dominio, ac potestate foret, non diceret Augustinus (24): »quum potestas datur, non necessitas imponitur.« non scriberet S. Thomas (25): »electionem non esse de fine, sed de his quae sunt ad finem; vnde appetitus vltimi finis non est de his, quorum domini sumus:« non damnasset Ecclesia xxvii. B. propositionem, nempe: »homo peccat, etiam damnabiliter, in eo quod necessario facit.« Licet ergo necessitate beatitudinem appetamus, quoniam naturali instinctu non possumus nolle esse beatis nihilominus eligimus cum iudicii indifferentia hoc, vel illud medium ad Beatitudinem assequendam. Atque haec voluntatis libertas, vt ad finem vltimum fertur, violentiae dumtaxat opponitur; sed arbitrii libertas, quae est circa mediis electionem, etiam necessitati contrariatur. Explicantur hoc pacto cetera Augustini dicta ab aduersariis obiecta.

Ad reliquos autem Patres intelligendos, exponendosque dicendum: quod dum libertatem illi per spontaneitatem describunt, vel inadaequatam libertatis definitionem tradunt; vel coactionem nedum pro violentia, quam a caussis extrinsecis interdum patimur, accipiunt; sed etiam pro necessitate, cui voluntas subiecti potest inretrius; vel tandem nobis voluntatem delineant, quatenus instinctu naturalis ad vltimum finem fertur, non vt pro suo arbitratu media ad fi-

(24) Lib. 1. Retract. cap. 12. (25) Prima Parte, quest. 82. art. 1.

finem assequendum eligit. Hac responsione generali quaecumque ab aduersariis oblicuntur, soluta sunt.

At quod ad S. Thomam attinet, miramur adeo confidenter eius grauissimam auctoritatem pro sententia nobis contradicente usurpari. Quid enim ille docuit? Scilicet Christum reapse promeruisse, quoniam operatus est non coacte, sed sponte (26)? Fatemur equidem. Sed ipse sese exposuit scribens (27): «dicendum quod liberum arbitrium Christi non erat determinatum ad vnum secundum numerum, sed ad vnum secundum genus; scilicet ad bonum, quia ad malum non potest.» Ergo sensus verborum S. Thomae est, quod tamen si Christus non poterat peccare, et a fine ultimo, in quem sola libertate spontaneitatis ferebatur, defectere, promeruit tamen, quoniam libertas exercitii absque specificationis libertate stat, ac cum determinatione finis stat deliberatio, et electio erga media.

Verum consulendus Arg. Doctor, legendaque eius verba in Summa Theologica, ubi omnem ambiguitatem, sinistramque de suo sensu intelligentiam tollit (28).

Hinc corruunt exempla omnia in argumentum ducta. Siquidem Deus se ipsum diligendo; Pater item et Filius Spiritum diuinum spirando; Beati quoque summo bono adhaerentes; homo tandem Beatitudinem amando, nullam patiuntur necessitatem, et liberi sunt naturae libertate, qua voluntas in finem fertur; non electionis libertate, qua media respicit: haec vero libertas, non illa, liberi arbitrii essentiam constituit.

Qua insuper doctrina rationibus vltimo loco positis occurrimus. Ad primam autem dicimus: libertatis diuisionem in libertatem a actione, et libertatem indifferentiae non esse diuisionem libertatis arbitrii, sed voluntatis, ut fertur in finem sibi debitum absque vlla violentia, et ut media ad illum sine necessitate conducentia eligit. Arbitrium autem libertatem suam in mediorem electione excreet trahitur etenim in finem naturae instinctu; qui quidem liber dicitur, quatenus inuitus non est, sed a voluntate exoritur.

Secundae rationis solutio est: ratio voluntatem antecedit, quoniam ut habet commune proloquium, nihil est volitum, quin praecognitum; vnde libertas rationabilium proprietas est. Itaque quemadmodum voluntas naturaliter trahitur in summum bonum, si in-

(26) Lib. 3. Sent. Dist. 18.

(27) Ibidem ad 5.

(28) Tertia Parte, quaest. 18. art. 7. in corpore.

uitiae illud videatur, in reliqua vero bona trahitur indifferenter: ita intellectus apprehendere nequit in bono illo summo, et per lumen gloriae proposito aliquam mali speciem, quae in ceteris quibuscumque bonis potest deprehendi. Hinc ratio accepta vniuersaliter inferi motum animi voluntarium, non liberum: ut enim liber sit debet a ratione iudicium indifferens prodire. Igitur cum notitia perfectiore stat perfectior libertas, quatenus ex mediis indifferentibus eliguntur absque erroris periculo, quae ab ordine finis non deflectunt. Ast verbosi nimis in his soluendis fuimus; non tamen volentes, sed ipsa rerum natura cogente.

LIBER VI.

Diuinae gratiae effectus considerat.

CAPVT I.

Praecipuum gratiae effectum, videlicet sanctitatis ornatum, designat, atque tuetur.

Gratia sancrificans, seu habitualis. donum est animae intrinsicum, et ex speciali Dei dilectione descendens.

Docent nos hanc veritatem Scripturae. Dicitur enim i. Ioann. iii. «omnis qui natus est ex Deo, peccatum non facit, quoniam semen ipsius in eo manet, et non potest peccare, quoniam ex Deo natus est.» Et Apostolus ad Eph. iv. dicit: «renouamini autem spiritu mentis vestrae, et induite nouum hominem, qui secundum Deum creatus est in iustitia, et sanctitate veritatis.» Super quae verba Augustinus scribit (1): «quomodo renouari dicimur, si non hoc accipimus, quod perdidit primus homo? Hoc plane recipimus secundum quandam modum, non immortalitatem corporis recipimus, quam non habuit homo; sed accipimus iustitiam, ex qua per peccatum lapsus est homo.» Idem Apostolus ad Rom. v. habet: «sicut per inobedientiam vnus hominis peccatores constituti sunt multi; ita et per vnus obedientiam iusti constituuntur multi.

Tom. III.

X

(1) Lib. vi. de Gen. ad lit. cap. 22.

finem assequendum eligit. Hac responsione generali quaecumque ab aduersariis oblicuntur, soluta sunt.

At quod ad S. Thomam attinet, miramur adeo confidenter eius grauissimam auctoritatem pro sententia nobis contradicente usurpari. Quid enim ille docuit? Scilicet Christum reapse promeruisse, quoniam operatus est non coacte, sed sponte (26)? Fatemur equidem. Sed ipse sese exposuit scribens (27): «dicendum quod liberum arbitrium Christi non erat determinatum ad vnum secundum numerum, sed ad vnum secundum genus; scilicet ad bonum, quia ad malum non potest.» Ergo sensus verborum S. Thomae est, quod tamen si Christus non poterat peccare, et a fine ultimo, in quem sola libertate spontaneitatis ferebatur, defectere, promeruit tamen, quoniam libertas exercitii absque specificationis libertate stat, ac cum determinatione finis stat deliberatio, et electio erga media.

Verum consulendus Arg. Doctor, legendaque eius verba in Summa Theologica, ubi omnem ambiguitatem, sinistramque de suo sensu intelligentiam tollit (28).

Hinc corruunt exempla omnia in argumentum ducta. Siquidem Deus se ipsum diligendo; Pater item et Filius Spiritum diuinum spirando; Beati quoque summo bono adhaerentes; homo tandem Beatitudinem amando, nullam patiuntur necessitatem, et liberi sunt naturae libertate, qua voluntas in finem fertur; non electionis libertate, qua media respicit: haec vero libertas, non illa, liberi arbitrii essentiam constituit.

Qua insuper doctrina rationibus vltimo loco positis occurrimus. Ad primam autem dicimus: libertatis diuisionem in libertatem a actione, et libertatem indifferentiae non esse diuisionem libertatis arbitrii, sed voluntatis, ut fertur in finem sibi debitum absque vlla violentia, et ut media ad illum sine necessitate conducentia eligit. Arbitrium autem libertatem suam in mediorem electione exerceat trahitur etenim in finem naturae instinctu; qui quidem liber dicitur, quatenus inuitus non est, sed a voluntate exoritur.

Secundae rationis solutio est: ratio voluntatem antecedit, quoniam ut habet commune proloquium, nihil est volitum, quin praecognitum; vnde libertas rationabilium proprietas est. Itaque quemadmodum voluntas naturaliter trahitur in summum bonum, si in-

(26) Lib. 3. Sent. Dist. 18.

(27) Ibidem ad 5.

(28) Tertia Parte, quaest. 18. art. 7. in corpore.

uitiae illud videatur, in reliqua vero bona trahitur indifferenter: ita intellectus apprehendere nequit in bono illo summo, et per lumen gloriae proposito aliquam mali speciem, quae in ceteris quibuscumque bonis potest deprehendi. Hinc ratio accepta vniuersaliter inferi motum animi voluntarium, non liberum: ut enim liber sit debet a ratione iudicium indifferens prodire. Igitur cum notitia perfectiore stat perfectior libertas, quatenus ex mediis indifferentibus eliguntur absque erroris periculo, quae ab ordine finis non deflectunt. Ast verbosi nimis in his soluendis fuimus; non tamen volentes, sed ipsa rerum natura cogente.

LIBER VI.

Diuinae gratiae effectus considerat.

CAPVT I.

Praecipuum gratiae effectum, videlicet sanctitatis ornatum, designat, atque tuetur.

Gratia sancrificans, seu habitualis. donum est animae intrinsicum, et ex speciali Dei dilectione descendens.

Docent nos hanc veritatem Scripturae. Dicitur enim i. Ioann. iii. «omnis qui natus est ex Deo, peccatum non facit, quoniam semen ipsius in eo manet, et non potest peccare, quoniam ex Deo natus est.» Et Apostolus ad Eph. iv. dicit: «renouamini autem spiritu mentis vestrae, et induite nouum hominem, qui secundum Deum creatus est in iustitia, et sanctitate veritatis.» Super quae verba Augustinus scribit (1): «quomodo renouari dicimur, si non hoc accipimus, quod perdidit primus homo? Hoc plane recipimus secundum quandam modum, non immortalitatem corporis recipimus, quam non habuit homo; sed accipimus iustitiam, ex qua per peccatum lapsus est homo.» Idem Apostolus ad Rom. v. habet: «sicut per inobedientiam vnus hominis peccatores constituti sunt multi; ita et per vnus obedientiam iusti constituuntur multi.

Tom. III.

X

(1) Lib. vi. de Gen. ad lit. cap. 22.

»ti... Vbi autem abundauit delictum, superabundauit gratia. «
Ex quibus Scripturarum locis firmissima haec aduersum haereticos
exurgit argumentatio. Etenim iuxta ipsorum haereticorum sensum et
primus homo iustus fuit, iustitia sibi intrinseca, et non sibi impu-
tata; et homines peccatores constituti sunt non per externam Ada-
mi iniustitiam, aut eiusdem imputationem, sed per peccatum ab
eo originaliter in omnes deriuatum, ac unicuique proprium, et in-
trinsecum: ergo si per gratiam renouati illam accipimus iustitiam,
in qua creatus fuit, et a qua lapsus homo est, iustitiam nobis in-
trinsecam accipimus, atque iusti proinde constituimur, non per so-
lam extrinsecam Christi iustitiam, eiusque imputationem.

Scripturis subscribunt Patres. Augustinus prae omnibus audiatur,
vbi ad verba illa Pauli ad Rom. iii. »iustitia Dei manifestata est «
ecc. ait (2): »non dixit iusticia hominis, vel iustitia propriae vo-
luntatis, sed iusticia Dei; non qua Deus iustus est, sed qua in-
dixit hominem, quam iustificat impium. « Et paulo post, allatis
etiam Pauli verbis: »iustitia autem Dei per fidem Iesu Christi, «
subiungit: »sicut autem ista fides Christi dicta est, non qua cre-
dit Christus; sic et illa iustitia Dei, non qua iustus est Deus.
»Virumque enim nostrum est; sed ideo Dei, et Christi dicitur,
»quod eius nobis largitate donatur. «

Quae quidem Augustini testimonia (mittimus alia) aperte adeo
haereticorum errorem oppugnant, vt Caluinus ipse ita effutiat (3):
»nec Augustini quidem sententia, vel saltem loquendi ratio per om-
nia recipienda est; tamen enim hominem omni iustitiae laude spo-
liet, ac totum Dei gratiae transcribat; gratiam tamen ad saluti-
ficandum refert, qua in vitae nouitatem per spiritum regeneramur. «
Sic ipse sese damnat.

Accessit tandem Scripturae ac Patrum testimoniis Concilii Tri-
dentini decretum his verbis expressum (4): »si quis dixerit homi-
nes iustificari, vel sola imputatione iustitiae Christi, vel sola re-
missione peccatorum, exclusa gratia et charitate, quae in cordibus
eorum per Spiritum Sanctum diffundatur, atque illis inhaereat; aut
etiam gratiam, qua iustificamur, esse tantum fauorem Dei, ana-
thema sit. «

Atque auctoritati ratio quoque suffragatur. Hanc ex S. Thoma
sa-

(1) Lib. de Spirit. et litt. cap. 2.
(2) Lib. iii. Inst. cap. 11.

(4) Sess. vi. Can. 21.

sumimus (5): »per iustificantem gratiam homo fit obiectum, con-
gruum illud quidem, diuinae dilectionis supernaturalis: poni igitur
quid in homine intrinsecum debet, quo bonus sit in eo ordine, Deo
gratus, et a Deo amabilis. Haec enim est differentia inter gratiam
Dei, et gratiam hominis, amorem Dei, et amorem hominis, quod
Dei gratia, et amor facit bonum id, quod amat, et diligendo fa-
cit bonum; hominis vero gratia, et amor supponit bonitatem in eo,
quod amat. Quemadmodum ergo Deus hominem in esse naturae
amando, omnia naturae dona ei largitur, scilicet esse, proprietates, ce-
terasque perfectiones; sic et hominem diligendo, eidemque suam gra-
tiam largiendo in ordine supernaturali, illi in eodem ordine, et es-
se, et omnes tribuit perfectiones. « Est, (inquit S. Thomas) diffe-
rentia attendenda circa gratiam Dei, et gratiam hominis. Quia
»enim bonum creaturae prouenit ex voluntate diuina, ideo ex di-
lectione Dei, qua vult creaturae bonum, profuit aliquid bonum
»in creatura. Voluntas autem hominis mouetur ex bono praexi-
»stente in rebus; et inde est, quod dilectio hominis non causat
»totaliter rei bonitatem; sed praesupponit vel in parte, vel in to-
»to. « Atque postquam duplicem in Deo dilectionem distinguit, ge-
neralem vnam, qua diligit omnia, quae sunt, »secundum quam es-
»se naturale rebus creatis largitur: « aliam vero specialem »secun-
»dum quam trahit creaturam rationalem supra conditionem naturae
»ad participationem diuini boni: « concludit: »sic igitur, per hoc
»quod dicitur homo gratiam Dei habere, significatur quiddam su-
»pernaturale in homine a Deo proueniens. «

COROLLARIUM.

Quae autem in huius veritatis probationem duximus momenta,
et habituales gratiam in genere accidentium esse locandam suadent.
Principio siquidem Concilium Tridentinum (6) modum, quo homines
iustificantur, exponens, dicit hoc contingere dum Christi »Sanctis-
»simae Passionis merito per Spiritum Sanctum charitas Dei diffun-
»ditur in cordibus eorum, qui iustificantur, atque ipsis inhaeret. «
Et posthac (7): »anathema dicitur ei, qui dixerit homines iustifica-
»ri vel sola imputatione iustitiae Christi, vel sola remissione pec-
»catorum, exclusa gratia, et charitate, quae per Spiritum Sanctum

X 2

»in

(5) Prima Secundae, quaest. cx.
art. 1.

(6) Sess. vi. cap. 7.
(7) Can. 11.

» in cordibus eorum diffundatur, atque illis inhaereat. « Profecto quidquid alteri inhaerere dicitur, accidens illico censetur.

Præterea: ꝑ quodnam substantiæ genus gratia sanctificans dicitur? Fortassis Dei ipsius substantia nobis intrinsece vnita, vel substantia aliqua creata a Deo animæ infusa? Atqui Theologis omnibus consentientibus Deus nequit intrinsece per modum causæ formæ vniri, quod habet gratia sanctificans ex doctrina Tridentini. Sed et repugnat communi Theologorum sensui substantia quæcumque creata per se subsistens, supernaturalis, quæque radix sit videndi et amandi Deum, vti est in se, cuiusmodi foret gratia tamquam substantia nobis a Deo infusa.

Neque Concilii mentem assequuti sunt, qui sic reponunt: verbum inhaeret, vt a Patribus Tridentinis prolaturum est, id tantum significat, quod erat a Concilio intentum: hoc autem tantum erat definire, gratiam esse donum Dei intrinsecum, minime quod sit accidens: etenim Concilium dixerat alibi (8), de peccato originali edisserens, quod » propagatione, non imitatione transfusum omnibus in- » est cuique proprium. « Quin intenderit decernere originale peccatum accidens esse, sed solum esse vnicuique intrinsecum.

Non inquam hi Concilii mentem plene assequuti sunt. Licet enim fateamur præcipuum Tridentinorum Patrum intentum fuisse definire, inessentialitatem gratiam non esse merum extrinsecum Dei fauorem, sed vere donum animæ intrinsecum; dum tamen ad id statuendum verbum *inhaeret* vsurpauit, sat superque indicauit, vtrumque se statuere voluisse; ne in ambiguo relinqueretur, an donum istiusmodi intrinsecum sit substantia, vel accidens. Quin licet demus liberaliter noluisse Concilium hocce statuere, modo tamen loquendi, menti quoque illorum Patrum id adserere conformis est.

In verbis autem Sessionis quintæ accidentis natura haud valet intelligi, quoniam de peccato originali quod in priuatione originalis iustitiæ consistit, sermo est: vnde quod possibile est, vti accidens nequeunt verba illa significare: gratia vero quid positium est.

CA-

(8) Sess. v.

CAPVT II.

Lutheri error describitur. Eundem sequutum fuisse Caluinum notatur. Argumenta soluantur.

Et isind etiam inter Lutheri implissima dogmata recensendum, Dei videlicet gratiam nihil aliud importare, quam extrinsecum eius fauorem, et beneuolentiam, qua homo dicitur Deo gratus, et ab eo dilectus; atque iustum esse nihil aliud dicere, quam Dei iustitiam, qua in se iustus est, homini imputari. Quod sane excorandum dogma Caluinus, ac quotquot Lutheri-Caluiniani sunt, aptarunt. Ergo quod ad primum erroris caput attinet, quibus haeretici argumentis vtantur videamus.

Ex Scripturis itaque hæc producunt: legimus, inquit, nos non habere iustitiam, sed iustos esse per iustitiam Christi. Dicit enim Paulus ad Philipp. iii. »et inueniar in illo non habens meam iustitiam quæ ex lege est, sed illam quæ ex fide est Christi Iesu: su: quæ ex Deo est iustitia ex fide.« Legimus præterea, quod in Christo efficiunt ipsa iustitia Dei. Scribit siquidem idem Apostolus in ii. ad Corinth. » eum qui non nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit, vt nos efficeremur iustitia Dei in ipso.« Legimus tandem, hominem non iustificari coram Deo, iuxta illud Iob. ix. » vere scio quod ita sit, et quod non iustificetur homo coram Deo.« Et etiam iuxta illud Psalm. cxlii. » non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens.« Legimus similia passim.

Deinde opponunt: iniuria fit Christo, dum præter ipsius gratiam et iustitiam aliam nobis intrinsecam volumus. Datur quoque hominibus superbiendi occasio, dum eis propriam et intrinsecam gratiam attribuimus.

Sed et ratio ipsa contra nostram adseritionem facere videtur. Primum enim, absque communicatione alicuius intrinseci valet stare Dei erga homines amor: reuera siquidem maxima Dei dilectio erga homines est prædestinatio, quin tamen aliquid intrinsecum ponat in prædestinatis; vt S. Thomas docet (1). Secundo: quum bonum quodcumque creatum ex diuino amore, velut a causa procedat, necessario Dei amor erga homines prius intelligendus est, quam sit in homine aliquid intrinsecum bonum creatum.

Quæ

(1) Prima Parte, quæst. xxiii. art. 2.

Quae tamen hoc pacto solvuntur: primi generis testimonia ex Scripturis sumta non in sensu formali accipi patiuntur; ita ut sensus sit, iustitiam Dei et Christi formam esse, qua denominamus iusti; sed in sensu causali, et merito, quatenus Deus in nobis iustitiam causat, quam Christus passione sua nobis promeruit. Sic i. ad Corinth. dicitur: „factus nobis sapientia a Deo, et iustitia, et „sanctificatio, et redemptio.“ Neque enim audebit aliquis dicere Christum esse formaliter sapientiam, qua sapientes sumus, et redemptionem, qua sumus redempti.

Hinc Paulus non dicit, se non habere iustitiam, sed non habere suam ex lege, seu acquisitam propriis operibus legis, sed a Deo habitam per fidem Christi. Atque ut Augustinus scribit hunc locum pertractans (2): „quum dixisset, non habens meam iustitiam, quae „ex lege est, sed eam, quae est per fidem Christi, addidit: quae „ex Deo est. Ipsa est ergo iustitia Dei, quam superbi ignorantes „suam volunt constituere. Non enim propterea iustitia Dei dicitur, „quoniam Deus ea iustus est, sed quia homini ex Deo est. Secun- „dam hanc autem iustitiam Dei, hoc est, quae ex Deo nobis est, „nunc fides operatur per dilectionem.“

Secundi generis testimonia eandem habent intelligentiam. Verum et possunt ita exponi, quod nos iusti efficiamur iustitia Dei in Christo, quoniam per ipsum Deus iustitiam nobis largitur; ideoque iustitia; quae in nobis fit, ab eo est participata, et exemplata. Vnde Augustinus exponens verba Pauli: „ut simus iustitia Dei in ipso:“ ait: „haec est iustitia illa Dei, non qua ipse iustus est, sed qua „nos ab eo facti.“ (3)

Ad testimonia autem tertii generis dicendum: hominem coram Deo non esse iustum, non quia in homine nulla iustitia esse possit, sed quia vel sibi relictus homo iustitiam non habet, sed vnicuique a Deo eam gratis participat; vel quia iustitia, ut in homine, pro hoc statu posita, non est ita pura, ut coram Deo aliqua macula aspersa non sit. Itaque Augustinus dicit (4): „et quod ait, non „iustificabitur, ad illam perfectionem iustitiae retulit, quae in hac „vita non est.“ Vel quod sicut esse cuiusvis creaturae coram Deo est quasi non esse, iuxta illud Isaiae xi. „omnes gentes, quasi „non sint, sic sunt coram eo:“ ita homo, quantumvis iustus, co-

(2) Lib. 1. ad Bonif. cap. 7.

(3) Lib. de Spirit. et litt. cap. 18.

(4) De Perf. Iust. cap. 7.

coram Deo est quasi non iustus. Atque in hoc sensu dixit Christus Matth. xix. „vnus est bonus Deus.“

Quod secundo loco argumentum obliquit, hanc apertam habet solutionem: tantum scilicet abesse, ut ex hoc fiat iniuria Christo, quin potius maior illi gloria fit. Quemadmodum enim perfectior ille est, qui nedum in se perfectionem habet, sed praeterea tantae virtutis est, ut possit illam aliis communicare; ita maior Christi gloria est, si nedum in se habeat iustitiam, sed eam nobis per sua merita communicare valeat. Quum enim Christus iustitiae sit sol, debet solis exemplo non tantum iustitiae lucem in se habere, verum et in alios eam diffundere. Imo nisi hoc dicamus, iniuriam proculdubio Christo erimus: ponemus siquidem minus potentem Christum in beneficiendo, quam Adamum in malefaciendo. Quum reuera Adamus nos intrinsece peccato infecerit, ubi Christus extrinsecus tantum nos determinaret.

Neque insuper ex hoc occasio superbiendi datur, sed nos potius humiliandi: nam iustitia, quae nobis datur, non ex meritis nostris, ut volebant Pelagiani, confertur; sed a Christo vnicuique nobis est promerita, et intuitu illius nobis datur. Sicut igitur nulla superbiendi occasio datur, quando praeter sapientiam, quae est in Christo, interior in nobis fides datur, per quam Christum cognoscimus; interior charitas, qua Deum diligimus; ita et in praesenti.

Ad primam argumentationem e ratione petitam haec respondeamus: praedestinationem accipi debere, et ut est dilectio ab aeterno praecoordinata; qua acceptione, ut docet S. Thomas, est pars diuinae prouidentiae, quae non in rebus prouisus, sed in prouisore manet: et ut est dilectio exequutiua eiusmodi praecoordinationis in tempore; qua acceptione ponit in praedestinato vocationem ad fidem, ad gratiam, auxilia sufficientia, efficacia, et gratiam ipsam sanctificantem. Hinc adductum argumentum pro nobis stat, et in obliquitates retorquetur. Ex quo enim praedestinatio amorem diuinum efficacem includat, esto pro tunc aeternitatis nihil in praedestinato ponat, ponit tamen plura bona intrinseca pro tempore quo ordinavit: amor Dei erga hominem, ex quo efficax est, debet illum exequutiue amando quid intrinsecum in eo ponere. Itaque sub Scholae forma distinguenda venit maior probationis propositio hoc pacto: praedestinatio est maxima dilectio praecoordinata, esto: exequutiua nego. Nihil ponit in praedestinato pro nunc aeternitatis concedo; pro nunc temporis nego. Ad

Ad secundam dicatur: quod sicut intellectio potest considerari vt dictio, et sic prior est verbo, quod dicit, et vt contemplatio, et ita posterior est verbo a se dicto; sic et amor Dei accipi valet vt effectiuus, qualiter prius est gratia, quam producit, et vt affectiuus, et sic posterior est gratia a se producta. Et ita Deus in homine gratia a se ornato complacet, cum diligendo. Hinc S. Thomas docet (5); Deum prius diligere, seu velle, et causare bonum quam eligere; aliter ac nos, qui quum non causamus bonum diligendo, sed ex praeeistente bono ad diligendum inuiremur; prius eligimus, quam diligamus; Deus vero prius diligendo facit bonos, postea eos eligit.

Aliam responsionem Scholae nostrae Doctores tradere consueuerunt his terminis expressam: diuinum nempe amorem esse omni dono creato gratiae priorem, non quidem prioritate *in quo*, seu intelligentiae, quasi aliquid signum detur in quo sit, vel intelligatur Dei erga hominem amor, et non sit, aut non intelligatur in homine donum gratiae; sed sola prioritate *a quo*, et originis; quatenus licet in eodem signo, in quo est, et intelligitur amor Dei, sit quoque et intelligatur in homine gratiae donum; amor tamen Dei intelligitur vt originans, et donum gratiae vt ab eo originatum.

COROLLARIVM.

Ex dictis autem consequitur, Deum hominem impium iustificantem vere illi peccata remittere, quod est alterum fidei catholicae caput. Si enim impio dum diuina gratia iustificatur, reuera infunditur charitas ipsum Deo gratum reddens, eique sanctitas inhaereat intrinsecus; profecto non regitur peccati nequitia hoc tantum sensu, quod imputatione iustitiae Christi non censeatur ad poenam; ac veluti Iacobus pelle hoedina contactus, peccator iniquus permanens, et indutus veste agni, qui tollit peccata mundi, diuinam benedictionem, aeternamque hereditatem accipiat; sed reapse iustus redditur, sanctus, atque interiori pulchritudine, animique decore exornatus.

Facit vero in hac re potissimum Scripturarum auctoritas. Dicit siquidem Dauid Psal. l. Deum precans: »dele iniquitate meam: »cor mundum crea in me Deus.« Et per Ezechielem Dominus spiritum sanctificationis promittens cap. xxxvi. ait: »mundamini ab omnibus inquinamentis vestris.« Quae sane loca, si in proprio, ob-

(5) Prima Parte, quaest. xxxiii. art. 1.

uioque sensu accipiantur (accipi autem debent quum nulla sequatur repugnantia) veram animi munditiam, inuolutionem, recititudinem, ac pulchritudinem significant.

Accedit, quod nisi dicamus remitti vere iustificatis peccati maculam, grauissima inde consequuntur absurda cum Sacris litteris pugnantia. Etenim sequitur, Ecclesiam Sanctorum, ad quam pertinent iusti perseuerantes in gratia, rugam et maculam habere; atque in coelesti Hierusalem aliquos coinquinos habitare; neque mundos corde dumtaxat, sed immundos etiam, foedosque diuinae lucis splendore frui. Sequitur, Deum non iudicaturum esse homines secundum veritatem, neque secundum opera retribaturum esse mercedem singulis; quum illos quorum anima iuxta haereticos immunda, et inquinata est, et quorum opera peruersa sunt, sit iudex vniuersorum laudibus cumulaturus. Sequitur, iustum comparandum esse in sententia haereticorum sepulchris dealbaris, in quibus latent foetida cadauera; atque propterea iustitiam quam maximopere iactant Calviniani, illam esse, quam in Pharisaeis Dominus execrabatur.

Neque obsunt his loca illa Scripturarum, vbi regi peccata dicuntur; vt in Psalm. xxxi: reguntur etenim vt deleantur, quemadmodum cooperiuntur cicatrices cataplasma: nam contexta simul dicuntur peccata, et iniquitates remissae: vel vt Augustinus docet, ideo regi peccata dicuntur, quoniam Deus non amplius illa intuetur, vt puniat (6). Cetera autem loca, quae adduci possent, vel obuia cuique sunt, vel ex dictis solara.

CAPVT III.

Quomodo adulti ad iustificationem disponantur. Sensus Apostoli, hominem gratis et per fidem iustificari affirmantis, datur.

Homo adultus per motus liberi arbitrii diuina gratia excitati sese ad iustificationem disponit.

Nec contrarium verbis suis Paulus docuit.

Prima propositio fidei dogma est a Concilio Tridentino definitum Tom. III.

Y

(6) Enarrat. ii. in eundem Psalm.

his verbis (1): «si quis dixerit, liberum hominis arbitrium a Deo
 »morum, vt excitatum, nihil cooperari, assentiendo Deo excitan-
 »ti, atque vocanti, quo ad obtinendam iustificationis gratiam se
 »disponat, ac praeparet, nec posse dissentire, si velit: sed velut
 »inanimè quoddam nihil agere, mereque passivè se habere, ana-
 »thema sit. Item (2): «si quis dixerit, opera omnia, quae ante
 »iustificationem fiunt, quaecumque ratione facta sint, vere esse pec-
 »cata, vel odium Dei mereri: aut quanto vehementius quis niti-
 »tur se disponere ad gratiam, tanto cum gravius peccare: anathe-
 »ma sit. Tandem (3): «si quis dixerit, sola fide impium iustifica-
 »ri: ita vt intelligat, nihil aliud requirit quod ad iustificationis gra-
 »tiam consequendam cooperetur: et nulla ex parte necesse esse cum
 »suae voluntatis motu praeparari, atque disponi: anathema sit.»

Hoc dogma Scripturae restantur. Dicitur enim Ioëlis II. «conuer-
 »timini ad me in toto corde vestro.» Zachariae I. «conuertimini
 »ad me . . . et conuertar ad vos, dicit Dominus.» At conuersio
 istiusmodi absque motu liberi arbitrii fieri nequit: neque motus iste
 sine Dei gratia praeueniens: vnde Tridentinum duo haec con-
 iungens (4), vbi de necessitate praeparationis ad gratiam agit, ait:
 »in Sacris literis quum dicitur, conuertimini ad me, et ego con-
 »uertar ad vos, libertatis nostrae admonemur: quum respondemus
 »conuertere nos Domine, et conuertemur, Dei nos gratia praeueni-
 »ri confitemur.»

Docuit id ipsam Augustinus passim: maxime vero (5) vbi ex-
 ponens illa verba: «quorquor spiritu Dei aguntur, ii sunt filii Dei,»
 ait: «dicit mihi aliquis: ergo agimur, et non agimus, imò et a-
 »gis, et ageris: et tunc bene agis, si a bono ageris: spiritus enim
 »Dei, qui te agit, agenti adiutor est tibi. Ipsum nomen adiutoris
 »praescribit tibi, quia et tu ipse aliquid agis. Agnosce quid pos-
 »cas, agnosce quid confitearis, quando dicis, adiutor meus esto,
 »ne derelinquas me. Adiutor eum vtrique inuocas Deum, nemo ad-
 »iuuatur si ab illo nihil agitur.»

Accedit his omnibus ratio, quam nobis S. Thomas exhibet (6):
 impii iustificatio non aliter fit quam Deo hominem ad iustitiam mo-
 uente: ipse enim est qui impium iustificat, vt dicitur Rom. III.
 Sed

(1) Sess. VI. Cap. 17.

(2) Caus. VII.

(3) Caus. II.

(4) Sess. VI. cap. 5.

(5) Serm. de Verb. Apost. modo 116.

(6) Prima Secundae, quæst. 103.
art. 3.

Sed Deus mouet omnia secundum vniuscuiusque modum: sicut in
 naturalibus videmus, quod aliter mouentur ab ipso gratia, aliter le-
 tiua, propter diuersam vtriusque naturam: et homo habet secundum
 propriam naturam quod sit liberi arbitrii. «In eo igitur (concludit
 »S. Thomas) qui habet vsum liberi arbitrii, non fit motio a Deo
 »ad iustitiam absque motu liberi arbitrii: sed ita infundit donum
 »gratiae iustificantis, quod etiam simul cum hoc mouet liberum ar-
 »bitrium ad donum gratiae acceptandum in his qui sunt huius mo-
 »tionis capaces.» Quod expressit etiam Tridentinum (7) dum ait,
 hominem iustificari per voluntariam susceptionem gratiae, et do-
 norum cet.

Neque huic dogmati contrarius Paullus est, tametsi scribat, ho-
 minem gratis, et per fidem iustificari: quemadmodum altera pro-
 positio resoluit. Nam hoc vnum Apostolus intendit, ne Iudaei ad fi-
 dem Christi conuersi glorientur, quod fuerint semen Abraham, quod
 diuinas acceperint promissiones, quod ob circumcisionem, et reli-
 qua legis opera, non per gratiam diuinumque propositum, non per
 redemptionem, quae est in Christo Iesu, vocati fuerint ad Euange-
 lium: et in hunc scopum dirigens Apostolus duo capita Epistolae
 ad Rom. nempe III. et IV. docet, quod lex, exclusa fidei gratia, mi-
 nime ad iustitiam conducit: quod tam Gentium, quam Iudaeorum
 opera per circumcisionem atque praepitium expressa, ex fide, et
 per fidem, scilicet praeueniens gratia, cuius primus effectus fides
 est, accepta illi sunt, qui Deus est, non Iudaeorum tantum, sed et
 Gentium: quod Abraham non habet gloriam nisi apud Deum, pro-
 pterea quod non per carnis circumcisionem, sed per fidem Media-
 toris Pater multarum gentium factus est.

Haec Epistolae laudatae subiecta materies est: hic eius scopus.
 Quis autem vel sola Epistolae lectione non percipit Paullum vnicè a
 iustificatione excludere opera, quae fidem praecedunt, atque sine
 gratia praeueniens sunt: siue opera legis, aut Mosaicæ, aut na-
 turalis sint, absque fide reparatoris facta, non vero opera fide di-
 recta, et adiutorio diuinæ gratiae patrata? Ergo Apostolus ibi mi-
 nime excludit opera gratiae, videlicet timorem, spem, caritatem,
 poenitentiam, et nouae vitae propositum.

Et quidem si opera quaecumque bona Paullus excludit, de fi-
 de nuda sermonem ille instituit, nequam de fide per dilectionem

(7) Sess. VI. cap. 7.

7
 opo: para
 f. les obiq.
 pudicam
 peccat en
 el primer
 instante.

UNIVERSIDAD

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
 DIRECCION GENERAL DE BIBLIOTECAS

operante, quod nemo vnus sibi poterit persuadere. Etenim ipse Apostolus ad Galat. v. ait: „in Christo Iesu neque circuncisio aliquid valet, neque praecipitium; sed fides quae per dilectionem operatur.“ Et in I. ad Corinth. xiii. „si habuero omnem fidem, ita vt montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil sum.“ Similiter ad Hebraeos xi. „fide, inquit, obtulit Abraham Isaac, quum tentaretur, et vnigenitum offerrebat, qui susceperat repositiones.“ Numquidnam expositione haec opus habent? Recte itaque scribebat Augustinus (8): „Paulus non quamlibet fidem, qua in Deum creditur, sed eam salubrem, planeque Euangelicam definiuit, cuius opera ex dilectione procedunt: et fides, inquit, quae per dilectionem operatur. Vnde illam fidem, quae sufficere ad salutem quibusdam videtur, ita nihil prodesse assueerat, vt dicat, si habeam omnem fidem, ita vt montes transferam, charitatem autem non habeam, nihil sum.“

Haber similia de Gratia et libero arbitrio loquens (9). Igitur requiruntur ad iustificationem praeter fidem, spes, timor, charitas. Quam catholicam veritatem rursus ex Patrum dictis confirmamus: nam Clemens Alexandrinus docet (10): „fidem praecedere, timorem adificare, dilectionem perficere.“ Basilius (11): „timor, ait, salutaris ad poenitentiam ducit.“ Ambrosius (12): „nemo, inquit, potest bene agere poenitentiam, nisi qui sperauerit indulgentiam.“ Hieronymus tandem scribit (13): „non peccatorem dixit (Paulus) iustificari per fidem, sed impium, id est, non credentem.“

COROLLARIUM.

Fides igitur, quae iustificationis exordium est, non est sola fides diuinarum promissionum, sed fides quae Deo pergrata est, diuinamque vberiore gratiam promeretur, qua diuina mysteria credimus: vt enim Matth. xvi. legimus, Petrus ob illam fidei confessionem: „tu es Christus Filius Dei viui,“ audire meruit, „Beatus es Simon Bariona“ cert. Et Marci ultimo ait Dominus discipulis: „praedicate Euangelium omni creaturae. Qui crediderit et baptizatus fuerit, saluus erit.“ Ioann. vi. Petrus ita Dominum alloquutus est: „verba vitae aeternae habes. Et nos credimus, et cognos-

(8) De fide et oper. cap. 14.

(9) Cap. 7.

(10) Lib. 1. Stromat.

(11) In Psalm. xxxiii.

(12) Initio lib. de Poenit.

(13) In cap. 3. epist. ad Rom.

„gnouimus, quia tu es Christus Filius Dei.“ Ioann. xx. dicitur: „haec autem scripta sunt, vt credatis, quia Iesus est Christus Filius Dei; et vt credentes, vitam habeatis in nomine eius.“ Actorum viii. Philippus Spadoni baptismum petenti, posteaquam illi Iesum euangelizauerat, exponens Isaiae prophetiam, ait: „si credis ex toto corde, licet.“ Apostolus tandem ad Rom. x. scribit: „si confitearis in ore tuo Dominum Iesum, et in corde tuo credideris, quod Deus illum suscitauit a mortuis, saluus eris.“ Haec est ergo fides, quae ad salutem assequendam disponit: scilicet, qua Petrus confessus est Christi diuinitatem, et opera euangelizando Apostoli disseminarunt, ob quam Christi verba, et opera litteris sunt mandata, per quam credimus eundem Christum a mortuis resurrexisse, de qua vaticinati sunt Prophetae; verbo, fides diuinorum mysteriorum. Hinc iure merito Tridentinum decreuit (14): „si quis dixerit, fidem iustificantem nihil aliud esse, quam fiduciam diuinae misericordiae peccata remittentis propter Christum, vel eam fiduciam solam esse, qua iustificamur, anathema sit.“

At, inquit haeretici: Scripturae passim iustificationem, et peccatorum remissionem fiduciae in Christum tribuere videntur: veluti quum Paulus ad Hebraeos scribit cap. x. „habentes itaque fiduciam in sanguine Christi. . . accedamus cum vero corde in plenitudine fidei.“ Verum isthaec, aliaque consimilia non euincunt, iustificantem fidem formaliter esse fiduciam, sed ex fide, qua certo credimus, in nobis fiduciam generari a Deo obtinendi quod petimus. Vnde S. Thomas docet, quod aliquis spem, et fiduciam concipit ex hoc, quod credit verbis alicuius auxilium promittentis.

Sed cur in his immorandum? Fictitia enim vndequaue est fides illa specialis diuinarum promissionum, vt a Secariis adseritur. Nam nullibi reuelauit Deus hominibus particularibus, quod eorum peccata sint remissa. Proferre illi quidem poterunt Scripturarum testimonia, quibus promissiones generales continentur, omnibus recte ad Deum conuersis factae: proferre item promissiones speciales poterunt, quae nempe Magdalenae poenitenti, Paralitico, et Hemorroisae factae fuerunt, et in Euangelis leguntur: ast parem gratiam cuiuslibet peccatori, nimirum, quod sit rite conuersus, et quod ei remissa sint peccata, vbi nam Deus reuelauit? Numquidnam, quia pri-

(14) Sess. vi. Cap. xii.

privilegio speciali hoc Magdalenae, Paralitico, Hemorroissae reuelavit, et cuique etiam Sectariorum reuelasse dicendum erit? Absit figmentum hoc: absit ex eo promanans haeresis.

CAPVT IV.

Error haereticorum declaratur. Eorundem dissidium obiter notatur. Argumenta alluuntur.

Solam fidelium morum ad adulti iustificationem sufficere nostri etiam temporis Sectarii venditant; ab antiquioribus edocti: nam exortam iamiam haeresim istam Apostolorum aetate fuisse, auctore Simone Mago, quem alii sequuti sunt, Augustinus testatur (1). Hanc vero Lutherus, Calvinus, eorumque sequaces suscitauerunt. Dixerunt enim ad remissionem peccatorum solam fidem sufficere, qua quis certo credat unicuique remitti peccata per Christum: hac fide peccatorem, quasi manu apprehendere Christi iustitiam, et per imputationem suam facere; adeo ut eo ipso, quo aliquis credat sibi remitti, aut remissa esse peccata, ei remittantur, et hac sola fide iustificatur.

Verum in assignando quaenam fides ista sit, quae iustificat, plurimum Lutherus et Calvinus dissident. Vult enim primus fidem illam, qua iustificamur, nihil aliud esse, quam firmam fiduciam, qua peccator confidit ob merita Christi sibi peccata non imputari: vnde eam ponit in voluntate, ac per illam solam ita iustificari, ut opera bona penitus excludat. Secundus autem vult, fidem iustificantem esse fidem, qua quis certo credit non quodcumque a Deo reuelatum in generali, sed hoc precise, sibi videlicet a Deo per Christum remitti, seu remissa peccata esse: hac enim, quasi manu apprehendit iustitiam Christi, eam facit suam, qua vestitus iustus coram Deo apparet. Distinguit enim hic (2) triplicem fidem: scilicet historicam, qua credimus vera esse ea, quae in sacris Scripturis continentur, quia tradita et proposita a Deo, qui verax est; aliam, quam vocat fidem miraculorum, quamque facultatem edendi miracula dicit; sed verus est ipsa fides historica, qua credit nihil esse quod a Deo fieri non possit. Et de hac loquitur Christus Marci xi. dum ait: »habere fidem Dei: amen dico vobis, quia

»qui-

(1) Lib. de Fide, et oper. cap. 14. (2) Lib. iii. Institut. cap. 2.

»quicumque dixerit huic monti, tollere et mittere in mare, et non »haesitauerit in corde suo, sed crediderit quia quodcumque dixerit, fiat, fiet ei.« Et Paullus illis verbis I. ad Corinth. xiii. »si »habuero omnem fidem, ita ut montes transferam,« ceteri. Tertiam demum, quam vocat fidem promissionis; et est illa, inquit, qua credimus veras esse Dei promissiones de gratuita remissione peccatorum per Christi merita, cuius fit mentio Marci ultimo, vbi dicitur: »qui crediderit et baptizatus fuerit, saluus erit.«

Superaddit tamen, ad iustificationem necessariam non esse solam fidem historicam, aut fidem miraculorum, sed dumtaxat fidem promissionum; hancque non solum generalem, qua credimus promissam esse peccatorum remissionem omnibus, qui in Christum credunt, sed particularem, et specialem, qua vnusquisque sibi diuinam promissionem applicans credit, seu verius confidit sibi omnia peccata sua per Christum esse dimissa.

Hinc fidem iustificantem ita ipse definit: »diuinae erga nos benevolentiae firmam, certamque cognitionem, quae gratuita in »Christo promissionis veritate fundata per Spiritum Sanctum, et reuelatur mentibus nostris, et cordibus obsignatur.« Quibus sane verbis, tametsi velit fidem esse firmam, certamque cognitionem; quia vult tamen huius cognitionis obiectum diuinam benevolentiam esse, videtur ille nihil aliud per fidem iustificantem intelligere, quam fiduciam in diuinis promissionibus; quae vtique fiducia non intellectus, sed voluntatis actus est; sicque et videtur aliis terminis cum Luthero connenire.

Quoniam vero, quod ad hanc attingit difficultatem, duos intellectus actus distinguere possumus; nempe, notitiam veritatis certam, et exploratam, et insuper assensum datum veritati propositae: qui duo actus valde inter se distinguuntur; Calvinus citato loco in Doctores inuehitur Catholicos, quasi ipsi solum fidei assensum, seu submissionem reuelatis exigant; quamvis palpabili ignorantia credendorum fideles laborent. Ast fallitur, vel fallere vult malignus impostor. Nemo enim Catholicorum est, qui non sentiat teneri quemlibet adultum notitiam explicitam praecipuorum fidei mysteriorum habere; quem ob finem Catechismi pro Idiotis etiam instituti sunt. Dicimus tamen non teneri omnes tantam, tamque exploratam singulorum habere cognitionem, quantum habet Theologus. Praeterea dicimus, neutiquam in apprehensione, et cognitione fidem iust-

si-

stificantiæ consistere, sed in assensu reuelatis præstito ob auctoritatem dicentis.

Sed non est hoc loco dissimulandum quod in hæreticorum scriptis legere est; scilicet non omnino excludere eos opera a iustificationis negotio. Lutherus enim est, qui dicit (3): « multi dum audiunt, ut solummodo credatur omnia ipsis remitti peccata, fingunt sibi fidem, et parant se mundos esse, per quod fiant temerarii, et securi. » Brenitios ait (4): « fidem iustificare, quae sit per charitatem efficax, et absoluat per poenitentiam. » Hieronymus Zanchius (5): « nemo aditus, inquit, potest saluari sine charitate in Deum, et proximum. » In colloquio item Alterburgensi ann. 1568. inter alia traditum est: « bona opera necessaria esse ad salutem. » Quod et Philippus Melancthon adseruit (6), alique etiam Protestantes: ita certe ut conuerterentur pleraque paradoxa ex ipsorum libris a Catholicis Scripioribus congeri, quae ibidem non extant. Quae tamen fronte id faciunt? Quamcumque siquidem inter partes hæreticas velitationem agnoscere velimus, puram esse logomachiam illico censemus. Etenim qui ex eis operum necessitatem ad salutem concedunt, minime loquuntur de necessitate *efficientiæ*, quasi ad salutem per se causandam, et ad iustificationem promerendam aliquid valeant, sed de necessitate, quam ipsi *praesentiae* vocant, absque concursu ad actum iustificationis, quam haberi putant per solam in Christum fiduciam. Haec pro hæreticae doctrinae historia.

Accedamus modo ad ipsius perpendenda fundamenta. Ac multa quidem aduersus primam propositionem congerunt; quae tamen ad tria capita reducenda sunt. Primum est, quod Apostolus ad Rom. ii. docet; « iustificari hominem per fidem sine operibus legis. » Cuius quidem loci, inquirunt, scopus est demonstrare, iustificationem gratis haberi, quantum si quis ex operibus iustificatur, « habet gloriam, sed non apud Deum. » Hinc est, quod etiam Concilium Tridentinum definit (7): « nihil eorum quae iustificationem praecedunt, siue fidem, siue opera, ipsam iustificationis gratiam promouent. » Er Augustinus inquit (8): « sciat quisque per fidem se posse iustificari, etiamsi legis opera non praecesserint. Sequuntur enim iustificatum, non praecedunt iustificandum. »

(3) In Visitatione Saxonica.

(4) In Lucam.

(5) In Miscellaneis.

(6) In Distrib. de Iustif.

(7) Sess. vi. cap. 8.

(8) Lib. de Fide et Oper. cap. 14.

Secundum caput est, quod plura Scripturae loca fidei iustificationem atque salutem tribuunt, ut ad Rom. i. ubi dicitur: « iustus ex fide viuunt. » Matth. ix. « fides tua te saluam fecit. » Neque accipi haec debere de fide, quae operatur per dilectionem apertus Lucae textus suadet, qui solam fidem commemorat, videlicet: « crede tantum, et salua erit. » Lucae vii. Vnde Augustinus de Sanctis veteris testamenti ad Bonifacium scribens ait (9): « quantalibet fuisse virtutis antiquos praeditos iustos, non eos saluos fecit nisi fides Mediatoris. »

Tertium caput est, quod Patres a sola fide salutem agnoscunt. Consultantur Chrysostomus (10), Tertullianus (11), atque Augustinus (12): ne alios memoremus. Hinc sic potest argumentari: si ad iustificationem requiretetur aliquis liberi arbitrii motus, iustificatio non esset gratia, sed merces; neque recte Scripturae ac Patres fidei tantum ipsam iustificationem tribuerent: id falsum absdubio est: igitur nulla liberi arbitrii dispositio iustificationem praecedat.

Huc collineant aliae quaecumque argumentationes e ratione desumptae. Has damus: nequit homo se ad iustificationem disponere per id quod peccaminosum est: huiusmodi sunt omnes actus peccatoris iustificationem praecedentes: non enim potest arbor mala bonos fructus facere: nequit ergo per proprios actus homo se ad gratiam disponere.

Deinde: eiusmodi actus iustificationem praecedentes quamuis ex Spiritu Sancti motione fiant, nullam ex natura sua cum gratia iustificationis connexionem habent: adhuc enim his positis homo gratis iustificatur: non ergo disponunt; quia dispositiones cum forma connecti debent: neque connexionem habent ex Dei lege; quia nulla lex est, quod facienti quod est in se Deus det gratiam.

Rursus: si nostris actibus dispositionem ad nostram iustificationem ponimus, sequitur inde apertissime, hominem propriis actibus iustificare se ipsum: quemadmodum qui ponit vltimam dispositionem ad esse alterius hominis, etsi animam non producat, illam dicitur generare: par hoc quis concedere poterit? Haec obiciunt.

Quorum solutionem hic subiicimus: atque primum, nempe locus Pauli abunde expositus secunda propositione manet. Hinc breuiter dicimus: iustificari quidem hominem per fidem, sed illam fidem, *Tom. III.* Z dem,

(9) Lib. i. cap. 27.

(10) Orat. de Fide et Lege.

(11) De Baptismo.

(12) Quaest. lxxvi.

dem, quae per dilectionem operatur: et eo tantum sensu excludi opera, quatenus in se inspecta nullatenus ad iustitiam perducunt, omnemque vim, ac robur a gratia praeueniente recipiunt. Affirmamus propterea hominem iustificari gratis per fidem, etiamsi iustificationem praecedat timor, spes, dilectio, et contritio. » Quia ipsa fides, vnde incipiunt bona, quaecumque sunt, merita, gratuitum donum Dei est, « inquit Augustinus (13); » et quia opera sunt ex fide, non ex operibus fides, ac per hoc ab illo sunt nobis opera iustitiae, a quo est fides, de qua dictum est: iustus ex fide viuitt « inquit idem Augustinus (14). Eadem profecto mens est Tridentinorum Patrum: etenim Sacrosancta Synodus paullo ante ea verba: » nihil eorum, quae iustificationem praecedunt, siue fides, siue opera, ipsam iustificationis gratiam promerentur, « dispositiones, quas iustificatio consequitur, enumerat.

Deinde: per omnia Augustinus cohaerens ait: » quum Apostolus dicit iustificari hominem per fidem, et gratis, ea verba in eo sensu intelligenda sunt, quem perpetuus Ecclesiae catholicae sensus tenuit, et expressit, vt scilicet, per fidem ideo iustificari dicamur, quia fides est humanae salutis initium. « Rationem insuper illam addens, quam adfert Paullus, » quoniam si iustificatio gratia est, iam non ex operibus, vt idem Apostolus inquit; alioquin gratia iam non est gratia. « Itaque quum illud Apostoli dictum non sit accipiendum de operibus a Christi gratia perfectis, quibus rationem meritum inesse ipsa Synodus definit, sed de iis vnicuique, quae sunt absque praeuenientis gratiae adiutorio, a quo iustificationis exordium sumendum est; sequitur apertissime, Concilium, vbi ait neque fidem, neque opera iustificationis gratiam promereri, aut loqui de fide prorsus informi, ac mortua, quae ad iustitiam nihil magis, quam donum linguarum, aut prophetiae, aut scientiae potest conferre; aut saltem de merito de condigno, quo carent opera ante iustificationis gratiam patrata.

Hinc quoque sensum habent verba Augustini inter arguendum relata: scilicet quod opera non praecedunt, sed sequuntur iustificatum. Opera nempe, quibus aeterna vita tamquam merces rependitur. Ait enim ibidem, Apostolum tribuentem iustificationem fidei, definire: » non quamlibet fidem, qua in Deum creditur, sed eam

» Sa-

(13) Epist. ad Sixtum nunc 194.

(14) De Grat. et lib. arb. cap. 7.

» salubrem, planeque euangelicam, cuius opera ex dilectione procedunt. «

Deinde: ostenderit supra (15), requirit in baptizandis poenitentiam ex verbis Act. II. » agite poenitentiam, et baptizetur vnusquisque vestrum. « Insuper requirit (16) propositum seruandi mandata. Ait se prolixius de hac quaestione in libro de Spiritu et littera disputasse; vbi haec dixerat (17): » iustificati gratis per gratiam. Non itaque iustificati per legem, non iustificati per propriam voluntatem, sed iustificati gratis per gratiam ipsius, non quod sine voluntate nostra fiat; sed voluntas nostra ostenditur infirma per legem. « ceter. Ergo apertissime docet Augustinus, hominem gratis iustificari, ac opera non praecedere iustificationem, quia prior est gratia, quam meritum.

Ex his patet solutio ad ea, quae secundo loco sunt obiecta. Dum enim Scriprurae, ac Patres fidei iustificandi vim tribuunt, de fide accipiendi sunt, quae per dilectionem operatur, et in quantum fides est primum gratiae donum, per quod cetera impetrantur. Fidem igitur iustificare fatemur, solam autem informem ad iustificationem sufficere negamus. Nec oppositum euincunt illa verba ex Luca prolata: siquidem de salute filiae Principis Synagogae, non de sanctificationis gratia dicta sunt.

Possunt quoque iniquitatis operarii, vt ex Matth. vii. colligitur, virtutes multas in Christi nomine operari: ideoque alia fides ad miracula patranda, alia ad sanctificandas animas necessaria est.

At S. Augustinus dum ait, antiquos iustos non nisi Mediatoris fide salutem esse assequutos, Pelagianos redarguit, aurumantes quod vereres Patriarchae salui facti fuerint absque Christi gratia: vnde excludit inibi tantum opera solius naturae viribus facta, non auxilio gratiae ac per fidem in futurum Redemptorem perfecta: sic enim loquitur infra: » per gratiam Domini nostri Iesu Christi credimus nos saluos fieri, quemadmodum et illi. Hoc vos non vultis inimici gratiae Christi, vt eadem gratia Iesu Christi salui facti credantur antiqui; sed distribuitis tempora secundum Pelagium in cuius libris hoc legitur; et ante legem dicitis saluos factos esse per naturam, deinde per legem, postremo per Christum, quasi hominibus duorum superiorum temporum, ante legem scilicet,

Z 2

» et

(15) Cap. 8.

(16) Cap. 9.

(17) Ibidem.

nec in lege, sanguis Christi non fuerit necessarius & cetera.

Eadem significatione dixerunt Ecclesiae Patres reliqui sola fide hominem iustificari exclusis omnibus quibuscumque operibus factis absque gratia; id est, fide illa, quam Hieronymus (18) deuotam in Deum animam vocat, et qua dicimur in Scripturis necum mente, sed et corde credere. Esse autem hanc Augustini mentem praeter ea quae supra adduximus, haec quae in ipsis quaestionibus superaddit, confirmant. «Quod si quum crediderit, ait, mox de hac vita decesserit, iustificatio fidei manet cum illo: nec praecedentibus eius operibus, quia non merito ad illam, sed gratia praue- nit, nec consequentibus, quia in hac vita esse non sinitur.» Id ipsum eo loco Chrysostomus docet, de latrone pertractans, qui tempus recte operandi non habuit, confessus tamen est iniquitatem propriam, et regnum Christi, et sperauit, et petiit, ut ex Euangelio colligimus. Tandem Tertullianus de fide per charitatem formata loquitur, quam ipse *integram* nominat. Corruunt ergo quae ex Patribus haeretici proposuerant.

Quae vero vis rationum, quae e vestigio adductae sunt? Prima sic soluta esto: non quaecumque homo in peccato mortali existens agit, peccata esse; sed ea solum, quae ex affectu ad peccatum operatur. Nam peccatorem quandoque ex amore virtutis agere, et opera moraliter bona posse facere exploratum habemus. Quod si a Spiritu Sancto nondum quidem inhabitante, sed cor eius mouente, incipiat de sua salute cogitare, et quaerere media ad assequendam iustificationem; esto nondum a statu peccati creptus, tamen per tales actus viam sibi ad iustificationem a Deo obtinendam parat. Et haec est Concilii Tridentini doctrina (19).

Ad secundam dicimus: actus nostros iustificationem praecedentes atque ex motione Spiritus Sancti procedentes, non habere quidem ex natura sua cum gratia iustificationis connexionem per modum meriti, maxime de condigno; habere tamen moralem connexionem in Dei promissione fundatam, scilicet, «concertimini ad me, et conuertar ad vos.» Hinc promissa est iustitia ei, qui se ad illam praeparat viribus et adiutorio gratiae.

Tertiam ut soluant, concedunt aliqui non ignobiles Theologi posse in aliquo vero sensu dici, hominem se ipsum iustificare per ac-

(18) In Dialogo Orthodoxi, et Luciferiani.

(19) Sess. xv. cap. 4.

actus, quibus Spiritu Sancto mouente vltimam dispositionem ad gratiam ponit: quod est, alunt, se ipsum dispositiue iustificare. Sed nos malumus id perpetuo negare, ne quoquo modo illud deducatur inde; nempe impii iustificationem opus hominis esse, qui iustificatur, contra ac docet Paulus Rom. iv. «credenti in eum, qui iustificat impium.» Neque enim homo ponit vltimam dispositionem ad gratiam propria virtute, quemadmodum ponit vltimam dispositionem ad formam, qui alium hominem generat; sed virtute gratiae Dei mouentis: quae insuper producta dispositio morale tantum connexionem cum gratia iustificationis habet: est enim gratiae collatio nouum beneficium a beneficio praeparationis ad gratiam longe diuersum.

CAPVT V.

Meritum bonorum operum considerat. Tum de conditionibus operis meritorii loquitur.

Opera, quae iustificationem praecedunt, meritum de congruo habent.

Quae vero ab homine iustificato fiunt, meritum etiam de condigno obtinent.

Harum adsertionum prima ex eo demonstratur, quod iuxta Concilii Tridentini decretum (1), opera quae iustificationem praecedunt, ad ipsam iustificationem disponunt, et Deus conuertitur ad impium, se, dum gratia excitatur, ad Deum conuertentem: at huiusmodi dispositionibus ratio meriti de congruo inest: non enim censenda nullius meriti est petentis fides, quaerentis pietas, et pulsantis instantia, potissimum si quaerendo, petendo, et pulsando, iuuenire, accipere, et intrare dicatur.

Accedit auctoritas Augustini scribentis (2): «sed nec ipsa remissio peccatorum sine aliquo merito est, si fides hanc impetrat» neque enim nullum est meritum fidei, qua ille dicebat: Deus propitius esto mihi peccatori, et descendit iustificatus merito fidelis humilitatis, quoniam, qui se humiliat exaltatur. «Et (3): «quis

(1) Sess. vi. cap. 6.

(2) In Epist. ad Sixtum.

(3) De Praed. St. cap. 7.

autem dicat, eum, qui iam coepit credere, ab illo, in quem cre- didit, nihil mereri?«

Verum non habent opera huiusmodi meritum de condigno, quoniam deest illis gratiae status, dignitas filii adoptiui, ac diuinae naturae participatio; scilicet, praecipua ex conditionibus ad meritum requisitis, vt inferius adnotabimus.

Secundam propositionem praecipuis litterae Sacrae testantur. Legimus enim Sap. v. »Iusti autem in perpetuum viuunt, et apud Dominum est merces eorum.« Marth. v. »gaudete et exultate, quoniam merces vestra copiosa est in Coelis.« Et cap. xxv. »venite benedicti Patri mei, possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi. Essuri enim« ceter. Lucae vi. »ecce enim merces vestra multa est in Coelo.« Ad Rom. ii. »reddet unicuique secundum opera eius.« Il. ad Timoth. i. »potens est depositum meum seruare in illum diem iustus iudex.« Apocalypsoes vltimo: »ecce venio cito, et merces mea mecum est, reddere unicuique secundum opera sua.« Ex quibus testimoniis liquido apparet, aeternam beatitatem bonorum operum esse mercedem; atque quum merces meritum rependatur, apparet inde bona opera meriti rationem habere.

Scripturis consonant Ss. Patres; Ignatius Martyr haec habet (4): »sinite vt bestiarum esca sim, per quam possum Deum promereri.« Basilii (5): »omnis actio iusti digna est, quam Deus respiciat.« Gregorius Nazianzenus (6): nos ad bona opera hortatur, »vt non solum habeamus gratiae donum, sed etiam praemium consequamur.« Chrysostomus (7): »vitae ratione, inquit, et bonorum operum Deum habemus debitorem.« Cyrillus (8): »praemium gloriae, ait, certantium laboribus respondere.« Tandem Bernardus (9): »omne quod feceris bonum, dicit, malumque, quod quidem non facere liberum sit, merito ad meritum deputatur.«

Hinc Synodus Tridentina iure optimo hanc veritatem definiuit haereticis anathemate dicto (10). Licet enim meritum de condigno non commemorarint Patres Tridentini, ne scilicet, quorundam Scholasticorum opinionem adserentium nullum dari in creatura condignum meritum notarent; tamen hocce de condigno meritum maxi-

(4) In Epist. ad Rom.

(5) In Psalm. xxxiiii.

(6) Orat. xxxii.

(7) Hom. ii. in Epist. ii. ad Timoth.

(8) In Thes. xxv.

(9) Serm. lxxxii. in Cant.

(10) Sess. vi. Can. 32.

ma nos probabilitate sustinemus. Habemus enim in nostrae sententiae defensionem haec argumenta. Principio, canone laudato Tridentini firmatum est, opera iustorum vere augmentum gratiae, vitam quoque aeternam promereri: meritum igitur illa habent, non congruum solum ac decens, sed et condignum.

Insuper: id nos absdubio propugnare debemus, quod perfracte haeretici pernegant: hos autem meritum de congruo minime denegare exploratum est. Bucerus enim inquit (11): »si Ss. Patres, aut alii intelligant per mereri, facere ex fide gratiae bona opera, quibus Deus mercedem promissit, hoc sensu vsurpare illud verbum minime damnabimus.« Habent his similia alii Nouatores. Atque sunt haec haereticae doctrinae natua consecraria. Etenim ideo negant illi operis, et mercedis aequalitatem, quoniam non admittunt inhaerentem iustitiam, quae dignitatem bonis operibus attribuat. Quae ergo erit nostra cum haereticis contentio, nisi meritum de condigno propugnemus?

Ad haec: mens Patrum Tridentinorum ista fuit ex Pallauciano (12): »operibus post acceptam iustitiam peractis, adeoque diuina gratia informatis, redditisque ob merita Christi potentioribus, cuius viuum membrum effectus est is, qui ea peragit, omnes concedebant rationem meriti condigni, ad conseruandam, augendamque eandem gratiam, aeternamque felicitatem consequendam.« Hanc ipsam doctrinam tradidere Theologi sequiores; illi etiam, qui post haeresim Lutheranam, et Caluinianam scripserunt.

Accedit his argumentationibus, quod Sacrae litterae iustum appellant Dei filium, regni haeredem, palmitem viti adhaerentem, et spiritu promissionis obsignatum, qui est artha, et pignus haereditatis. Patres etiam saepe inculcant Deum se iustis debitorem fecisse, non quidem aliquid accipiendo, sed quod ipsi placuit promittendo: ita vt Dominus ipse, qui largitor est gratiarum, et debitor rationae sit, Augustini phrasi (13).

Ceterum amplius nostra adsertio firmabitur conditionibus ad meritum requisitis, summatim licet, memoratis: quod posterior capituli pars praeseferebat. Itaque has nos pro meritorio opere conditiones catholice adsignamus. Quod bonum sit, liberum, supernaturale, in statu viae elicatum, ex charitate profectum, cum diuina promissis-

(11) In Disput. Ratiop. 1546.

(12) Lib. viii. cap. 4.

(13) Enarrat. in Psalm. lxxxiii.

missione confunctorum, ab homine iusto, et diuina habituali gratia exornato promanans. Ac primam quidem conditionem neminem futurum iudicamus, qui explodat, relictisque. Domini enim verba sunt ad Cain Gen. iv. »nonne si bonum egeris, recipies; sin autem male, statim in foribus peccatum aderit?« Et Apostolus ad Rom. ii. sic loquitur: »tribulatio et angustia in omnem animam hominis operantis malum.« Et cap. vi. »stipendia enim peccati mors.«

Sed et ratio id suadet: etenim Deo accepta sunt dumtaxat opera, quae ipsam laudant, et legi aeternae non dissonant: nam mala opera Deus nec praedeterminat, nec praecipit, nec approbat, sed vnice illa permittit ad iustitiae ostensionem, bonorumque profectum.

Quod vero bonum opus intelligimus? Scilicet illud, quod ab aequitatis regula non deflectit, quo Deo fruimur, et vitmur creaturis, cuius non solum officium commendatur, sed etiam finis recte dicitur: vt enim Matth. vi. scriptum est: »qui iustitiam faciunt ut videantur ab hominibus, mercedem non habent apud Patrem, qui in Coelis est:« et qui gloriam suam quaerunt »receperunt mercedem suam.«

Secunda meritorii operis conditio est libertas; qua nempe homo suorum actuum dominium habet et potestatem. Hanc autem requirit ad meritum, Ecclesiastici verba cap. xxx. testantur: scilicet: »qui potuit transgredi, et non est transgressus; facere mala, et non fecit: ideo stabilita sunt bona illius in Domino.« Testatur quoque Augustinus, qui posteaquam demonstraerat, exigi in diuinis monitis voluntatis opus ad aliquid faciendum, concludit (14): »quando enim volens facit, tunc dicendum est opus bonum, tunc speranda est boni operis merces ab eo, de quo dictum est: qui reddet vnicuique secundum opera sua.« Testatur dein damnatio tertiae propositionis Iansenianae, et articulorum Michaëlis Baii, necnon Canon iv. Sess. vi. Synodi Tridentinae. Testatur demum ipsa ratio: siquidem nequit ad meritum imputari, quod sub operantis hominis potestate non est.

Tertiam meritorii operis conditionem, nempe supernaturalitatem, Conciliorum definitiones abunde demonstrant. Etenim Arausiana II. Synodus definit (15): »si quis per naturae vigorem bonum aliquid, quod ad salutem pertinet, vitae aeternae, cogitare, aut eligere posse confirmat, absque illuminatione, et inspiratione Spi-

(14) De grat. et lib. arb. cap. 2.

(15) Can. vii.

» i-

ritus Sancti haeretico fallitur spiritu.« Et Tridentina (16): »si quis dixerit, ad hoc solum diuinam gratiam per Christum Iesum dari, vt facilius homo iuste viuere, ac vitam aeternam promereri possit, quasi per liberum arbitrium sine gratia vtrumque, sed aegre tamen, et difficulter possit, anathema sit.« Eandem demonstrant omnes Theologorum disputationes, quaeque a nobis sunt praemissae aduersus Pelagianos, et Semipelagianos. Demonstrant Augustini, et Thomae ratiocinationes. Primus enim illud contra Iulianum vrget (17), gratis videlicet, mortuum esse Christum, si absque ipsius gratia ad regnum peruenire possimus. Alter vero tradit (18), meritorium opus, quatenus ex libero arbitrio procedit, maximam cum vita aeterna habere inaequalitatem; proindeque requiri, quod a virtute Spiritus Sancti mouentis valorem suum accipiat.

Conditionem quartam, scilicet viae statum, Scripturae designant. Dicitur enim Ecclesiastes xi. »si ceciderit lignum ad austrum, aut ad aquilonem, in quocumque loco ceciderit, ibi erit:« et Christus Dominus Ioann. ix. dixit: »venit nox, quando nemo potest operari.« In quem locum Augustinus (19): »aliud est tempus, ait, operationis, aliud receptionis: reddet enim Dominus vnicuique secundum opera sua. Quum viuus, fac, si facturus es: erit enim tunc nox valida, quae inuoluet impios. Sed et modo omnis infidelis, quando moritur, illa nocte suscipitur, et non est, vt illic aliquid operetur.«

Est vero huius conditionis causa diuina praedeterminatio; qua praefinitum est temporariam hominum vitam militiae et laboribus esse exercendam, transigendamque; corona ac mercede vitae aeternae consignatis. Hinc neque Sancti maiorem gloriam, neque damnati maius promerentur supplicium, defectu huius conditionis.

Quintam conditionem, scilicet, quod opus ex charitate promanet, ad meritum de condigno necessariam iudicamus. Certe Paulus charitatis necessitatem insinuat saepe saepius. Potissimum ad Galatas v. scribens: »in Christo Iesu neque circuncisio aliquid valet, neque praepitium, sed fides, quae per charitatem operatur.« Et in priori ad Corinth. »si habuero omnem fidem, ita vt montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil sum.« Eandem

(16) Sess. vi. Can. ii.

art. 3.

(17) Lib. iv. cap. 3.

(19) Tract. xxiv. in Ioann.

(18) Prima Secundae, quaest. civ.

com-

commendat Christus ipse apud Ioann. cap. xiv. dicens : „ qui diligit me, diligit a Patre meo; et ego diligam eum, et manebit in me ipsum.“ Et Iacobus cap. i. de viro illo, qui in tentatione probatur, ait : „ accipiet coronam vitae, quam repromissit Deus diligentibus se.“

Scripturarum testimoniis innixam Ss. Augustini et Thomae sententiam nominamus, eisdemque adhaerentem. Scribit etenim primus (20) : „ amorem quo peruenitur ad Deum, non esse nisi a Deo, et sine hoc amore Creatoris nullam bene vti creaturis.“ Et alio in loco (21) : „ per legem adduci hominem ad fidem, per fidem impetrare spiritum largiorem, per spiritum diffundi charitatem, per charitatem impleri legem.“

Alter vero dicit (22) : „ meritum vitae aeternae primo pertinet ad charitatem : ad alias autem virtutes secundo : secundum quod earum actus a charitate imperantur.“

Suffragatur ratio. Nam charitas, quoniam legis plenitudo est, nedum praecepta omnia comprehendit, et ad illa adimplenda voluntatem inflammat; verum etiam finem dirigit; vnde in moralibus virtutis pretium desumitur. Insuper : gloria dilectioni magis, quam operibus rependitur : alioquin B. V. Maria haud foret Apostolorum in gloria sublimior; hi enim pro nomine Christi contumelias, ac mortem perpessi sunt.

Sextam conditionem, quam in diuina promissione locamus, ad meritum de condigno requiri, conforme admodum Tridentino decreto nobis apparet (23). Est huiusmodi : „ bene operantibus verumque in finem, et in Deo sperantibus proponenda est vita aeterna, et tamquam gratia filiis Dei misericorditer promissa, et tamquam merces ex ipsius Dei promissione bonis ipsorum operibus, et meritis reddenda.“ Praeterea : Baiani articuli a Sede Apostolica damnatio id amplius firmat. Dicebat enim : „ sicut opus malum est sua natura mortis aeternae meritorium; sic bonum opus est ex sua natura vitae aeternae meritorium.“

Rursus : Augustinus haec in re tradidit (24) : „ fidelis Dominus, qui se nobis debitorem fecit, non aliquid a nobis accipiendo, sed omnia promittendo.“ Et de verbis Apostoli (25) : „ bis

(20) Lib. iv. cont. Iulianum cap. 5.

(21) Epist. cxlii. ad Anan.

(22) Prima Secundae, quaest. cxiy. art. 4.

(23) Sess. vi. cap. 16.

(24) Enarrat. in Psalm. clix.

(25) Serm. nunc 18.

„ bitor, inquit, factus est Deus, non a nobis aliquid accipiendo, sed aliquid, quod ei placuit, promittendo.“ Eadem tradidere alii Patres.

Accedit ratio pedissequa : non enim alio quouis pacto Deus hominum debitor valet constitui, nisi quatenus rationi, et veritati maxime congruit ut sit fidelis, et stet promissis.

Deinde : quia bona nostra opera dignitatem quidem, ac proportionem cum aeterna mercede ob sanctificationem gratiam habent : ast nulli operanti merces ex iustitia debetur, nisi conductus fuerit, nisi pactum cum Domino intercesserit, nisi conuentione facta denarium diurnum persoluendi; vti in parabola Euangelica apud Matth. cap. xx. legere est. Haec tamen Dei promissio extrinseca est omnino : neque operibus illam pretii, ac valoris dignitatem tribuens, quam ab inhaerente iustitia habent.

Postremam conditionem ad meritum de condigno requisitam, nempe gratiam habitualem, Tridentina Synodus firmavit (26) ; eo quidem momento ducta, quod nullum meritum possit haberi nisi Christus „ tamquam caput in membra, et tamquam vitis in palmites in ipsos iustificatos virtutem influat.“

Cui quidem Conciliari resolutioni ratio theologica accedit : haereditas etenim non ad seruos, sed ad filios spectat : constituimur vero filii Dei adoptiui per gratiam. Insuper : inter gloriam et opera nostra nulla aequalitatis proportio est, nisi ob iustitiam inhaerentem. Item : iniquitas Deum inter et hominem diuidit, ac munita impiorum odit, reprobaturque Dominus.

Iam vero his traditis perspicuum fit, septem has conditiones ad meritum de condigno esse necessarias. Ad meritum autem de congruo sufficit si bonum opus sit liberum, atque ex actuali gratia, et aliquo Dei amore veniat. Quum enim hoc meritum ex sola decentia, non ex operis dignitate consequatur, habitualis gratia ad illud minime desideratur : vnde et impii, qui se fide, spe, et charitate ad iustificationem disponunt, hanc tantum de congruo promerentur. Verum stat quandoque meritum de congruo cum gratia sanctificante ; quum nempe iustus aliis gratiam promeretur, aut sibi donum finalis perseuerantiae ; quae non ex iustitia, sed ex diuina liberalitate conferuntur.

CAPVT VI.

Impiam haereticorum circa meritum bonorum operum doctrinam refert, ac confutat: et momenta, quae illam munire satagunt, diluit.

Haecreticorum sententia est, omnium hominum opera, si in sua dignitate censeantur, sordes esse, et iniqua. Ita Caluinus (1). iustumque in omni opere bono peccare Lutherus superaddidit (2). Item bona opera esse ad salutem necessaria, licet varie id explicent, constanter Nouatores inficiantur. Ex his enim Flaccus, Ienenses, et Hinkelmannus ea nullo pacto necessaria esse ad salutem aperte docent: qui vero ea necessaria dicunt, id triplici hac ratione, et nomine necessaria iudicant: quod iisdem Christus glorificetur, quod bona conscientia operum huiusmodi perpetracione retineatur, quod illis proximum officii charitatis lucrifacere studeamus. Sed pernegant omnes operum bonorum necessitatem: quasi illis vita aeterna apprehendatur, quam nulla ratione iustum promereri bonis operibus existimant.

Atque Caluinus ille est, qui ipsum meriti nomen fastuosissimum esse, a Scripturis extraneum, et alienum, et ab aliquo Sophista rabula inductum, ait. Parum tamen sibi constans ille post pauca dicit, veteres Ecclesiasticos Scriptores malo huius voculae usu erroris materiam posteris tribuisse. Itaque a Caluino edocti Nouatores merendi vocabulum, etsi damnare non audeant vndequaue, illud tamquam ambiguum, atque superbiae nomine periculosum de-restantur: adduntque, imple eos sentire, qui bonis operibus censent aeternam vitam iustitiae debito retribui.

Has vero conditiones in operibus meritorii illi ponunt, atque requirunt, vt illis vitam aeternam homo consequatur. Prima, quod opera sint vndequaue perfecta, tam graduum, quam partium ratione. Secunda, quod meritorium opus prorsus indebitum sit, quia sub merito non cadunt ea, quae obstringunt. Tertia, vt illa plane, vel in primis sint nostra, non eius a quo mercedem expectamus: bona autem opera, licet sint ex nobis tamquam a voluntario instrumento, sunt principaliter Dei. Quarta, eaque parum a prima dissimilis, vt opus non tantum sit dignum, atque perfectum,

sed etiam cum mercede proportionem aequalitatis habeat. Addunt ex haereticis quidam quintam conditionem, nimirum, quod ille, cuius gratia opus praestatur, emolumentum aliquod recipiat, vel honorem.

Huius vero detestandae doctrinae confutationem lubentissime hic, data opera, adderemus, nisi ex solutione obiectionum, quae ab ipsis contra catholicam doctrinam proponi solent, abunde illa haberetur. Itaque, ne actum agere cogamur, ad soluenda eorum argumenta properemus. Atque opponunt illi primo Sacras Scripturas, in quibus vita aeterna, gratia, et misericordia appellatur. Sic dum dicitur Psalm. cii. »coronat te in misericordia et miserationibus.« Isaiae lv. »venite, emite absque argento, et absque vlla commutatione vinum, et lac.« Ad Rom. vi. »stipendia enim peccati mors: gratia autem Dei vita aeterna.« Et ad Ephesios ii. »gratia enim saluati estis per fidem, et hoc non ex vobis; Dei enim donum est; non ex operibus, vt ne quis gloriatur.«

Deinde opponunt nonnulla Ss. Patrum testimonia, quibus asseritur diuina misericordia nobis vitam aeternam conferri: nihil aliud beatitudinem esse, quam munificentissimam Dei gratiam: Deum non merita nostra, sed dona sua coronare: ipsum Deum nulli facturum iniuriam, etiamsi iustis nollet coelestem gloriam largiri. Laudantque Hylarium (3), Basilium (4), Augustinum (5), atque Bernardum (6).

Denique opponunt: dogma Catholicum (Pontificum illi dicunt) sese euertit: est insuper Christo iniurium et impium: sacrilegum quoque, ac superbiae, et arrogantiae plenissimum. Quae omnia extrema sic suadere pergunt. Se ipsum, aiunt, euertit: quia si opera bona ex gratia, et ex diuina promissione meritum habent: haud possunt sua dignitate coronam promereri. Est insuper Christo iniurium: nam et vim, ac efficaciam passionis eius imminuit: et quum solius Seruatoris nostri obedientiae, mortisque merito tum gratia, tum gloria tribuenda sit, Catholicorum dogma summae operum efficaciae hanc concedit vltimam. Similiter, quum diuinam misericordiam euacuet, ac vniuersorum Dominum faciat creaturarum debitorem: impium, vel maxime atque sacrilegum est. Tandem, vitam adaperit ad superbendum, quum eo admissio, fas sit in

(3) In Psalm. lv.

(4) In Psalm. xlv.

(5) Concione i. in Psalm. lxx.

(6) Serm. i. de Annuntiat.

operibus, meritisque suis hominem sperare. Haec oblectant.

Iam vero, quae ex Scripturis sumunt, eadem omnino sunt cum his, quae pro adserenda secunda operis meritorii conditione ab ipsis statuta, producere solent. In vniuersum hoc pacto solui poterunt: aeterna vita misericordia simul, et merces est: misericordia quidem ob gratiam praeueniens; merces propter liberam hominis obedientiam. Enim si verum illud esset, quod haeretici subinfertur, nec ipsa Christi opera meritoria fuissent, quod blasphemum esset dicere. Audiatur Augustinus verba Psalmi exponens (7): »numquid, »ait, non corona bonis operibus redditur? Sed quia ipsa bona opera ille in bonis operatur, de quo dictum est, Deus est enim qui »operatur in nobis et velle, et operari pro bona voluntate, ideo »dixit Psalmus, coronat te in misericordia, et miseratione; quia »cius miseratione bona opera operamur, quibus corona reddetur.«

Ad Isaiae testimonium quod attinet, accipiendum illud opinamur de promissionis terra, prout praesefert littera; mystice vero de fide in Christum, et vocatione ad Ecclesiam. Quod si de gloria illud exponere quis velit, adnotet nobiscum, amabimus, verborum proprietatem. »Emire,« inquit Propheta: igitur pretium est exhibendum pro ea. Addit »sine argento,« quod Coelorum regnum non bonis fortunae, sed libertatis comparatur. Superaddit, »sine commutatione,« quoniam nihil emolumenti a nobis accipit Deus. Hanc quoque interpretationem admittunt Pauli verba ad Rom. vi. Vt enim Augustinus scribit (8): »quum posset (Apostolus) dicere, et recte dicere, stipendium autem iustitiae vita aeterna, maluit dicere, Gratia autem Dei vita aeterna. Cur autem? Quia eius »miseratione bona operamur, quibus corona reddetur.«

Atque verbis depromptis ex cap. ii. ad Ephes. eadem responsio danda est. Nisi enim gratia ad singulos actus necessaria forer; »possent homines dicere: ideo accepimus gratiam, quia credimus, tamquam sibi fidem tribuentes, gratiam Deo: propter hoc Apostolus »quum dixisset, per fidem, et hoc, inquit, non ex vobis, sed »Dei donum est. Rursus, ne dicerent se suis operibus donum tale »meruisse, continuo subiecit, non ex operibus, ne forte quis ex- »tollatur; non quia negauit, aut euacuauit opera bona, quum di- »cat Deum vnicuique reddere secundum opera eius; sed quia ope- »ra

(7) De grat. et lib. arb. cap. 9.

(8) Vbi supra.

»ra sunt ex fide, non ex operibus fides.« Ita Augustinus (9). Itaque quum omne meritum nostrum a gratia procedat, neutiquam in nobis gloriari possumus, tametsi vitam aeternam promereamur.

Quum autem, quae ab haereticis producta suot, Patrum dicta Scripturarum testimoniis conformia sint, eadem via exponi debent. Ergo confertur nobis aeterna vita diuina miseratione, vt optime Patres loquuntur, quoniam Deus elegit nos ante mundi constitutionem in Christo, vt essemus sancti, et immaculati; quia misericordia eius praueit nos; quia nemo venit ad fidem, et ad gratiam, nemo item ad coronam, nisi Pater traxerit illum. Insuper, dicitur beatitudo ab ipsis Patribus munificentissima Dei gratia, quod Sanctorum praedestinatio non hominis volentis, neque currentis, sed Dei miserentis opus sit: neque sumus sufficientes cogitare aliquid a nobis, quasi ex nobis, sed Dei misericordia praueit nos in benedictionibus dulcedinis, excitat dormientes, adiuvat operantes, atque iustitiae coronam perseuerantibus retribuit. Coronat Deus, non nostra merita, sed sua dona; nam ipse est, qui operatur in nobis velle et perficere, ac illius adiutorio bona eiusmodi operamur, quibus aeternitas vitae rependitur. Si itaque Deus gloriam, cuius Dominus est, nec iustis concederet, nulli iniuriam faceret, si vel opera tantum spectemus, vel solam Domini auctoritatem; verum si operibus diuina praedestinatio, et liberalis promissio accedat, fidelis Deus est, neque aliquem sua mercede fraudat; iustus item ac reddet vnicuique secundum opera eius.

Ad id, quod vltimo loco fuerat obiectum, hoc esto responsum: minime repugnare a nobis Catholicis adsertum dogma; quandoquidem diuina promissio non est necessaria vt bonis operibus dignitatem conferat, in eorum etiam opinione, qui eam sustinent; sed vt Deus vitam sempiternam iustis tanquam iustitiae coronam reddat; sicut non tenetur paterfamilias operariis denarium diuturnum soluere nisi facta cum illis conuentione. Stat praeterea cum ipsa gratia nostrum meritum; liberum enim arbitrium reuera operatur, licet recte operari non valeat sine gratia: hinc nulla a nobis passio et meritis Christi irrogatur iniuria; nam a Christi gratia est, quod iustificatorum opera vitam promereantur aeternam. Neque proinde euacuatur a nobis gratia; licet enim ponamus meritis aeternam

(R)

vi-

(9) Eodem lib. cap. 7.

vitam conferri, adserimus tamen nequaquam haec merita sine gratia posse comparari.

Sed nec Deam creaturis facimus debitorem, eo sensu, quod aliquid utilitatis, ac commodi ex iisdem accipiat; sed dicimus illum se nostrum debitorem facere, non aliquid a nobis accipiendi, sed promittendo aliquid nobis.

Quidni vero si viam dogma nostrum superbiae adaperiat? Principio nefas est spem in operibus locare, quasi a sola liberi arbitrii facultate procedant; quum ad malum quisque se ipso sufficiat, ad bonum vero nihil sit, nisi ab omnipotente bono adiuuetur. Neque bona opera perfecta ita aestimanda sunt, vt nullus sit timori locus, quum nesciat homo vtrum amore an odio dignus sit, et etiam iustis quotidie diuina misericordia sit imploranda. Aequum deinde est, vt quum timore ac tremore operemur nostram salutem; quum Deus operetur in nobis velle, et perficere; atque facillimum sit iustitiam deperdere, maxime si sibi met humana infirmitas relinquatur; sic vero deseratur, qui nimium praesumit.

Insuper, quoniam Dei auxiliante gratia factum est quidquid boni peregrinus, humilitatem exercere debemus, et superbiam deuitantes cum Apostolo clamare: «non ego, sed gratia Dei mecum.» At his seruatis, locandam spem diuinae retributionis in bonis operibus dicimus, quemadmodum viri Sanctissimi perpetuo locauerunt. Et ad expellendum animi torporem, feruoremque excitandum, quisquis firmissime credere debet, quod non ibunt in vitam aeternam, nisi qui bona egerunt. Verum et sedulo eum animaduertere oportebit, ne appetitus laudis subrepat, indigere se diuina misericordia, ac meritis passionis Christi.

Denum, ne praesumat, meminerit etiam oportebit, non cuiuslibet iusto, sed ei tantum, qui vsque in finem perseuerauerit, aeternae mercedis retributionem esse paratam. Quae omnia Patres Tridentini comprehendisse videntur his verbis (10): «si quis dixerit iustos non debere pro bonis operibus quae in Deo fuerint facta, expectare, et sperare aeternam retributionem a Deo per eius misericordiam, et Iesu Christi meritum, si bene agendo, et diuina mandata custodiendo vsque in finem perseuerauerint, anathema sit.»

(10) Sess. vi.

CO.

COROLLARIUM

Quando autem nostra cum haereticis disputatio ad extremum vsque perducta est, ex his quae inter dissordendum sunt prolata, subinferre placet, imo et necessarium existimamus; quid nempe de congruo, quid item de condigno apud Deum promereri possimus. Itaque in serie beneficiorum Dei, quae nobis ad consequendam beatitudinem conferuntur, primo loco numeratur diuina praedestinatio, deinde gratia fidem praeueniens: quae duo, quum absque meritorum praescientia sint, bonis operibus non rependi fide certum est; si tamen de praedestinatione ad gratiam sermo sit. Vocationem autem ad fidem consequuntur liber voluntatis assensus, timor, spes, charitas, et peccatorum detestatio, quibus homines ad iustificationem disponi iam antea diximus, atque qualiter iustificationem ipsam promerentur de congruo, hoc est, quomodo diuinam misericordiam moueant ad peccatum remittendum, et charitatem impetrandam.

At in ipsa gratia iustificationis considerare possumus primum ipsius in anima ingressum, iustitiae augmentum, diuturnam in sanctitate persistentiam, reparationem post lapsum, atque finalem perseuerantiam. Ex his primam sanctificantis gratiae collationem nemo de condigno meretur; non enim meritum huiusmodi in peccatore reperitur. Augmentum vero iustitiae homo iustificatus etiam de condigno potest promereri; vt Synodus Tridentina declarauit (11); ita tamen vt de virtute in virtutem ire satagat. Diuturnam in sanctitate persistentiam (etiam pro exiguo tempore) tantum de congruo mereri valet homo, hocque orationibus instans; non enim de condigno auxilium efficacis gratiae, quo indiget ad perseuerandum, promereri valet. Item reparationem post lapsum nemo potest de condigno mereri; ait etenim Dominus per Ezechielem cap. xviii. «si auerterit se iustus a iustitia sua, et fecerit iniquitatem secundum omnes abominaciones, quas operari solet implius, quumquid viuet? Omnes iustitiae eius, quas fecerat, non recordabuntur.»

Denum, finalem perseuerantiam non potest iustus condigne promereri, quum specialissimum Dei donum sit suis electis praeparatum. Neque contrarium probat; quod possit iustus aeternam vitam de condigno promereri: etenim placuit Deo hanc tanquam brauium bonis iustorum operibus promittere; non autem eidem placuit finalem

Tom. III.

Bb

per-

(11) Sess. vi. Can. 32.

perseuerantiam promittere, vt nemo praesumeret, sed quilibet suam salutem cum timore operaretur.

Hoc vero perseuerantiae donum de congruo iustificatos homines posse promereri, auctoritas Augustini nos docet, vbi de hoc argumento pertractans (12), eos reprehendit, qui volunt, »ita hanc »perseuerantiam praedicari, vt non vel suppliciter emereri, vel amit- »ti contumaciter possit.« Et hoc quidem nos petimus in quotidiana oratione, »et ne nos inducas in tentationem.«

Atque his tandem constat apertissime, quod saepius in antea- ctis capitulis inculcatum est, scilicet, meritum de condigno illud esse cui ex iustitia retribuitur vita aeterna; quod in solis iustifica- tis locum habet, et gratiam habituaalem supponit: meritum autem de congruo illud esse, cui ex sola decentia remuneratio confertur. De prioris generis merito ait Apostolus ad Timoth. iv. »reposita »est mihi corona iustitiae.« De posterioris generis merito loquuntur Concilia, et Patres, dum contra Pelagianos definiunt: »gratiam »non dari secundum merita nostra.«

CAPVT VII.

De iustificatione impii denuo loquitur, vt alios Nouatorum er- rores oppugnet.

Potest iustus mortalem vitam agens a iustitia accepta excidere.

Nullus mortalium habet absque speciali reuelatione certitudinem fidei de propria iustitia.

Primum propositionem testantur Scripturae. Ezechielis enim xxxiii. dicitur: »quum recesserit iustus a iustitia sua, feceritque iniquita- »tes, morietur in eis.« Apostolus item ad Ephes. v. filios lucis, seu sanctos hortatur ad vitandum omne crimen: »hoc intelligentes, »quod omnis fornicator, aut immundus, aut auarus, quod est ido- »lorum seruitus, non habet haereditatem in regno Christi et Dei.« His vero, qui Spiritus Sancti templum sunt, in priore ad Corinth. iii. dicit: »si quis templum Dei violauerit, disperdet illum Deus.«

At-

(12) Cap. 6.

Atque cap. x. eiusdem Epist. omnes alloquens scribit: »qui se ex- »istimat stare, videat ne cadat.« Et in Euangelis Dominus ipse seminantis parabolam proponens, docet multos esse, qui credunt, sed ad instar seminis cadentis inter spinas, a sollicitudinibus, et diuitiis, et voluptatibus vitae euntes suffocantur, et non refe- runt fructum.

Patres quoque eandem veritatem tuentur. Ex his Cyprianus (1): »reptos, ait, de faucibus diaboli, et de laqueis saeculi liberatos »non debere denuo ad saeculum reuerti, ne perdant quod euaserint.« Hieronymus (2): »si peccauerimus, et per peccati Ianuam ingres- »sus fuerit diabolus, proinus Christus recedit.« Augustinus tandem (quem suum hac in re haeretici falso, ac contumeliose iactant) haec habet (3): »ex duobus autem piis cur huic donetur per- »seuerantia vsque in finem, illi autem non donetur, inscrutabilia »sunt iudicia Dei: . . . nonne vtrique a Deo creati, vtrique ex »Adam nati, vtrique de terra facti erant, et ab eo qui dixit, o- »mnem flatum ego feci, vnus, eiusdemque naturae animas acce- »perant? Nonne postremo vtrique vocati fuerant, et vocantem se- »quuti, vtrique ex impiis iustificati, et per lauacrum regeneratio- »nis vtrique renouati? Habet similia passim.

Quibus sane et Augustini mens perspicitur, et inuictissimum pro hac veritate amplius roboranda proponitur argumentum. Etenim si iustificatus non posset a recepta semel iustitia excidere, quilibet iustus acru perseueraret, atque non esset perseuerantia specialissi- mum Dei donum, nec teneretur iustus ad illam assiduis precibus petendam, nec esset caussa cur salutem suam cum tremore ope- raretur: at, vt docet diuina Scriptura, docent Patres, docet ex- perientia, plurimi iustorum non habent perseuerantiae donum, il- lud perere debent, et quamvis bene currant, timere, dum occultum est, quo perueniant: possunt igitur semel iustificati gratiam, et sanctitatem amittere.

Posteriorem adsertionem docent praeprimis Scripturae. Prouer- biorum enim xi. legitur: »omnis via viri recta sibi videtur: ap- »pendit autem corda Dominus.« Ecclesiast. ix. »sunt iusti atque sa- »pientes, et opera eorum in manu Dei; et tamen nescit homo v- »trum amore, an odio dignus sit; sed omnia in futurum seruan-

Bb 2

»tur

(1) De exhort. Martyrii.

(3) De dono perseu. cap. 9.

(2) Lib. ii. cont. Iouinian.

»tur incerta.« Apostolus in I. ad Corinth. iv. »nihil enim mihi
»consciis sum, sed non in hac iustificatus sum; qui autem iudicat
»me Dominus est. Itaque nolite ante tempus iudicare.« Quorum
quidem Apostoli verborum sensus est: etsi nullus criminis mihi cons-
cius sum, non propterea ab omni culpa sum immunis; nam forte
peccatum habeo, quod me habere nescio.

Hunc vero sensum assequutus est, exposuitque Augustinus, cor
hominis impenetrabili comparans abyso, ubi ait (4): »si profun-
»ditas est abyssus, puramus, quod cor hominis abyssus est. Quid
»est profundius hoc abyso? Abyssum invocant Sancti praedicator-
»res verbi Dei. Numquid est ipsi abyssus? Vt noueris quia abys-
»sus est ipsi, Apostolus ait; minimum est, ut a vobis iudicer,
»aut ab humano die. Quanta autem abyssus sit, audi amplius
»neque enim ego me ipsum iudico. Tantam ne profunditatem cre-
»ditis esse in homine, quae lateat ipsum hominem, in quo est?«
Haber similia Bernardus (5).

Accedant momenta ex ratione de prompta. Primum: ad iustifi-
cationem non solum requiritur diuina misericordia, meritum Christi,
et efficacia Sacramentorum; verum etiam conatus liberi arbitrii, ac
congruens humanae voluntatis dispositio; ergo si nefas est dubita-
re de illis, quae se tenent ex misericordia Dei, et Christi meritis,
arque institutione, ita si propriam infirmitatem respiciamus, pos-
sumus formidare, neque certi omnino sumus, nos Dei gratiam esse
consequutos; quia si in nosmetipsos animum vertamus, iusta ti-
moris causa occurrit.

Secundum: inanis illa haereticorum fiducia quemadmodum in-
fert certitudinem iustitiae, ita infert certitudinem perseuerantiae, et
diuinae praedestinationis: opinantur enim Heterodoxi hominem ius-
tificatum amplius peccare non posse, et certum illum esse de sua
mer praedestinatione, ut ex Tridentino constat (6). Atqui haereti-
corum fiducia non recte infert certitudinem perseuerantiae, ut demon-
stratum est; neque certitudinem praedestinationis, ut Augustinus do-
cet (7), et ex dictis colligitur: ergo illa haereticorum fiducia non re-
cte infert certitudinem iustificationis.

Consulto autem disimus in propositione *certitudinem fidei cum*
Sy

(4) In Psalm. xxi.

(5) Epist. xxiii. ad Archiep. Senon.

(6) Ex Cann. xv. et xviii. Sess. 6.

(7) De Dono Perseu. cap. 24.

Synodo Tridentina (8): enim duplex haec certitudo venit distin-
guenda, fidei, nimirum, et spei; qua distinctione constituta, omnia
omnino haereticorum sophismata euanescent. Est itaque fidei cer-
titudo illa, qua ob diuinae auctoritatem reuelationis catholicis ve-
ritatibus assensum praebemus; quumque veritates ipsae non pen-
deant ab vlla mutabili conditione, credi debent absque vlla animi
haesitantis fluctuatione. At spei certitudo illa est, qua bonam cons-
cientiam habentes, bonis operibus insudantes, in spem erigimur no-
bis repromissae retributionis. Haec autem spes non solum inicitur
diuinae promissioni, sed humano etiam studio, et diligentiae cum
gratia Christi adhibendae; quoniam Deus non absolute coronam pro-
missit, sed eam currentibus, atque certantibus promissit. Hinc com-
parate ad Deum Christiana spes erigitur, et roboratur, sed com-
parate ad hominis infirmitatem timore non caret. Id quoque de spe
iustorum in finem vsque perseuerandi tenendum est.

COROLLARIUM.

Igitur iuxta dicta haud possumus talem habere certitudinem, quae
omnem excludat haesitationem, absque speciali Dei reuelatione: qua-
lem felix latro, mulier peccatrix, alii item habuere; si vera est
quorundam opinio. Neque oppositum euincit Epistola ad Corinth. su-
perius laudata: tum quia haec scripta videtur circa annum Vul-
garis aerae xvii. tum etiam, quia potuit Paulus ex diuina reuelatione
discere, quod ex propria conscientia non potuerat. Verum in
eximia Sanctitatis viris potest esse certitudo moralis, et spei, quae
ex bonorum operum frequentia, ac conscientiae tranquillitate ori-
tur. Hanc tantum certitudinem spei aliqui ex Patribus commendant.

CAPVT VIII.

Impta Nouatorum mens deligitur. Quae obiectant diluuntur.

Has vero iustificationis proprietates adsignant Heterodoxi, scilicet,
indemutabilem persistentiam in bono, firmissimam certitudinem,
et aequae magnam in singulis dignitatem. Quas nos non aliunde pro-
fluere iudicamus, quam ex detestando dogmate, quod sola fiducia
iustificet, eaque sit immobilis, atque inextinguibilis, neque statui
debeat inhaerens iustitia augmenti capax. Itaque post antiquos Iou-
nia

(8) Sess. vi. cap. 9. et Can. xv.

niani et Pelagii errores, quorum damnatum dogma fuit, amitti non posse gratiam per baptismum susceptam, docuit Calvinus (1), in electis omnibus, quantumvis exigua fides sit, certam haberi salutis arrham; ac tenui illi fidei aequalem tribuit iustitiam; eo quod ut Vindelinius explicat, iustitia Christi per fidem apprehensa aequaliter impuretur. At nonnulli haeretici, praesertim Lutherani, peccatum Apostasiae excipiunt: in quod si quis animo prorsus libero, nec perterritus metu impendentis mali, neque spe mellioris fortunae allectus labatur, dicatur peccare in Spiritum Sanctum, neque habere remissionem in hoc saeculo, neque in futuro.

Quoniam autem conqueruntur haeretici complures iniuria a catholicis accusari, quod adserant, semel iustificatos non posse vilo modo peccare: illud hic addendum est, videlicet, in quo conueniant, atque etiam in quo discordent. Itaque ex illis quidam fatentur, iustos grauissima scelera patrare, et libertatis exercitio destitui: nonnulli haud denegant, quandoque hominem iustificatum ita iustitiam et sanctitatem deperdere, ut in reatu mortis aeternae permanent, donec respiciat: putant tamen iustos omnes ad poenitentiam post scelera adduci, quia licet actu iniquitatem operentur, habitudine retinent fidem, et charitatem, quae semen sunt aeternae vitae. Annon ita sentientes, velut a vera aberrantes doctrina, iuste nos persequimur? Nonne male illi conqueruntur de nobis, quum reuera sic sentiant?

Atque eorum execranda mens, et intellectus, ut plenius innotescant, quae pro suis dogmatibus congerunt argumenta in examen vocemus. Argumentantur vero illi aduersus priorem nostram adseritionem ex Scripturis. David, aiunt, in Psalm. xxvi. de homine iusto scribit: »quum ceciderit non collidetur.« Et Psalm. cxviii. »non enim qui operantur iniquitatem, in viis eius ambulauerunt.« Item Hieremiae xxxiii. de gratia noui Testamenti scriptum est: »iustitiam meam dabo in corde eorum, ut non recedant a me.« Deinde Matth. vii. legitur: »non potest arbor bona malos fructus facere.« Et in I. Ioann. Epist. »omnis qui natus est ex Deo, peccatum non facit, quoniam semen ipsius in eo manet, et peccare non potest.« Rursus: »omnis qui in eo manet, non peccat.« Insuper de charitatis perfectione legimus Cantic. vii. »aquae multae non potuerunt extinguere charitatem.« Et Ioann. iv. »qui be-

(1) Lib. iii. Institut. cap. 1.

»berit ex aqua, quam ego dabo ei, non siet in aeternum.« Demum: in I. ad Corinth. »charitas numquam excidit.« Ex quibus omnibus inuicte, suo quidem iudicio, demonstrari dicunt, semel iustificatos minime ab accepta iustitia excidere posse.

Argumentantur praeterea ex Patribus. Gregorius (2), inquit, videtur affirmare quod charitas numquam otiosa sit, sed stabilis, operatrix, et perseuerans, Augustini deinde quaedam loca, quaeque difficilia explicatu iudicant, obiectant. Videlicet: »unctionis Sacramentum virtus ipsa inuisibilis: vinctio inuisibilis Spiritus Sanctus: vinctio inuisibilis charitas illa est, quae in quocumque fuerit, tamquam radix illi erit, quamvis ardente sole arescere non potest. »Omne quod radicatam est, nutritur calore solis, non arescit (3).« Et: »radicata charitas est, securus esto, nihil mali procedere potest (4).« Haec contra primam veritatem proponunt.

Contra secundam vero ex Sacrarum Scripturarum armentario haec sumunt: in I. Ioann. Epist. legimus: »qui credit, habet vitam aeternam.« Apostolus ad Rom. vi. scribit: »iustificati ergo ex fide pacem habeamus ad Deum.« Item: »ipse . . . spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quod sumus filii Dei.« Demum: »certus sum, inquit, quia neque mors, neque vita, neque Angeli . . . neque creatura alia poterit nos separare a charitate Dei.« etc. Ex quibus inferunt, hominem semel iustificatum aeternam vitam firmissima in Christum fiducia apprehendere, idque se certissime ex Spiritus Sancti praesentia noscere.

Sed facilis est ad omnia haec responsio. Ad primum primi ordinis, scilicet ex Psalm. xxxvi. deprimunt, sunt qui dicant Theologi, sermonem ibi de iustis haberi, qui peccandi pericula sedulo vitantes, peccata quidem leuia committunt, sed gratiae adiutorio a turpioribus abstinent, atque praeseruantur. Nobis tamen placet respondere, loqui regium Psalmem de huius vitae tribulationibus, quibus si manum suam Dominus supponat, iustorum animus minime frangitur. Augustinus hanc nos responsionem docuit, ubi dicit (5): »contingit illi ut aliquam tribulationem patiatur, aliquam exhonorationem, aliquam contumeliam, aliquam afflictionem, aliquam damna, et cetera, quae abundant in vita ista; proponat sibi Dominum suum quanta genera tentationum passus est, et non conturbabitur cum ceciderit.«

Ad

(2) Hom. v. in Ez. ch. et alibi saep.

(3) Tract. lxxi. in Epist. I. Ioann.

(4) Tract. viii. in eandem Epist.

(5) Serm. lxx. in eod. Psalm. num. 17.

Ad secundum quod ex Psalm. cxviii. sumtum est, occurri a Theologis consuevit, dicendo, ibi tempus praeteritum pro praesenti poni: adeo ut sensus sit: qui operantur iniquitatem, non ambulant in vils eius. Hac tamen intelligentia minime despecta, sic cum Augustino aptius respondemus (6): »si ambulant, non operantur iniquitatem; si non operantur iniquitatem, non habent peccatum, quia peccatum iniquitas est.« Qui ergo peccatum facit, iniquitatem habet, non iustitiae, ac sanctitatis ornamentum.

Ad verba Hieremiae hoc sit responsum: quod de gratia actuali, nequaquam de habituali, ea sunt intelligenda: scilicet, de gratia, quae facit ut faciamus, et quandoque iustus deest. Ita sentit et demonstrat Augustinus (7).

Locus ex Matthaei vii. depromptus sic exponendus venit, ut dicamus, iustos esse arborem bonam, quatenus habent charitatem, et bonam voluntatem, quae bonorum omnium radix est: vnde procedit producti fructus malus, qui a mala voluntate et cupiditate procedit. Solutio est Augustini (8). Idem est verborum Ioannis sensus, nempe, qui natus est ex Deo, et in se semen eius habet, peccare non potest, quoniam peccatum a voluntatis malitia totum est, nullo modo a gratia. Hinc recte ipse Augustinus scribit (9): »in quantum in ipso manet, in tantum non peccat.«

Quod ex Canticis adducitur, verum vndequaue noscimus, videlicet, quod aquae multae charitatem extinguere non possunt. Verum de iustis ea sibi dicere sunt, vel de Christi Ecclesia, secundum receptissimas Sacrorum Interpretum observationes. Quod si de iustis sermo est, gratia sanctificans superat omnes cupiditatis impetus, dummodo actualis adsit gratia, nec obsistat huic libera voluntas. Si vero de Christi Ecclesia loquuntur, nequeunt sane aquae multae charitatem extinguere: siquidem neque haeresibus ingruentibus, neque persecutionibus saeculentibus, neque malis aliquorum moribus vigentibus Christus Ecclesiam suam deserit, quam sanguine suo adquisiuit. Quod autem legitur Ioann. iv. accipiendum est conditionate, nimirum, si semel iustificatus viuae aquae fontem in vitam salientis aeternam non deserat. Nam ideo Dominus per Hieremiam loquens cap. xvii. dixerat: »dereliquerunt fontem aquarum

(6) 1m. ii. in eundem Psalm. cap. 6.

Num. 1.

(7) Lib. iv. cont. duas Epist. Pelag.

(8) De Christi Gratia cap. 18.

(9) Tract. iv. in I. Ioann.

»viuentium;« quoniam plures fontem aquarum viuentium peccato deseruissent.

Possemus insuper huius aquae nomine Baptisma, et noui Testamenti doctrinam intelligere, quorum vnum non iteratur, altera perpetua est, et in vitam aeternam salit. Idque eo maiori momento ducti intelligere possemus, quod sciamus, Christum Dominum, aquae comparatione, quam mulier Samaritana e puteo hauriebat, et illius, quam idem semel ebibendam exhibuit, vsum ad praedicandum Euangelium, et fidem Reparationis fuisse.

Possemus item cum Augustino (10) laudatum locum ad Sanctorum beatitudinem referre, de qua in Psalm. legitur: »apud te est fons vitae.« Et: »satiabimur, quum apparuerit gloria tua.« Necnon: »inebriabuntur ab vbertate domus tuae.«

At Apostolus ad Corinth. scribens, demonstrat praecellentiam charitatis supra fidem, et spem, ac reliqua etiam Dei dona, ex quo charitas in hac vita diligenter custodita remaneat in Patria: superaddit enim: »sive prophetae euacuabuntur, sive linguae cessabunt sive scientia destruetur. Ex parte enim cognoscimus, et ex parte prophetamus. Quum autem venerit quod perfectum est, enacuabitur quod ex parte est.« ceter. Posse vero charitatem in hac via amitti Paulus ipse docet in I. ad Thessalon. v. aliisque in locis.

Auctoritatem Gregorii rectissime interpretatur S. Thomas dicens (11): haec attributa conuenire charitati, quatenus a Deo procedit, non prout a suscipiente recipitur. Addens praeterea, Gregorium duntaxat eo loco agere de charitate electorum, quam appellat permanentem, quia in patria numquam excidit, et quatenus ubi charitas est, est etiam Spiritus Sancti gratia: quae tamen cum habitibus, et officiis ceterarum virtutum non semper coniuncta est.

Quae ex Augustino deprompta sunt loca, neque difficilia, neque Augustini sententiae alibi expressae contraria sunt. Quae duo extrema sic euincere pergimus. Augustinus (12) haec Ioann. verba exponens: »haec scribo vobis de his, qui vos seducunt, ut sciamis quia vnctionem habetis, et vnctio quam accepimus ab eo, permanet in nobis;« ita illa interpretatur, ut non debeamus timere qui nos seducere tentant, aut bona temporalia promittendo, aut varia tormentorum genera minitendo. Eius verba damus: »nemo, in-

Tom. III.

Cc

»quit,

(10) Tract. xv. in Ioann.

(11) In Tertio Sent. distin. xxxi.

Et Secunda Secundae, quaest. 24.

(12) Tract. 3. in Epist. Ioann.

„quit, vos seducat ad mortem; promissionem vitae aeternae de-
siderate. Quid potest mundus promittere? Quidquid promittit, for-
tassis in crastino morituro promittit. Et qua fronte ad illum qui
manet in aeternum, exiturus est? Sed quid minatur mihi potens
homo, ut aliquid mali faciam? Quid minatur? Carceres, ca-
tenas, ignes, tormenta, bestias, numquid ignem aeternum?“

Itaque quum et Ioannes, et Augustinus iustos ut in charitate per-
maneant hortentur, inde consequens fit, posse illos Spiritus Sancti
unctionem amittere. Ergo quando Augustinus dicit: *quamvis ar-
dente solo non arescere*, non id dicit eo sensu, quod charitatem
ipsam non arescere sentiat; sed hoc tantum, quod non arescat, quod
in charitate radicatum est. Quod in idem reddit, ac si diceret, de-
perdi ea omnia quae fallaci bonorum temporalium spe, aut serui-
li hominum timore ducti operamur; permanere autem charitatis fru-
ctum, etiam post mortem.

Eodem modo exponendus alter Augustini locus. Distinguit enim
ibi S. Doctor inter opera, quae bona videntur, sed fiunt superbia,
vel inani cupiditate, et opera, quae ex radice dilectionis procedunt,
atque affirmat, prioris generis opera bona esse neququam posse; se-
cundi mala numquam esse: sed charitatem esse in hac vita inde-
murbabilem non adserit Augustinus. Sic loquitur: „radicata est cu-
piditas, species potest esse bonorum factorum, vere opera bona
esse non possunt. Radicata est charitas, securus esto, nihil ma-
ius li procedere potest.“

Ad argumenta vero quae secundam propositionem oppugnabant,
soluta progredientes, primum sic enervamus: Ioannis scopum esse
dicimus, Parthos, ceterosque fideles ad fidem Incarnationis, et
Christi diuinitatis hortari; nam sola haec fides charitati coniuncta
ad vitam aeternam perducit. Hinc qui credit, spe vitam aeternam
habet, iureque adoptionis.

Apostoli autem verba ad Rom. imperite nimis ad stabilendam
iustificationis certitudinem haeretici detorquent. Paullus enim per
pacem reconciliationem, et gratiam, neququam infallibilem huius gra-
tiae notitiam significat.

Quae deinde ex cap. viii. eiusdem Epist. desumunt, hoc pacto
explicamus: ex Apostoli verbis hoc unum colligi, scilicet, Spi-
ritum Sanctum perhibere iustis testimonium, quod sint filii Dei; non
enim Spiritus Sanctus inhabitans datur nisi iustis. Verum non dicit

cit Apostolus quod iustis ipsis testimonium Spiritus Sancti sit in-
fallibiliter notum: neque enim valent iusti, et amici Dei certis in-
dicis discernere, num testimonium conscientiae sit Spiritus Sancti,
vel spiritus praesumptionis. Ergo inhabitat Spiritus Sanctus in corde
iustorum; huius testimonium verax est; sed quemadmodum illa in-
habitatio cognoscitur solis coniecturis, scilicet, absolutione sacra-
mentali, et bona conscientia; ita per solam probabilem coniecturam
agnoscere possumus, num quod redditur spiritui nostro sit testimo-
nium Spiritus Sancti. Quod si Spiritus Sanctus expresse testificetur,
aut peccatorum remissionem per specialem reuelationem, aut verita-
tem fidei per miraculorum euidetiam; fatemur huic testimonio
fidem firmissimam adhibendam esse.

Postremi testimonii nulla est consequutio. Non enim aliud Apo-
stoli verba ibi relata sonant, quam animi propositum: vnde Hiero-
nymus legit (13): „confido enim.“ cett.

COROLLARIUM.

Ex praecedentibus autem sequitur, nihil posse absurdius excogi-
tari ac aequalis illa ab haereticis praetensa dignitas in omnibus iu-
stis. Principio siquidem, quum sanctitas forma animae inhaerens sit,
haud fieri potest, quin augmentum per pietatis opera accipiat, dis-
positione maiori accedente, perfectiorque euadat. Hoc insuper testan-
tur diuinae Scripturae. Dicitur enim Proverb. iv. „iustorum semita
quasi lux splendens procedit, et crescit vsque ad perfectum diem.“
Item Paullus ad Philipp. i. scribit: „hoc oro, ut charitas vestra
magis, et magis abundet in scientia, et in omni sensu.“ In po-
stremo Apocalypseos legimus: „qui iustus est, iustificetur adhuc,
et sanctus sanctificetur adhuc.“

Testatur idipsum Ecclesia sic Deum exorans Dom. xiii. post
Pentecosten: „omnipotens sempiternus Deus da nobis fidei, spei, et
charitatis augmentum.“ cett. Testatur tandem Concilium Tridentinum
definiens (14): „si quis dixerit, iustitiam acceptam non con-
seruari, atque etiam augeri coram Deo per bona opera, sed ope-
ra ipsa fructus solummodo et signa esse iustificationis adeptae,
non autem ipsius augendae causam, anathema sit.“

LIBER VII.

Qui de legibus mores humanos dirigentibus agit.

CAPVT I.

Legis vocabulum exponitur. Multiplex etiam legum partitio datur.

Diuinae gratiae exposita natura, de legibus ordinate agendum venit; alio scilicet hominibus constituto medio, quo in finem suum dirigerentur. Parum autem de nominis derivatione solliciti, an scilicet a ligando, an a prius a legendo legis nomen fuerit deriuatum, ad eiusdem declarandam essentiam venimus. Est ergo Lex auctore Cicerone (1) «recta ratio imperandi et prohibendi.» Secundum Scholae Theologos «praescriptum aliquod ab eo, qui communitatis curam gerit, ad commune bonum directum, et subditis intimatum.» Traditur et vulgaris haec alia definitio: «Lex est, mensura actuum humanorum, per quam ad id, quod rectum est agendum, et ad id quod prauum est omittendum diriguntur.»

Lex autem alia est naturalis, alia positua. Naturalis rursus alia est aeterna, alia participata. Prima est rectus vniuersorum ordo a Dei sapientia et providentia prorsus indistinctus; vel vt Tullius tradit: «aeternum quiddam, quod vniuersum mundum regit, imperandi, prohibendique sapientia.» Secunda est ipsa naturae via, et ratio prudentis; seu ipso Tullio auctore: «non scripta, sed nata lex, quam non didicimus, accepimus, legimus, verum ex natura ipsa arripimus, hausimus, expressimus; ad quam non docti, sed facti, non instituti, sed imbuti sumus.»

Lex rursus positua, ea videlicet, quae ab institutione libera legislatoris dependet, eiusque arbitrato constituitur, in diuinam et humanam communiter diuiditur. Ac diuina alia est antiqua, quam Moysi libri comprehendunt, alia noua, quae in noui Testamenti libris, maxime in Euangelis, continetur. Humana autem ea est, quam

(1) Lib. 1. de Legibus.

homines ferunt; et alia quidem est ecclesiastica, ciuills altera. Prior Pontificum decretis, Concilliorum definitionibus, communibus Patrum sententiis, et perantiqua Ecclesiae disciplina constituta est: posterior in Imperatorum statutis, Republicae constitutionibus, ac populorum consuetudinibus posita est. Haec est generalis Legum partitio.

Illud autem, erga quod leges versantur Ius dicitur: quod diuiditur quoque in naturale, posituum, diuinum, humanum, canonicum, et ciuile, iuxta traditas legum diuisiones. At Vlpianus ius insuper partitur in publicum, et priuatum (2). Illud esse existimat, quod ad statum rerum Romanorum pertinet; istud vero aliud esse naturale, aliud gentium, aliud ciuile arbitratur. Ceterum haud placet Iurisperitis haec Vlpiani diuisio, quod ius naturale in loco infimo, Romanum vero in supremo locetur. Nec id solum Vlpianus in ea peccat; quandoquidem et brutis ipsis ius naturale commune facit; quod certe non nisi improprissime dici valet: licet enim et inter bruta, ac res creatas omnes forma quaedam regimini sit, rerumque agendarum mensura, tamen ratione bruta carent, quae anima Legis absdubio est.

Hinc aridet magis naturale ius in primaetium, secundarium, et personale, seu locale diuidere. Primaetium illud est, quod pertinet ad ipsam naturae rationalis constitutionem; scilicet, quo praecipuntur mura hominum dilectio, connubia, filiorum educatio, cultus parentum, aliaque humanae societatis officia, quae etiam non peccante Adamo obrinuissent. Secundarium est, quod vsu, et humanis necessitatibus exigentibus constitutum est; potissimum ob diuisionem familiarum, ac incommodis ex humani generis foedati propagatione erumpentibus. Hoc iure inducta sunt regnorum diuisiones, iura belli, et pacis, emtio, venditio, ceteraque his similia, atque omnibus promiscue communia. Hinc appellatum ius istud a Iustiano (3) ius gentium. Ius tandem personale, aut locale, conditionem particularium personarum, vel locorum respicit. Loca censentur Regna, Prouinciae, Ciuitates, aut Oppida, quae certis quidem statutis reguntur. Homines autem sunt, aut liberi, aut serui. Priores ius habent *sic, vt volunt, facere*, ait Cicero (4): posteriores aliorum dominio subiacent, atque optime mancipia dicuntur, tamquam ab hostibus manu capiuntur. Verum nec liberis hominibus liberum semper

(1) Lib. 1. §. de Iustit. et Iure.

(2) Lib. 11. Instit. tit. 1.

(3) Lib. 1. de Officiis; et in Paradiso v.

per est pro suo arbitratu operari; sed tamen liberi, et illi legibus superiorum obstringuntur. Ait enim Apostolus ad Galatas iv. » et paruulus haeres nihil differt a seruo. « Et: » Pater assiduatur illi flagella, vt et seruis, « legimus Ecclesiast. xxx. Nempe omnia Gentium ac personarum iura a suprema lege, aeterna scilicet, et naturali, cui subduntur omnes, emanauerunt.

CAPVT II.

De lege aeterna pertractat, atque ab ea omnes deriuari ostendit.

Lex aeterna vere lex est, ab eaque omnes iustae leges emanant.

Quantum ad priorem propositionis partem attinet, eam esse Ss. Augustini et Thomae mentem aperte scimus. Horum primus his verbis sese prodit (1): » lex aeterna, inquit, est summa ratio, cui semper obtemperandum est. « Et etiam (2): » lex aeterna est ratio diuina, vel voluntas Dei ordinem naturalem conseruari iubens, perturbari verans. « Secundus autem his aliis (3): » manifestum est . . . supposito quod mundus diuina prouidentia regatur . . . quod tota communitas vniuersi gubernetur ratione diuina. Et ideo ipsa ratio gubernationis rerum in Deo, sicut in Principe vniuersitatis existens, legis habet rationem. Et quia diuina ratio nihil concepit ex tempore, sed habet aeternum conceptum, vt dicitur Prouerb. viii. inde est, quod huiusmodi legem oportet dicere aeternam. « Habet similia passim (4).

Hanc praeterea aeternam Dei legem solo natiuo lumine Ethnici Scriptores assequuti fuerunt. Omnium loco Tullius sic, cuius haec sunt verba (5): » hanc video sapientissimorum hominum esse sententiam; legem, nec hominum ingenii excogitatum, nec scitum esse aliquod populorum, sed aeternum quiddam, quod vniuersum mundum regit, imperandi, prohibendique sapientia. «

Theologica demum ratio id omne firmat. Est enim lex aeterna,

(1) Lib. i. de lib. arb. cap. 6. (4) Laudata quaest. Et in v. de veritate.
 (2) Lib. xii. cont. Faust. cap. 27. rit. art. 1. ad 6.
 (3) Secunda Secundae, quaest. xci. (5) In II. de legibus.
 art. 1.

ex cuius participatione omnes aliae dicuntur leges; adeo vt legum aliarum omnium mensura, regula, et exemplar audiat: non ergo lex illa per denominationem, et analogiam ad temporales leges est, sed potius istae per denominationem ab illa leges sunt; proinde si hae vere sunt leges, potiori titulo illa erit.

Sed sunt in lege Dei aeterna duae rationes distinguendae: vna scilicet respectu creaturarum irrationalium, altera respectu hominum, et Angelorum. Et quidem prioris ratione habita, sicut in eiusmodi creaturis obedientia tantum improprie dicta reperitur, ita et lex metaphorice appellatur ipse perpetuae gubernationis ordo. Ast compare ad creaturas rationales veram illa, propriamque legis rationem habet, cui vera ac propria obedientia respondet; scilicet obtemperatio animi suam libertatem retinentis. Nec tamen necessum fuit legem hanc ab aeterno promulgari, sed hoc tantum, vt institueretur vim suam in rerum creaturarum conditione habitura. Verum et promulgationem ex parte Dei illam habuisse ab aeterno in Scriptura libri vitae, et in Verbo Diuino, S. Thomas docet (6). » Nam promulgatio fit, ait Dr. Angelicus, et verbo, et scripto: et utroque modo lex aeterna habet promulgationem ex parte Dei promulgantis: quia et Verbum Diuinum est aeternum, et Scriptura libri vitae est aeterna. Sed ex parte creaturae audientis, aut insipientis non potest esse promulgatio aeterna. «

Neque hinc tamen sequitur, quod solus Pater aeternus legem tulerit aeternam ac promulgauerit, quum solus ille Verbum dixerit aeternum; vt sophisticè S. Thomae doctrinam oppugnans Vasquezius scribebat. Nam sicut licet omnia per Verbum facta sint, et solus Pater Verbum produxerit, non tamen ideo dicuntur omnia a Patre facta, tanquam persona ab aliis distincta, quia non omnia facta sunt per Verbum secundum sibi propria, et personalia, sed secundum essentialia et communia; ita licet lex aeterna a Patre per Verbum promulgata fuerit, et solus Pater sit Verbi principium, sed tamen non secundum personalia, sed communia, videlicet, vt Legislator.

Atque his positis locum non habent plurima ab antiquis Scholasticis disputari solita; veluti, num aeterna lex sit idea rerum existens in mente Dei, quod affirmare, contendunt, S. Thomam (7) vbi

(6) Prima Secundae, quaest. xcii. (7) Ibidem quaest. xciii. art. 1. art. 1. ad 1.

vbi docet, legem aeternam esse rationem gubernationis rerum in Deo: hanc etiam gubernationem rerum in Deo esse ideam (8). Est Vasquezius ipse, qui ita argute ratiocinatur. Sed si S. Thomam serio consulisset homo ille, adiuuisset quantum in huius sententia aeterna lex, et ideae in Deo differant. Ea tantum dabimus, quae S. Doctor scribit (9), vt ostendar, quod etsi, vt Augustinus docet (10), rationes rerum in Deo sint plures; singula enim fecit Deus propriis rationibus; vna tamen sive lex aeterna. Habet enim: „quod Augustinus loquitur ibi de rationibus idealibus, quae respiciunt proprias naturas singularium rerum, et ideo in eis inuenitur quaedam distinctio, et pluralitas secundum diuersos respectus. . . . sed lex dicitur directiua actuum in ordine ad bonum commune, ut supra dictum est. (11). Ea autem quae sunt in se ipsis diuersa, considerantur vt vnum secundum quod ordinantur ad aliquid commune: et ideo lex aeterna est vna, quae est ratio huius ordinis.“

Ex quibus liquido constat, diuinae legis diuersitatem ab ideis diuinis consistere etiam in hoc, quod istae, quum dicantur per respectum ad species, et singulares rerum naturas, quae Dei imitationes sunt, quodammodo saltem ratione distinguuntur, et multiplicantur: lex autem aeterna non sic dicitur per respectum ad res particulares, vt inuicem propriis rationibus distinctas, sed vt omnes respiciunt commune bonum: hinc vna est.

Falsum praeterea est, S. Thomam docere ideam esse rationem gubernationis rerum. Docet quidem, quod idea sit ratio existens in Deo: at non ratio rei gubernandae, sed rei faciendae: seu ratio, ad cuius similitudinem res facienda est: vnde ratio ideae in Deo praesupponitur ad legem aeternam: prius enim concipitur ratio faciendi rem, quam ratio eam iam factam gubernandi: sicut in re creata prius supponitur creatio, quam eiusdem gubernatio.

Posteriorem propositionis partem testantur primo Scripturae. Legitur enim Proverb. viii. „per me reges regnant, et legum conditores iusta decernunt. Per me principes imperant, et potestates decernunt iustitiam.“ Item Ioann. xix. Christus inquit Pilato: „non haberes potestatem in me vllam, nisi tibi datum esset desuper.“ Et Paulus ad Rom. xiii. ait: „non est potestas nisi a Deo. . . . itaque qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit.“

Te.

(8) Prima Parte, quaest. xv.

(10) Lib. 87. quaest. 46.

(9) Prim. Sec. q. 93. art. 1. ad 1.

(11) Quaest. xc. art. 2.

Testantur eandem veritatem Patres. Augustinus vbi scribit (12): „simul (inquit Euodius alloquentes) etiam te videre arbitror in illa temporali (lege) nihil esse iustum, arque legitimum, quod non ex hac aeterna sibi homines deriuant.“ Et vbi ait (13): „conditor tamen legum temporalium, si vir bonus est, et sapiens, illam ipsam consulit aeternam, de qua nulli animae iudicare datum est, vt secundum eius incommutabiles regulas quid sit pro tempore iubendum, verandumque discernat.“ Tertullianus his verbis Gentiles compellat (14): „sciat, ipsas quoque leges vestras, quae videntur ad innocentiam pergere, de diuina lege, vt antiquioris formae mutatas.“ Clemens Alexandrinus probat, id fuisse omnibus exploratum (15), ex fabulis Ethnicorum, quae narrant Minotem ad Iouis antrum venientem per nouem annorum circulum, leges ab ipso Ioue accepisse; Lycurgum pariter ab Apolline, quem frequenter adibat apud Delphos; Zaleucum Locrorum leges accepisse a Minerua Plato et Aristoteles tradiderunt. Alia item his similia scripta sunt.

Demum, S. Thomas eandem veritatem probat hoc discursu (16): in omnibus mouentibus ordinatis virtus secundi mouentis deriuatur a virtute primi mouentis: atqui lex aeterna est primum mouens in genere legum, quum sit ratio gubernationis in supremo Gubernante mouens, et dirigens omnes actus, et motiones ad debitum finem: omnes autem ceterae leges dirigunt, ac mouent tamquam secunda mouentia: ergo omnes aliae leges a lege aeterna deriuantur.

Tribus autem modis leges deriuantur a lege aeterna. Primo, vt a causa exemplari, quum nulla sit iusta lex nisi aeternam imitetur, eique conformetur. Secundo, vt ab efficiente: quatenus omnis potestas inferiorum Legislatorum datur illis per legem aeternam. Vnde Augustinus inquit (17): „non tribuimus dandi Regi, Imperique potestatem, nisi Deo vero, qui dat felicitatem Regni Coelorum piis, Regnum vero terrenum, et piis, et impiis, sicut ei placet, cui nihil iniuste placet.“ Tertio, deriuantur leges reliquae a lege aeterna medio lumine naturalis rationis, vel fidei praecipiente vt quaedam constituantur, ac fiant leges, diuersis temporum, locorum, ac personarum circumstantiis accommodatae.

Tom. III.

Dd

Nec

(12) Lib. 1. de lib. arb. cap. 6.

(15) Lib. 1. Stromat.

(13) Lib. de Vera Relig. cap. 31.

(16) Prim. Sec. quaest. xciii. art. 3.

(14) In Apologetico.

(17) Lib. v. de Causa Dei cap. 21.

Nec aduersum dicta obstat quod opponi solet; legem nempe aeternam esse immutabilem, et subditos iure diuino obligare; quae duo humanae legi non conueniunt. Enim sicut caussa prima independens est, modumque operandi longe a causis secundis diuersum habet, et tamen ab illa secundae causae vim suam effectricem, naturamque habent; ita aeterna lex summe inuariabilis est, neque potest alicui potest deuolui; et tamen ab ea leges singulae emanant, quae mutationi quandoque subiacent. Et huius rei causam opinamur, quod prima caussa efficit in aliis vim agendi, actionem, et modum actionis, vt haec necessario, haec contingenter, scilicet pro sua quaeque caussa natura operetur. Et lex Dei aeterna reliquas peculiare enititur leges, vt vnaquaeque obliget secundum dignitatem, et naturam suam, nempe, naturalis naturali iure, humana iure humano.

Neque insuper obstat, quod si humana lex ab aeterna deriuaretur, non iuste permitteret quod ista prohibet: at Augustino teste (18); «lex quae populo regendo scribitur, recte multa permittit, quae per diuinam prouidentiam vindicantur.» Nam vt docet S. Thomas (19) «lex humana dicitur aliqua permittere, non quasi approbans, sed quasi ea dirigere non potens. Multa autem dirigitur, diuina lege, quae dirigi non possunt lege humana; plura enim subduntur causae superiori, quam inferiori. Vnde hoc ipsum quod lex humana non se intromittit de his quae dirigere non potest, ex ordine legis aeternae prouenit: secus autem esset, si approbaret ea, quae lex aeterna reprobat. Vnde ex hoc non haberetur quod lex humana non deriuetur a lege aeterna, sed quod non perfecte eam assequi possit.»

Nec item obstat dicere, quod si etiam humana lex ab aeterna deriuaretur, ab eaque vim obligandi participaret, iure illa diuino obligaret; non enim alia ratione sic lex naturalis, et positua obligant. Non inquam et hoc obstat. Lex siquidem naturalis, et diuina positua ideo iure diuino obligant, quia Deum auctorem immediatum habent; lex quidem naturalis Deum animae rationalis conditorem, ac luminis naturalis impressorem: lex vero positua Deum sui constitutorem, atque edictorem, nulla alterius creaturae legislatiua auctoritate interueniente; tametsi aliquid ipsius creaturae ministerium in promulgatione possit interuenire. At humana lex om-

(18) Lib. 1. de lib. arb. cap. 5.

(19) Vbi supra ad 3.

omnis ab homine nedum proponente, vel promulgante, sed et propria auctoritate, licet a Deo participata, constituente conditur. Alia his similia facile admodum solui poterunt.

APPENDIX.

Legi autem Dei aeternae creata omnia esse subiecta, siue necessaria illa sint, siue contingentia, inter res exploratas constitutasque ponendum est. Vel vnus Augustinus testis erit locupletissimus vbi haec de summo Deo scribit (20): «qui dedit carni originem, pulchritudinem, valetudinem, propagationis foecunditatem, membrorum dispositionem, salutem, concordiam; qui et animae irrationali dedit memoriam, sensum, appetitum, rationem; qui autem insuper mentem, intelligentiam, voluntatem; qui non solum Coelum, et terram, nec solum Angelum, et hominem, sed nec exigui, et contemibilibis animantis viscera, nec aus penulam, nec herbae flosculum, nec arboris folium sine suarum partium conuenientia, et quadam veluti pace deteliquit; nullo modo credendus regna hominum, eorumque dominationes, et seruitutes a suae prouidentiae legibus alienas voluisse.»

Et quidem, vt ratione id etiam commonstremus, omnes creaturae aut naturali quadam necessitate operantur, aut contingenter. Si necessitate operantur, cum suis effectis diuina dispositione, eaque firmissima connectuntur, et vt Augustinus aiebat (21), «nihil a legibus summi Creatoris ordinatisque subtrahitur, a quo pax vniuersitatis administratur.» Quae vero contingenter operantur, aut naturalia sunt, aut libera. Quod si naturalia, diuina certe ordinatione reguntur, dicente Regio Psalmista Psalm. cxxviii. «ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarum, quae faciunt verbum eius.» Et Euangelista cap. viii. «venti et mare obediunt ei.» Si vero agentia libera sunt, haec vel bene, vel male agant. Si autem bona operantur, a Deo dirigente, ac mouente haec sunt, sin vero mala, a Deo permittente. «Nihil enim fit visibiliter, et sensibiliter, quod non de invisibili et intelligibili summi Imperatoris auctoritate aut iubeatur, aut permittatur, secundum ineffabilem iustitiam praemiorum, atque poenarum, gratiarum et retributionum in ista totius creaturae amplissima quadam, immensaque Republica, vt Augustinus loquitur (22).

Dd 2

Quae

(20) Lib. v. de Ciuit. Dei cap. 11.

(21) In Sententiis a Prospero colle-

(22) Lib. xix. de Ciuit. Dei cap. 12. etis.

Quae autem opponi possent ex aduerso argumenta non sunt huiusmodi, vt vel in medio cursu nobis motum cohibeant: ex his enim quae dicta sunt, solui valent. Potissimum, quae de contingentibus vrgent, vt legem eisdem non posse intimari suadeant, veluti quod libertate careant, quod ratione sint destituta, praetermitti debuerunt. Diximus enim supra, comparate ad irracionales creaturas haud esse requirendam intimationem in lege, quemadmodum nec obedientiam proprie dictam in eiusmodi creaturis. Ad alia,

CAPVT III.

Iuris naturae primam existentiam, essentiam, ac praecepta, demonstrat, considerat, designat.

Datur naturalis lex, eaque est legis aeternae in mente hominum transcriptio.

Naturalis legis praecepta duo haec sunt, dilectio Dei, et proximi.

Primam prioris adsertionis partem demonstrant apertissime Paulli verba ad Rom. ii. scribentis: „quum enim gentes, quae legem non habent, naturaliter ea quae legis faciunt, eiusmodi legem non habentes ipsi sibi sunt lex. Qui ostendant opus legis scriptum in cordibus suis, testimonium reddente illis conscientia ipsorum, et inter se inuicem cogitationibus accusantibus, aut etiam defendentibus.“

Plurima huc spectantia collegit Cassianus (1). Ex his sunt, Abelem naturali instinctu, et absque aliqua scripta lege Deo sacrificium de primitiis ontium offerri debere didicisse: Noënum discreuisse animalia munda ab immundis absque aliquo legis mandato: Henochum naturali ductum lege coram Domino ambulasse: Semum quoque et Iaphetum ex eadem lege hausisse non reuelandam Patris sui turpitudinem: Abrahamum ea ipsa lege ductum decimas obtulisse: Lothum humaniter hospites, et peregrinos excepisse: Iobum tandem huius vitæ incommoda mirabili patientia pertulisse: haec sane legem quamcumque scriptam excludant prorsus; non ta-

men

(1) Collat. viii, cap. 23.

men Dei gratiam, de qua non ita recte Cassianus, vt suo loco diseruimus.

Huius etiam naturalis legis existentiam, et fassus est, et testatus Augustinus, dicens (2): „furtum certe punit lex tua Domine; et lex scripta in cordibus hominum, quam ne ipsa quidem detur let inquiras.“ Item in Psalm. scribens (3): „manu formatoris nostri in ipsis cordibus nostris veritas scripsit: quod tibi non vis fieri, ne facias alteri. Hoc, et antequam lex daretur, nemo ignorare permixtus est.“

Expresserat hanc veritatem Tullius his verbis (4): „est quidem vera lex recta ratio, naturae congrua, diffusa per omnes, constantis, sempiterna, quae vocet ad officium, iubendo, vitando, a fraude deterrendo. Huic igitur legi nec prorogari fas est, nec derogari aliquid licet, nec tota abrogari potest. Nec vero per Senatum, aut per Populum solui hac lege possumus, nec est quaerendus explanator, aut interpret alius. Non erit alia lex Romanae, alia Athenis, alia nunc, alia posthac, sed et omnes gentes, et omni tempore vna lex, et sempiterna, et immutabilis continebit, vnusculusque erit communis quasi Magister et Imperator omnium Deus.“

Demum, naturalis legis existentiam demonstrat virtutis ingenitus appetitus, quae aeternae legis participatione dirigitur vt in finem debitum tendat; demonstrat vitiorum fuga, et ingenerata abominatio; demonstrat, et perpetuus conscientiae stimulus, quem naturalem legem Hieronymus vocat (5).

Quod si aliqua e ratione sumta argumenta pro hac veritate considerantur, haec damus: non minori cura prouideri debuit homini inter omnes creaturas praestantissimo, quam ceteris creaturis prouisum sit; at istis prouisum est de viribus ac naturalibus inclinationibus, quibus ad finem suum agerentur: et homini igitur sic debuit prouideri. Quamque huius finis sit bonum rationis, lumen ei parari debuit, quo recte in hunc finem posset se dirigere: quod est sane ipsa naturae lex.

Praeterea: quum homo ad societatem natus sit, a natura ipsa habere debuit, quo in societate posset viuere: sed vt ex Augustino dicebamus, non posset perfecte in societate viuere, nisi a natura

(2) Lib. ii. Conf. cap. 4.

(3) In Psalm. lvi.

(4) Lib. de Legibus.

(5) In Epist. ad Algotiam.

tura lumen haberet, quo id cognosceret, non esse scilicet, alteri faciendum, quod sibi fieri noller: habuit ergo a natura lumen huiusmodi.

Rursum: datur in homine ingenitum lumen, quo prima principia rerum speculabilia posset detegere absque villo superadditae scientiae beneficio: pari ergo ratione dari debuit in eo ingenitum lumen, quo rerum agibillium principia apprehendere valeret; quod legem dicimus naturalem.

Secunda primae huius assertionis pars constat ex tradita ab Augustino definitione (6). Dicitur enim ab eo lex naturae *transcriptio aeternae legis*; quia nullam vim habere potest creata natura, quae ipsi ab auctore sempiternae legis non imprimatur. Et secundum haec priora verba etiam bruta animalia, et creaturae omnes legem naturalem insertam habent.

Hinc Plutarchus (7): „lex est natura, cuius et bestiae sunt participes.“ Et Libanius (8): „reuerentur et ferae naturam.“ Ast posteriori definitionis Augustiniana verba naturae legem exponunt, quatenus homines ratione praeditos obstringit: quos a Deo lumen rationis, et bene operandi regulam participare nemo in dubium veterere poterit, nisi ratione ille destitutus sit; dicente Augustino (9): „quis legem in cordibus hominum scribit nisi Deus?“

Hanc vero legem naturae sitam esse in rationis participatione, et interiori quadam intimatione, quae, vt Damascenus loquitur (10) conscientiam nostram trahit, et vellicat, scribit eleganter Tullius dicens (11): „Eadem ratio, quam est in hominis mente confirmata, et confecta, lex est.“ Et Maximus Martyr ait (12): „lex naturae est ratio naturalis, quae captiuum tenet sensum ad delendam vim irrationalem.“ Habet similia S. Thomas (13).

Additum autem est in definitione, idque consulto, rationem diuinam a creatura participatam incommutabilem esse, quum vna, eademque in omnibus sit, exhibeatque vnam summam, et intimam honestatis regulam in hominibus singulis; educatione, locorum, temporum, ac morum licet distantia ab inuicem separentur, et discriminentur.

In-

(6) Lib. 83. qq. quaest. 1. ff.

(7) In Camillo.

(8) Declam. 44.

(9) Serm. 2. de Verb. Dom.

(10) Lib. 4. de Fide cap. 23.

(11) In 1. de Legibus.

(12) Tom. v. Biblioth. PP.

(13) Prima Secundae, quaest. xciv. art. 1. et seq.

Inquirentibus vero, quoniam pacto fieri valeat, vt eadem ratio diuina, vna, summa, et incommutabilis, a creaturis omnibus rationalibus sit participata, et tamen singularum mens creata, finita, et mutabilis sit, responde ex Augustino (14), rationem illam diuinam, et legem incommutabilem transferri „in cor hominis non migrando, sed tamquam imprimendo; sicut imago ex anulo, et in eam transit, et anulum non relinquit.“ Igitur mutabilis licet homo sit substantia sua, immortalem habet spiritum, cui tanta indita vis est, vt ad lumen indefectibile veritatis, et ad acquiratis summam, et immutabilem regulam possit se conuertere, quorum primum lex intima veritatis est, alterum lex aeterna; vtrumque Deus ipse.

Propositionem secundam ex apertissima Christi Domini sententia hausimus. Ait enim apud Mattheum cap. xxii. „in his duobus mandatis vniuersa lex pender, et Prophetae.“ Ergo quum quatuor a nobis diligenda sint, vt docet Augustinus, scilicet, vnum, quod supra nos est, secundum, quod nos ipsi sumus, tertium quod iuxta nos est, quartum quod infra nos est, et de secundo et quarto nulla praecepta fuerint danda, sequitur vniuersam naturae legem in his duobus stare, nempe in Dei dilectione, item et proximi. Nam otiosus prorsus videtur homini praeceptum de se diligendo intimari; in homine siquidem, quantumlibet a veritate excidat, et sui dilectio, et etiam sui corporis remanet, nec opus est illi praecepto. Id quod et de rebus infra hominem positis dicere possumus, quum insit omnibus inclinatio ad fruendum inferioribus.

Quod si cuius placeat, et horum respectu praeceptum in homine admittere, non maxime repugnabimus. Sed dilectio sui ipsius, rerumque omnium, licita illa quidem, duobus his praeceptis continentur. Eo enim legis mandato, quo Deum super omnia diligere iubemur, monemur quoque omnia propter Deum amare. Vnde bona quaecumque creata sic in vsum sumenda sunt, vt quicquid diligendum in animum cadat, in summum bonum ordinetur.

Itaque duo haec praecepta his principis naturae lumine notis innixa sunt; nempe diligendum esse bonum; malum autem fugiendum. Quod tibi non vis, alteri ne feceris. Etenim quod attinet ad primum praenotatum, quam facile est percipere, Deum solum esse summum bonum, a quo cetera omnia bonitatem habent proin-

(14) Lib. 14. de Trinit. cap. 15.

proindeque Deum solum sui caussa esse diligendum, reliqua vero ipsius Dei caussa.

Quoniam vero summum bonum est summum esse, seu summa veritas, summa acqutitas, summa honestas; quumque fugiendum sit malum, fugiendum inde mendacium erit, fugiendae iniquitas, et turpitudine, fugiendum denique quidquid turpe, inhonestum, iniustum est. Ut intelligatur omnem omnino virtutem in genere acceptam a naturali lege proficisci, omneque vitium ipsi legi aduersari. Pertinent autem virtutes generatim spectatae ad naturae legem, quatenus naturali rationi conforme est, ut si prima veritas quid manifestet, fidem certissimam illi praebentur, quum mentiri non possit; si promissum faciat, confidas; si spiritum dilectionis subministrat, diligas. Quae omnia, aliaque huius generis multa ad naturalem legem spectare indubitata res est.

Hinc, quum eligit homo iuxta Euangelii consilia viuere, non communi hominum sensu ille ducitur, sed singulari, et proprio; quo sui, suarumque rerum circumstantias animaduertens, melius sibi futurum existimat ad summum bonum assequendum saecularibus negotiis mittere nuntium. Atque ob hanc potissimum causam consilia Euangelica sunt dicta, quod non singulos obligent, et adstringant.

C O R O L L A R I V M.

Habetur ex dictis Deum ipsum esse naturalis legis auctorem. Id enim Scripturarum, Patrum, immo et Gentilium sententiae laudatae euincunt. Pergit tamen Augustinus, ut ostendat Deum omnia peccata prohibere dicens (15): "neque peccatum erit, si quid eris, nisi non diuinitus iubeatur, ut non sit." Et etiam (16): "quomodo non veretur per Dei iustitiam si peccatum est?" Deus igitur naturam rationalem condens, legem hanc in omnium cordibus inscripsit, et hoc lumine eam signauit.

Hoc innatum illud hominis desiderium erga beatitudinem, ut perspicere Aristoteles obseruat (17); adeo ut in omnibus suis actionibus eam quaerat ab hoc desiderio motus, ut Lockius demonstrat (18). Sed quoniam humanae naturae necessitates, morum deprauatio, aliaque causae homines ab hac cura distrahunt, factum est, ut

(15) Lib. 2. de peccat. mer. cap. 16. tio.

(16) Infra.

(18) Lib. 2. de intellectu hum. cap.

(17) In Ethnicorum Nocomach. ini. s. 41.

ut naturae leges a Conditoris impressae infinitis saltem erroribus depraentur. Eam ob rem, quum videret Deus ius naturae sola ratione promulgatum, aut nullam, aut aliquam vix habere vim in re-gendis hominum moribus, reuelatione Prophetis facta iterum pas-sim promulgauit, ita ut excusationem nullam habeant, quemad-modum Iudaeis Christus Seruator exprobat.

Er primum quidem Deus Adamo scientiam iuris aeterni dedit, quum eius mentem ea scientia ornauerit, qua viuere recte posset, si veller. Deinde dedisse Noëmo eandem scientiam facile ex Genesi disci potest. Dedit enim ei praecepta ut bene viueret. Tertio ipsam legem per Mosem in Decalogo promulgauit, eique addidit tamquam pedisequas leges rituales. Tandem per Iesum Christum Dominum nostrum et Apostolos eandem toti hominum generi promulgauit. Paucis haec complexus est Paulus ad Hebraeos cap. 1. scribens: "multifariam, multisque modis olim Deus loquens Patribus (nempe Patriarchis ad Mosem vsque) in Prophetis, (id est, et in Prophetis qui floruerunt apud Hebraeos a Mose ad Christum) nouissime diebus istis loquutus est nobis in Filio."

Hic suo ordine erant persequenda legis aeternae et naturalis capita summa. Scilicet, quae hominem spectant, vel in naturali statu, vel in societate, vel in Religione. Verum et longissimam haec disputationem exposcant, quamque instituere non vacat, et plurima fortassis a nobis tradentur, quum hominum officia generatim, eorundem quoque varias species attingemus. Qui vero hac in re selectissimam desideret notitiam, consulat Genuensem in Elementis vniuersae Christianae Theologiae (19).

CAPVT IV.

Naturalem legem nequiquam posse immutari resoluitur, ac euincitur.

Lex naturae neque abrogatione, neque subtractione, neque dispensatione proprie valet mutari. ®

Exhibet propositio triplicem modum, quo legem aliquam immutari contingit; atque nullo ex his legem naturae posse mutari firmat. Et

Tom. III. Ec de
(19) Lib. 4. capp. 2. 3. et seqq. Item lib. 5. prioribus capitibus.

de primo quidem demonstratur. Nam lex aeterna, Augustino docente (1), variari omnino non potest: quam igitur naturalis lex nihil aliud sit, quam legis aeternae in humana mente transcriptio, inuariabilis prorsus est.

Deinde: lex naturae a ratione ipsa indistincta est: ergo quemadmodum abrogari nequit ratio, nec naturalis lex. Similiter: quum nefas sit rectae rationi in moribus repugnare, haud contingere potest legem naturae abrogari: etenim haec abrogata, aduersus rectam agere rationem fas esset; eadem quippe res illae sunt.

Ex his demonstratur etiam propositio quoad secundum adsignatum modum: siquidem pugnat apertissime cum aeterna lege naturalem ordinem rerum, quae naturalibus praeceptis diriguntur, immutari: ut enim Augustinus docet (2); »lex aeterna est ratio diuina, vel voluntas Dei ordinem naturalem conseruari iubens, perturbari vetans.« Ac si naturalis legis praecepta mutantur, vel minuantur, necesse est ordinem huiusmodi mutari: nequit ergo legi naturali subtrahi praeceptum aliquod.

De tertio autem immutationis modo difficilior est quaestio: nam posse in lege naturali dispensare Papam, posse etiam ampliore titulo Deum Op. Max. videtur valde probabile. Nihilominus resolutionem nostram sic suadere conamur. Ac de Romano Pontifice loquentes, eum legi naturali velut inferiorem subici nobis constans quum huius legis auctor, supremus naturae conditor sit; atque inferiorem non posse quemquam a lege eximere, et indubitata est res, et habetur in Clementinis (3). Deinde Romanus Pontifex a lege diuina non potest dispensare; nam ut habetur in cap. *Sicut quidem*, si quod docuerunt Apostoli et Prophetae niteretur destruere, quod absit, errare ille, non dare sententiam conuinceretur: atqui naturae lex non minus indissolubilis est, ac sit ea, quam Apostolorum et Prophetarum scripta continent: non potest igitur Romanus Pontifex in naturae lege dispensare.

Sed cur hic immoramur? Nec Deus ipse in aliquo legis naturalis praecepto potest dispensare. Si enim naturae lex per omnia aeternae legi consona est, qui vnam immutare est impotens, et impotens est immutare aeternam legem, scilicet, suam rationem, ac prouidentiam peruertere, atque immutare pos-

(1) Lib. 1. de lib. arb. cap. 6.

(2) Aduersus Faustum.

(3) Cap. Romani de Elect.

se quis dicat? Deinde: quaecumque ex ipsa rerum natura proficiuntur, et necessaria, et immutabilia sunt ex suppositione naturae conditae, quemadmodum contingenti illa, et mutationi obnoxia sunt, quae ex aliorum arbitrio pendunt: quam igitur naturalis legis praecepta ipsa rerum natura constituantur, prorsus immutabilia et necessaria esse opus est.

Accedit: quod quidquid naturae lex prohibet, malum est ex natura sua; contra autem ex sua natura bonum est quidquid praecipit. Deus vero neque prohibere valet, quod sua natura bonum est, neque praecipere quod natura sua est malum. Nisi dicamus posse etiam agere, quae cum summa acuitate, ac sapientia, imo cum creaturae rationalis essentia pugnant, quod blasphemum esset.

Demum: (ne alia proferamus) ex praeceptis naturalis legis quaedam sunt affirmatiua, quae nempe iusta praescribunt opera, negatiua alia, quae iniqua, malaque vetant: sed Deus non potest dispensare in his quae recta sunt, alias aeternam legem discinderet, quae omnia ordinatissima vult, nec in his quae honesta non sunt, sed impia; alias permitteret, ut peccaremus impune, atque quod vitiosum et turpe est, probaret: nequit ergo in aliquo legis naturae praecepto dispensare.

Consulto tamen dictum in propositione fuit, proprie non posse naturae ius dispensatione mutari. Est autem dispensatio propria, quum materia legis, seu id quod lex attingit, manet idem, desinat tamen lex obligare eo solum, quod in potestate Legislatoris sit vim obligandi auferre. Quo sensu dicitur dispensati Religiosus a Choro. Contingit vero interdum, ut in his actibus, qui naturae iure constituuntur, quaedam mutationis, vel dispensationis imago fallat incautos: dum videlicet mutatur res, circa quam naturae ius versatur, non vero ipsa lex. Quae sane dispensatio ex rerum mutatione orta, improprie dispensatio dicitur; et de hac dispensationis specie loquuntur Iurispraeiti, ubi adserunt non tantum Deum, sed et Romanum Pontificum dispensare contra ius naturale posse. Scribit enim Barbosa, cui ceteri consentiunt (4): »ius quidem naturale immutabile est, ut habetur §. *Sed naturalia*; et prima huius iuris praecepta firmissima semper manent, sed in particulari recipiunt mutationem ob rerum circumstantias, quo in casu potest Pontifex

Ec 2

(4) Lib. 1. Iuris Eccles. Vni. cap. 2.

»dispensare.« Frustra itaque Scholasticorum nonnulli Iurisperitorum auctoritatem pro ipsis stare gloriantur.

CAPVT V.

Scoti discipulorum argumenta soluuntur. Eorum etiam qui Romano Pontifici indulgent.

Non posse naturalem legem abrogatione, aut subtractione mutari vnanimiter Theologi resoluunt. At Scotistis familiare est adserere, posse illam mutationem pati a Deo dispensante. Quam dispensationem Dei erga praecepta potissimum secundae tabulae versari tenent. Eorum autem argumenta haec sunt. I: In Scripturis traditur Deum vnum masculum, et vnam dumtaxat foeminam condidisse: vnde prima connubia inter fratres, ac sorores ex necessitate interfuisse habetur: at matrimonium fratres inter et sorores naturali lege prohibetur: diuina igitur dispensatio in huiusmodi connubiis intercessit.

II: Deum dispensasse cum Patriarchis Abrahamo, Iacobo, aliisque in Poligamia, seu vxorum pluralitate: quae sane naturae legi contraria est, et repugnans: dispensasse cum Israelitis, vt per dolum commodato peterent ab Aegyptiis vasa auri, et argenti: cum fisdem vt cum alienigenis foenerarentur: permisisse Aegyptiorum obstetricibus vt caillide mentirentur in gratiam Hebraeorum: praecepisse Abrahamo vt filium suum vnigenitum immolaret: Oseae vt sumeret sibi vxorem fornicationum, aliaque sexcenta id genus: omnia licet naturali legi contraria: Scripturae passim testantur: potest ergo naturalis lex mutari per Dei dispensationem.

III: S. Bernardus, alunt, necessarium dispescit in stabile, inuolabile, et incommutabile (1). Stabile illud appellat, quod sic necessarium est, vt non cuilibet hominum immutare datum sit, sed dispensatoribus mysteriorum Dei, seu praepositis. Incommutabile dicit, quod diuina, aeternaque ratione ita firmatus est, vt neutiquam vel a Deo ipso possit commutari. Tandem inuariabile veluti quid medium inter stabile, et incommutabile, illud vocat, quod nisi a Deo mutari non potest. Atque in hoc genere comprehendit legis praecepta *non occides, non moechaberis*, cetera. De quibus profert,

(1) In lib. de Dispensat. capp. 2. et 3.

fert, »quae etsi nullam prorsus humanam dispensationem admittunt, »nec cuiquam hominum ex his aliquid aliquo modo soluere aut licuit, aut licebit: Dominus aurem horum quod voluit, et quando »voluit, soluit: siue quum ab Hebraeis Aegyptios expoliari, siue »quando Prophetam cum muliere fornicaria misceri praecepit.« Igitur Bernardus diuinam dispensationem erga secundae tabulae praecepta admittit.

IV: haec e ratione ducunt: nullus actus humanus erga creaturas necessarius est ad beatitudinem assequendam: nam haec non pendet ab his quae homines erga creaturas agunt: Deus ergo in omni actu ad creaturas relato dispensare potest.

Deinde: numquam diuina voluntas circa mores, actusque humanos necessitatur: at necessitaretur, si praecepta secundae tabulae forent indispensabilia: ex eo quod diuinus intellectus, vt voluntatem praue nit, iudicaret necessario hos actus esse amandos, illos odio habendos: ergo haec praecepta dispensabilia sunt.

Rursum: potest ab omni actu, qui in praecipis secundae tabulae iubetur, debiti ratio a Deo auferri: hoc enim debitum in dependentia vnus creaturae ab alia fundatur: sed Deus auferre potest hanc dependentiam: quum possit ex. g. hominem procreare absque parentum concursu: ergo et potest dispensare filium a debito parentes honorandi.

Ad haec: quum possit Deus non concurrere cum homine ad actum praecceptum: quum etiam possit hominem infirmitate, vel aliqua alia causa detinere, ne valeat obtemperare praecipis: poterit quoque in omni praeccepto affirmatiuo dispensare. Ita Scotus, et Ochamus argumentantur.

Qui vero contendunt Theologi Romanum etiam Pontificem contra ius naturale dispensare posse, haec solent obicere: I: proculdubio est maxima Pontificis auctoritas, ad quam spectat potestas Petro collata, verbis scilicet illis Domini: »quodcumque solueris super terram, erit solutum et in Coelis.«

II: ex Iureconsultorum communi pronunciat: »Papa habet iura omnia in scrinio pectoris sui.« III: videmus Papam super Episcoporum residentiam dispensare: dissoluere vota, et iuramenta: dispensare, ne teneat matrimonii vinculum: sed ius naturae exigit vt Pastores proprio gregi incumbant, vt promissa reddantur, praesertim, quae iuramento sunt firmata: vt matrimonium non dissoluatur: ergo,

IV:

IV: secundum naturae ius sunt communio bonorum, libertas, et mandatum de re aliena non auferenda: ac in his quandoque dispensatum est (2): non est ergo naturae ius omnino immutabile.

Ad haec tamen responderetur: ad primum primi ordinis dicendo, repugnare matrimonium fratres inter et sorores legi naturae, non quidem simpliciter, et absolute, sed pro certo rerum statu, et genere humano multiplicato: enim supposita vnus Viri cum sua coniuge conditione, vt crescerent, et filiorum generatione multiplicarentur, necessaria fuere aliquorum hominum sponsalia cum foemina vno vtero progeneris, sibiq; acerrimo consanguinitatis vinculo coniunctis: vnde nulla in hoc matrimonii genere dispensatio fuit. Mirimus Caletani responsonem adserentis in matrimonio huiusmodi posse Papam in aliquo casu videntissimo dispensare.

Secundum plurima continet. Quod spectat ad Polygamiam eadem doctrina, qua primum argumentum solutum fuit, soluitur. Constituto siquidem certo rerum statu; scilicet foedere statuto, ac promissione facta multiplicandi populum fidelem, exiguo Patriarcharum numero plures erant vxores iungendae. Alii forsitan dicent, polygamiam solo iure ecclesiastico esse prohibitam.

Ad exempla autem reliqua sic respondemus: neuiquam Hebraeos vasa aurea, et argentea Aegyptiis abripuisse: est enim factum rei alienae, quae iniuriam Domino fit, fraudulenta compilatio: ac illi potestate a summo rerum Domino ipsis facta ea exilarunt. Cur autem noluerit Deus, vt petita vasa redderentur, causam hanc Augustinus dat (3), quoniam mercedem diuturni laboris, atque operis non iniustam Deus esse voluit.

Quod proxime additur, nihil euincit: siue enim dixeris, Deum permisisse Israelitis, temporalium bonorum cupidissimis, vt cum alienigenis vsuram exercerent, ne contribules suos vsurarum exactionibus exhaurirent; nullatenus tamen iniquos probasse *anatocismos*: siue dixeris, vsuram illam licitam prorsus fuisse ob damna Israelitis illata, docente Ambrosio (4), «sine gladio se de hoste vlciscitur, qui fuerit vsurarius exactor inimici, vbi enim ius est belli, ius est vsurae:» siue tandem dixeris, auctionem foenoris ad filios Israel spectasse titulo donationis sibi factae a Domino iustissimo bonorum omnium distributore; res soluta est.

In

(2) Liqueat ex cap. quo iure *l. mandati* mittuntur, aliis etiam ex locis.

(3) Lib. 83. qq. quaestione LIII.

(4) In lib. de Tobia.

In obstetricibus vero Hebraeorum id distinguere debemus, quod Augustinus distinguit, dicens (5): «Aliud faciebant obstetrices viuificando infantes paruulos, aliud Pharaoni mentiendo: in illis viuificandis opus misericordiae fuit; mendacio vero illo pro se vtebantur, ne noceret illis Pharao, quod potuit non ad laudem, sed ad veniam pertinere.»

Ad Abrahamum quod attinet, non est cum eo dispensatum, vt impune occideret, sed praclarum de ipsius obedientia experimentum sumtum est. Quam enim Deus sit vitae hominum supremus Dominus, qui eo iubente occidit, non legem frangit, sed Domino obedit.

Neque contra hanc doctrinam facit, quod Abraham contra inclinationem naturalem fecerit; nam naturalis inclinatio coniuncta est cum ratione praescribere, ac demonstrante, Deo magis quam humanis quibuscumque affectibus obtemperandum esse. Alias, quoniam Martyres dum pro Religione occubuerunt, non sine naturae ingenito horrore occubuerunt, legem naturalem fregissent.

Iam Oseam vxorem fornicationum sumendo non fuisse moechatum ait S. Thomas (6), quia accessit ad eam, quae sua erat secundum mandatum diuinum. Dici videri potest, idem esse «vade, sume tibi vxorem fornicationum,» ac, «deduc in domum tuam mulierem moereticam;» similiter idem esse, «fac tibi filios fornicationum,» ac, «fac per adoptionem filios tuos, spurios illos, et nothos, quos mulier illa per illicitos concubitus genuit.» Accedit: coniugium Prophetae cum muliere fornicaria, et deductionem filiorum ex moereticis concubitu procreatorum, significasse conuersionem ad Christum Ecclesiae Gentilium, et Idololatrarum in incredulitate natorum.

At reponet aliquis: quoniam pacto valeat subsistere responso ex S. Thomae deponitur haud intelligi potest: non enim alta ratione Oseam ille a peccato excusat, nisi quia Deo imperante ad impudicam mulierem, vulgatumque scortum accessit. Sed respondendum cum doctissimis Theologis: Oseam Dei iussu matrimonium absque praemisso contractu iniisse, Domino corporum dominium transferente, qua in re peccasset ille, nisi diuinum praecceptum praecessisset: quia accedere ad mulierem, absque praecedente vinculo contractus, fuisset alias turpissimum. Ceterum, responsoe hae praeter-

(5) Quaest. 1. super Exodum.

(6) Prima Secundae, quaest. c. art. 8.

remissa suam habet S. Thomae solutio maximam probabilitatem: cui aliam antepone non audemus.

In tertio soluendo Bernardus ipse facem feret. Appellat enim ille dispensationem circa furtum, homicidium, aliaue legis praecepta, qua imperantis auctoritate materia legis subuertitur. Demonstrat id primo exemplum ab ipso productum de Aegyptiis, et fornicaria muliere; quod factum excusari dicit Domini auctoritate. At quod subripitur domini supremi auctoritate furtum non est; nec item est fornicatio ad quaecumque accedere mulierem ex Dei mandato, ut optime animaduertit S. Thomas (7): nam furtum alienae rei contractatio est; et moechia compressio mulieris, cuius non habetur dominium. Dum igitur Legislator dominium transfert, iam contractas quod tuum est, et a peccato excusatis, imperantis auctoritate ut loquitur Bernardus.

Id quod declarat Bernardus ipse superaddens, quidquid de dilectione, humilitate, mansuetudine, ceterisque virtutibus traditur obseruandum, tam in nouo, quam in veteri testamento, et spectat ad necessarium *incommutabile*, quod nulla ex causa potest vel ab ipso Deo immutari. Verum si occidas hominem, cuius vitam in potestate non habes; si rem alienam subtripias, aliaque id genus facias, dilectionis, iustitiae, aliarumque virtutum terminos praetergredieris. Quae sane necessarium immutabile non patitur. Hinc inuolabilis aptius, quam immutabilis dicitur: quatenus diuina auctoritate fieri potest, ut nulli virtuti repugnet; quod non aliter fieri valet nisi simul tui iuris fiat, quod iuris erat alieni. At si ita fiat, res circa quam ius naturae versatur, immutata manet.

Ad ea vero, quae e ratione quarto loco opponebant, reponimus: primae quidem difficultati, beatitudinem in actu, quo inamissibiliter summo fruimur bono, positam esse; quo tamen non possumus frui, nisi mutabilibus bonis recte utamur. Deus autem nequit velle, ut naturae lex mutetur, ac bonis creatis perfruamur: non enim sunt haec rationabilium creaturarum vltimus finis, nec animo nostro perfectiora.

Ad secundam dicimus: quod licet diuinus intellectus firmissimum, necessariumque de vnaquaque veritate iudicium habeat, non ideo diuina voluntas necessitatur; sed vnicui inde sequitur, quod necessario approbet, quae bona sunt, ac reprobet, quae sunt mala.

(7) Prima Secundae, quaeest. xciv. art. 5. ad 2.

la. Quam quidem necessitatem, approbandi scilicet, quae bona sunt, et reprobandi quae mala, etiam erga secundae tabulae praecepta habet Dei voluntas. Stat autem vna cum hac necessitate diuina libertas, in eo videlicet posita, quod potest ex bonis eligere quod lubet, atque ex malis, quod lubet, ex iusta causa permittere.

Tertiae respondetur: posse Deum absolute loquendo, hominem sine generantibus condere, et ordinem dependentiae auferre: at parentum generatione posita, nequit efficere Deus ut filii non sint filii, ac genitoribus honorem non debeant.

Quarta sic soluitur: si Deus cum homine ad actum praeceptum non concurrat, vel operantem hominem causa aliqua, aut infirmare, ne praeceptis valeat obtemperare, declinet, nulla lex ad opus obstringit; sed vero sufficit in subdito animi praeparatio: etenim bona voluntas pro facto reputatur, ut tenet visitatum proloquium.

Neque difficillius est ea argumenta soluere, quae secundo loco obiecta fuerunt. Ad primum itaque dicendum: posse Romanum Pontificem ex potestate, quam Petro Christus contulit, omnia soluere, quorum ibi mentio intercesserat; nempe omnia peccata; et haec quidem iusto iudicio, ac subiecti idoneitate supposita, ut docet S. Thomas (8). Quaecumque praeterea soluere possit, seruata, non immutata lege naturae soluere poterit; alioquin eximere quoque posset a diligendo Deo, ac proximo, atque facultatem facere perpetrandi omnia scelera.

Secundum sic solutum nonnulli existimant: habere scilicet, inquit, Romanum Pontificem iura omnia in scripio pectoris sui quoad interpretationem; per amplitudinem etiam potestatis, qua et ceteros homines antecessit, et dispensare potest, vbi cumque locum dispensatio habeat. Posteriores hanc nos responsionem probamus: hoc tamen addito, salva ea, quae supremae sedi debetur, reuerentia, pronuntiatum illud iureconsultis quamplurimis, iisque doctissimis, haud probari, quod parium studium adinuenisse illud norint.

Tertii solutio obuia est; exempla nempe in argumento producta, non arguere dispensationem proprie dictam, seu quae obligatione statim ab eadem subeunda eximat; sed tantum dispensationem improptie dictam, vel potius declarationem, qua iustus de causis ab obligatione quis tunc eximitur. Hoc sensu Summus Pontifex in-

Tom. III.

Ff

ter-

(8) In 1v. Sent. Dist. 18. q. 1. art. 1. q. 5.

terdum super Episcoporum residentia, super voto etiam et iuramento dispensat: scilicet declarat, non teneri in circumstantiis quibusdam Episcopos ad personalis residentiae debitum; neque exigendam ab iis, qui vouerunt, et iurauerunt, promissionem. Matrimonium insuper, si ratum sit et consummatum, non soluit Pontifex quoad vinculum, sed quoad thorum, et cohabitationem; quo pacto dissolubile est iustus de causis. Quod si ratum dumtaxat sit, dantur casus, in quibus matrimonium etiam quoad vinculum discindi possit, nec indissolubile sit lege naturae, si ob commune aliquid bonum diuina et ecclesiastica auctoritas duxerit esse soluendum.

Ad quartum reponitur: bonorum communionem, libertatem, manumissionem, et id genus reliqua, non esse iuris naturalis simpliciter: quatenus idem ius respicit institutionem, et rectum naturae ordinem; sed esse iuris naturalis pro certo rerum statu, quo immutato, lex ipsa naturalis, vt pote ordinatissima omnia esse praescribens, exigit vt diuidantur bona, quae, priusquam dominia introducta essent, communia esse debebant. Sed et reponere possumus: diuisionem bonorum, seruitutem, atque huiusmodi, non esse contra ius naturale positum, sed negatiuum: seu quod in idem redit, nullum esse praecceptum ista prohibens, etsi nec aliquid sit, quod ea praecipiat.

COROLLARIUM.

Quod autem de Epitcheia hic solet etiam quaeri; habeat ne haec in naturali lege locum suum, ex dictis facile est resolueri. Equid enim Epitcheia est? Iuxta graeci vocabuli significationem nihil aliud sonat quam acquiras; ast sermonis recepta consuetudine Legis interpretationem, aut declarationem significat: sed et pressius accipi illa valet pro declaratione eiusmodi, qua iudicium fertur, legem pro omnibus latam, deficere in peculiari aliquo casu. Itaque accepta Epitcheia pro sola interpretatione, et declaratione, indubium quod locum in lege naturae habeat illa: non item si pro legis abrogatione, aut aliquorum a communi legis praescripto exceptione accipiantur. His enim acceptionibus absque rerum mutatione obtinere Epitcheia haud valet.

CA.

CAPVT VI.

Quem auctorem lex vetus habuerit; cuius etiam utilitatis et perfectionis fuerit illa.

Verus lex, seu testamentum, a Deo vt auctore est.

Vtilis il la fuit; sed lege euangelica imperfectior.

Triplici argumentorum genere prima propositio constat. Primo enim ex Scripturis haec habemus. Exodi xx. legitur: «loquutus est Dominus cunctos sermones hos.» Malachiae iv: «mementore legis Moysis serui mei, quam mandauit ei in Horeb ad omnem Israel, praecepta, et iudicia.» Deum item loquutum fuisse in Mose, et Prophetis vbique Scripturae testantur: adeo, vt iure Christus Dominus Pharisaeos increpans dixerit Math. xv. «vos irritum fecistis mandatum Dei propter traditiones vestras.»

Secundo habemus Patres scripturis consentientes. Plura etenim de hoc argumento legere est in Augustino (1), Tertulliano (2), Hieronymo (3), aliis: et in Concilio Toletano I. in Fidei confessione, vbi statutum est: «si quis dixerit, aut crediderit alterum esse Deum praescae legis, alterum Euangeliorum, anathema sit.» Quod decretum Tridentina Synodus innouauit, his verbis (4): «omnes libros tam veteris, quam noui testamenti, quum vtriusque vnus Deus sit auctor . . . pari pietatis affectu, ac reuerentia suscipit, ac veneratur sacrosancta Synodus.»

Tertio ratio ipsa Theologica id demonstrat. Optimam hanc S. Thomas tradidit (5): vetus lex homines ad Christum ordinabat, testimonium de eo perhibendo, eosque ad ipsum disponendo: at eiusdem est ad finem disponere, et ad finem perducere: idem ergo Deus est, qui dedit legem ad Christum disponentem, et qui ad Christum perduxit: Diabolus enim nunquam legem tulisset, quae ad Christum disponderet, per quem sciebat se efficiendum, et regnum amissurum, secundum illud Math. xii. «si Satanas Satanam elicit, di-

Ff 2. » ui-

(1) In libris contra Faustum.

(4) Sess. xv.

(2) Aduersus Marcionem.

(5) Prima Secundae, quaest. xcviij.

(3) In Epist. ad Titum.

art. 2.

»uisum est regnum eius.« Et Iohann. xii: »nunc princeps huius mundi elicietur foras.«

Secundam propositionem, quae nempe veteris legis vtilitatem vindicat, vel hoc vno argumento demonstramus: scilicet, varias illius vtilitates enumerando. Prima est: quod illius ope se peccatores esse homines cognoscebant, secundum illud ad Rom. iii. »per legem cognitio peccati.« Et vii: »peccatum non cognoui nisi per legem.« Haec vero cognitio non potuit non esse valde vtilis, et proficua: sicut enim via ad quaerenda remedia pro recuperanda sanitate est cognitio infirmitatis; ita via ad quaerendam animae salutem per poenitentiam est cognitio sui peccati. Et hac cognitione ante legem caruisse quamplurimos testatur Apostolus allatis testimoniis: adeo enim excaecati propter flagitia homines erant, vt etiam si flagitiose viuerent, se peccare nescirent: post legem vero, quum ex ea discerent, quid faciendum, quidue omittendum foret, agnoscere coeperunt se peccatores esse.

Secunda vtilitas ex priori ortum ducit. Etenim, quum agnoscerent se peccatores esse, atque Christo Salvatore indigere, eum coeperunt desiderio summo expetere. Vnde Psalm. cxlii. dicitur: »Domine inclina Coelos tuos, et descende.« Isai. lxiiv: »vinam dirumperes Coelos tuos, et descenderes.« Et cap. xlv: »rora te Coeli desuper, et nubes pluant iustum, aperiatur terra, et germinet Saluatorem.« Hinc Augustinus (6): »lex, inquit data est, vt gratia quaereretur; gratia data est, vt lex impleretur.« Item (7) legem *Paedagogum* vocat ad gratiam ducentem. Et Sanctus Thomas scribit (8): »vt sic dum homines praesumentes de se peccatores se inuenirent, humiliati recurrerent ad auxilium gratiae.«

Tertia vtilitas fuit, quod cognoscentes homines per legem se esse peccatores, et Redemptoris gratia indigere, paulatim ad altiore Christi doctrinam suscipiendam disponebantur. Quo illud Apostoli ad Galat. iii. spectat, nempe, »lex paedagogus noster fuit in Christo.«

Quarta vtilitas erat, quod lex, quam proponeret vmbra, siue figuras, sub quibus Christus promittebatur, homines quodammodo praeparabat, vt inde ad cognitionem assurgerent: vnde Paulus ad Heb. x. inquit: »vmbra habens lex futurorum bonorum.«

Quinta demum vtilitas erat, quod ex poenitentium metu homines in

(6) Lib. de Spir. et lit. cap. v.

(8) Prima Secundae, quaest. xcviij.

(7) Lib. de continentia cap. 3.

art. 2. ad 3.

officio continebat, secundum illud Deut. xviii. »vt audientes ceteri timorem habeant, et nequaquam talia audeant facere.« Docuit id ipsum Augustinus, vbi ait (9): legem »vtiliter esse latam, quod homines, qui reuocari a peccatis ratione non poterant, tali lege coercendi erant; poenarum scilicet istarum, quae videri ab stultis possunt, minis, atque terribus.«

Quod si qui reponant e contrario, haud potuisse vtilem esse legem, quam homines viribus suis implere non poterant, neque insuper gratiam daret, qua possent eam implere; dicendum ex S. Thoma (10): quod, »Deus aliquando permittit aliquos cadere in peccatum, vt exinde humilietur; ita etiam voluit talem legem dare, quam suis viribus homines implere non possent; vt sic, dum homines praesumentes de se, peccatores se inuenirent, humiliati recurrerent ad auxilium gratiae.« Hinc esto lex vetus non daret per se ipsam gratiam, nec sufficeret ad saluandum homines; tamen aderat aliud auxilium a Deo hominibus simul cum lege, per quod saluari poterant; scilicet fides mediatoris, per quam iustificati sunt antiqui Patres, sicut etiam nos iustificamur. Et sic Deus non deficiebat hominibus, quin daret eis salutis auxilia.«

Verum legem hanc, quantumuis vtilem, imperfectiorem tamen lege Euangelii scripturae passim testantur. Scribit enim Paulus ad Heb. vii. »nihil ad perfectum adduxit lex;« nempe per se ipsam in quo certe euangelica exellebat lex. Quod aperitissimis verbis Iohann. cap. i. tradit dicens: »lex per Moysen data est; gratia, et veritas per Iesum Christum facta est.« Et hoc sensu Paulus ad Galat. iv. veteres caeremonias, ac sacrificia *infirma, et egena elementa* vocat.

Haec ergo est differentia inter legem mosaicam, et euangelicam; quod prima dirigeret quidem Iudaeos, et ostenderet quid agendum, et quid omittendum esset; non tamen per se ipsam vires praebere, et gratiam, quae legis praecepta implerentur: lex autem euangelica vtrumque praestat; nimirum, et docet quid agere, et omittere debeamus, et gratiam confert, vt omnia possimus adimplere.

His omnibus S. Thomae ratio suffragatur (11): enim in his, quae

(9) Lib. de vtil. cred. cap. 3.

(11) Prima Secundae, quaest. xcviij.

(10) Prima Secundae, quaest. xcviij.

art. 1.

art. 2. ad 3. et 4.

ad finem ordinatur, perfecta bonitas est, quando aliquid esse tale, quod per se sufficiens est inducere in finem; imperfecta vero quando est tale, vt quidem aliquid operetur, ad hoc, vt perueniatur ad finem, non tamen sufficiat ad hoc, vt in finem perueniatur; sicut medicina perfecte bona est, quae hominem sanat; imperfecta vero est, quae hominem adiuuat, sed tamen sanare per se ipsam non potest: at lex Mosaiica iuuabat quidem, et aliquid operabatur, vt homo ad finem vltimum diuinae legis disponderetur; non tamen per se ipsam poterat hominem ad illum perducere: ergo lex verus perfectam legis bonitatem non habebat.

COROLLARIVM.

Ergo legem veterem a Deo latam esse, Mosemque illius promulgatorem duntaxat fuisse, ex his, quae demonstrata sunt, necessario consequitur. Id tamen et Mosis ipsius verba Deuter. vi. expresse euincunt. Ait enim: »haec sunt praecepta, et caeremoniae, atque iudicia, quae mandauit Dominus Deus vester, vt docerem vos.« Accedit testimonium Paulli ad Galat. iii. scribentis, legem ordinatam »per Angelos in manu mediatoris:« quo in loco nonnulli mediatorem intelligunt Christum Dominum: sed quum ibidem opponatur lex vetus Euangelio, verosimilius apparet mediatorem ibi Mosem appellari; potissimum, quum Paullus illis verbis aperte loquatur cohaerenter ad verba eiusdem Mosis Deut. v. »ego sequester, et mediator fui inter Dominum et vos.«

Quid vero si lex Mosi tribuitur Lucae ii. vbi scriptum legitur »secundum legem Moysi.« Et Matth. viii. vbi dicitur, »ostende te Sacerdoti, et offerit munus, quod praecepit Moyses.« An illico legis institutor Moses habendus erit? Minime gentium. Nam priori in loco agitur de purgatione mulieris post partum, de qua Dominus ipse tulit legem, vt constat ex cap. xiii. Leuitici: quin et Lucas ipse addit continuo, »sicut scriptum est in lege Domini.« Legem pariter de leproso mundato Deum habere auctorem ex cap. xiv. Leuitici liquet. Nulla praeterea lex fuit, quam Moses sua auctoritate tulerit; sed promulgator tantum quatumcumque censendus ille est.

CAPVT VII.

De sententijs contra pugnantibus: nefaria praesertim Manichaeorum, et Marcionitarum. Vbi earum dem momenta dissoluuntur.

Varie autem a varijs erga legem veterem et opinatum, et erratum est. Ac principio, quod ad eius attinet auctorem: nam quidam partim a Deo, partim a Mose, partim etiam a Senioribus institutam autumarunt. Sed tolerabilis hi errarunt ac Manichaei, et Marcionitae, quibus nefaria opinio in mentem venit; legem scilicet veterem a Diabolo, veluti malorum omnium principio esse. Enim errore Gnosticorum imbuti illi, duo rerum principia adcrebant, nempe bonum et malum; vt alibi dicebamus. Itaque et legem veterem malam esse, atque hominibus noxiam erroris consequentia docebant. Impiissimum hoc dogma tenuisse quoque Carpocratianos, Cainanos, et Cerdonianos Augustinus testis locupletissimus est (1). Expedit tamen singulorum argutationes resellere magis, quam referre sententias.

Ergo eorum, qui legem a Deo non esse contendebant, haec erant momenta. I: Clemens Romanus (2), sine quisquis Const. Apost. auctor sit, alique ex Patribus, Mosem Iudaeorum appellant legislatores. Imo, Ioh. ipse cap. i. inquit, »lex per Moysen data est.«

II: Mosem esse praeceptorum caeremonialium immediatum institutorem explorata Patrum sententia quibusdam Doctoribus visa est.

III: mentio item fit apud Matth. cap. xv. Traditionum Seniorum, quae sane ad legem pertinere videntur.

IV: Mosaiica lex, neque perpetua, neque perfecta fuit: at dicitur Eccle. iii. »didici quod omnia opera, quae fecit Deus, perscuerant in aeternum.« et Deut. xxxii. »Dei perfecta sunt opera.« Non ergo Dei opus haec lex fuit.

Ex haereticis autem sic Marcion ratiocinabatur: Deus est vniersorum conditor: igitur si legis Mosaeicae auctor ipse fuisset, pro omnibus eam dedisset; non pro solo Hebraeorum populo. Deinde: quoniam pacto Deus auctor legis carnalis dici poterit?

Praeterea: lex crentas immolationes, holocaustaque praescribens, tanquam stulta in sacrificijs, et infirma habenda est: quod enim stul-

(1) Lib. de Haer. capp. 7. 18. et 21. (2) Lib. vi. Constitut.

ad finem ordinatur, perfecta bonitas est, quando aliquid esse tale, quod per se sufficiens est inducere in finem; imperfecta vero quando est tale, vt quidem aliquid operetur, ad hoc, vt perueniatur ad finem, non tamen sufficiat ad hoc, vt in finem perueniatur; sicut medicina perfecte bona est, quae hominem sanat; imperfecta vero est, quae hominem adiuuat, sed tamen sanare per se ipsam non potest: at lex Mosaiica iuuabat quidem, et aliquid operabatur, vt homo ad finem vltimum diuinae legis disponderetur; non tamen per se ipsam poterat hominem ad illum perducere: ergo lex verus perfectam legis bonitatem non habebat.

COROLLARIVM.

Ergo legem veterem a Deo latam esse, Mosemque illius promulgatorem duntaxat fuisse, ex his, quae demonstrata sunt, necessario consequitur. Id tamen et Mosis ipsius verba Deuter. vi. expresse euincunt. Ait enim: »haec sunt praecepta, et caeremoniae, atque iudicia, quae mandauit Dominus Deus vester, vt docerem vos.« Accedit testimonium Paulli ad Galat. iii. scribentis, legem ordinatam »per Angelos in manu mediatoris:« quo in loco nonnulli mediatorem intelligunt Christum Dominum: sed quum ibidem opponatur lex vetus Euangelio, verosimilius apparet mediatorem ibi Mosem appellari; potissimum, quum Paullus illis verbis aperte loquatur cohaerenter ad verba eiusdem Mosis Deut. v. »ego sequester, et mediator fui inter Dominum et vos.«

Quid vero si lex Mosi tribuitur Lucae ii. vbi scriptum legitur »secundum legem Moysi.« Et Matth. viii. vbi dicitur, »ostende te Sacerdoti, et offerit munus, quod praecepit Moyses.« An illico legis institutor Moses habendus erit? Minime gentium. Nam priori in loco agitur de purgatione mulieris post partum, de qua Dominus ipse tulit legem, vt constat ex cap. xiii. Leuitici: quin et Lucas ipse addit continuo, »sicut scriptum est in lege Domini.« Legem pariter de leproso mundato Deum habere auctorem ex cap. xiv. Leuitici liquet. Nulla praeterea lex fuit, quam Moses sua auctoritate tulerit; sed promulgator tantum quauuncumque censendus ille est.

CAPVT VII.

De sententijs contra pugnantibus: nefaria praesertim Manichaeorum, et Marcionitarum. Vbi earum dem momenta dissoluuntur.

Varie autem a varijs erga legem veterem et opinatum, et erratum est. Ac principio, quod ad eius attinet auctorem: nam quidam partim a Deo, partim a Mose, partim etiam a Senioribus institutam autumarunt. Sed tolerabilis hi errarunt ac Manichaei, et Marcionitae, quibus nefaria opinio in mentem venit; legem scilicet veterem a Diabolo, veluti malorum omnium principio esse. Enim errore Gnosticorum imbuti illi, duo rerum principia adcrebant, nempe bonum et malum; vt alibi dicebamus. Itaque et legem veterem malam esse, atque hominibus noxiam erroris consequentia docebant. Impiissimum hoc dogma tenuisse quoque Carpocratianos, Cainanos, et Cerdonianos Augustinus testis locupletissimus est (1). Expedit tamen singulorum argutationes resellere magis, quam referre sententias.

Ergo eorum, qui legem a Deo non esse contendebant, haec erant momenta. I: Clemens Romanus (2), sine quisquis Const. Apost. auctor sit, alique ex Patribus, Mosem Iudaeorum appellant legislatores. Imo, Ioh. ipse cap. i. inquit, »lex per Moysen data est.«

II: Mosem esse praeceptorum caeremonialium immediatum institutorem explorata Patrum sententia quibusdam Doctoribus visa est.

III: mentio item fit apud Matth. cap. xv. Traditionum Seniorum, quae sane ad legem pertinere videntur.

IV: Mosaiica lex, neque perpetua, neque perfecta fuit: at dicitur Eccle. iii. »didici quod omnia opera, quae fecit Deus, peruersuerunt in aeternum.« et Deut. xxxii. »Dei perfecta sunt opera.« Non ergo Dei opus haec lex fuit.

Ex haereticis autem sic Marcion ratiocinabatur: Deus est vniuersorum conditor: igitur si legis Mosaeicae auctor ipse fuisset, pro omnibus eam dedisset; non pro solo Hebraeorum populo. Deinde: quoniam pacto Deus auctor legis carnalis dici poterit?

Praeterea: lex crentas immolationes, holocaustaque praescribens, tanquam stulta in sacrificijs, et infirma habenda est: quod enim stul-

(1) Lib. de Haer. capp. 7. 18. et 21. (2) Lib. vi. Constitut.

stultius valet excogitari, etiam et fingi, quam delectari Deum immolationibus cruentis, et holocaustorum fumo? At haec vetus lex praescribebat: nisi ergo stultum Deum faciamus, eiusdem auctorem adserere non debemus.

At Manichaei haec obiecrabant. I: vetus testamentum repromissit terram Chanaan observantibus sabbatum, azymorum solemnitatem, circumcisis, et abstinentibus a porcina: dignum est ergo, vt nos, reclusa haereditate, reddamus et tabulas. Ita argumentatur Faustus apud Augustinum (3).

II: Catholici aequae ac Manichaei Azymophagiae contemnunt hebdomadas, inuilem putant scenopegiam, atque similia contemnunt: ergo abiciunt vnanimiter Mosis legitima.

III: nouitatem Christianam hebraicae addere vetustati nihil est aliud, quam maiorem scissuram facere: aut enim Euangelista cap. ix. «nemo immitit commissuram panni rudis in vestimentum vetus: tollit enim plenitudinem eius a vestimento, et pelor scissura fit.»

IV: nonne Apostoli ipsi, nati sub testamento, ac lege veteri, illud abiecerunt? Ergo nihil mirandum, si illi, qui sub eisdem nati non sunt, ea nolint vsurpare.

V: praecepta vitae instruendae, quorum causa vetus lex commendanda videtur, vt «non occides, non moechaberis, non peierabis, non concupisces,» iam iam in nationibus erant antiquitus; eaque lex Mosis eradicasse videtur. Etenim haec iubet tantummodo, vt diligatur proximus, et amicus, fouerque vleiscendi cupidinem illo suo pronunciat, «oculum pro oculo, dentem pro dente:» quae duo Christus Dominus damnauit Matth. v.

Deinde: lex illa dumtaxat externam fornicationem vetabat, ac praescribebat cuique volent vxorem dimittere dandum esse repudium: quae etiam Christus damnauit laudato loco Matth. Similiter prohibebat illa iuramentum diuini numinis inuocatione factum, aliis iuramentorum generibus probatis: quod pariter Christus reiecit ibidem. Tandem vetus lex nihil non alienum habebat: diuitias siquidem offerebat, ventris saturitatem, filios, ac nepotes, et Chananitidis regnum. Igitur nec bona, nec vitis lex illa erat.

VI: lex vetus innumera, et horrenda approbat facinora. Etenim commendat Abrahamaum, qui flagrans insana cupidine cum pellice sub conscientia vxoris est volutatus: flagitiosum item Loth incestum

(3) Lib. iv. contra eundem cap. 1.

cum duabus filiis, eiusdemque ebrietatem: Iacobum praeterea commendat, qui tamen inter germanas sorores Rachelem et Liam intemperanter errauit: Iudam, quod cum Thamar nuru sua habitu prostitutionis deceptus dormiuit: Dauidem Vitae mulierculam moechantem, eundem in bello perdentem: Mosem tandem ipsum, et si homicidam, Aegyptiorum expoliatores, et non vno Matrimonio contentum. Haec vero, atque his similia, aut sunt Scripturam commenta, aut res gestae. Si primum: mendacis vetus testamentum plenum est. Si secundum: commendat igitur lex vetus turpissima facinora.

VII: quis bonam, et vtilem legem dixerit, vnde peccata prodierunt? At Apostolus ad Rom. v. scribit, «lex autem subintravit, vt abundaret delictum:» et cap. vii. «quum venisset mandatum, peccatum reuixit:» non erat ergo bona vetus lex.

VIII: nihil est in veteri lege de Christo praenuntiatum, vnde huius legis vtilitas valeat dignosci. Nam obiciuntibus Iudaeis Christo Ioannis viii. «tu de teipso testimonium perhibes: testimonium tuum non est verum:» respondit: «et si ego testimonium perhibeo de me ipso, verum est testimonium meum, quia scio vnde veni, et quo vado:» non vero dixit, credite Prophetis, testificantur de me veteris legis figurae: igitur non est bona huiusmodi lex.

Sed leuia admodum omnia haec sunt. Itaque ad primum primi ordinis respondemus: Mosem dici Hebraeorum legislatorem, quoniam eorum legis promulgator extitit; neque alterius hominis manu, vel ore ipsa lex conscripta fuit aut prolata. Hinc iure optimo non solum a Patribus, sed et ab Euangelista Ioanne legislator dicitur est. Quamquam Clemens Alexandrinus animaduertit (4), Ioannem apposite dixisse legem per Mosem datam, non a Mose latam, atque institutam, quia is ab alio legem hominibus proponendam acceperat. Addendum, quod in epist. ad Galatas cap. iii. dicitur ratione sollemnem promulgationis *lex facta*: nam ante Mosem erant sabbatum, circumcisio, sacrificia, et plurima alia caeremonialia.

Et his quidem responderetur ad secundum. Etenim dicitur Mose rituum, et caeremoniarum institutor improprie, et quatenus eadem peruulgauit: a Domino siquidem tradita fuisse ex Exodo, et Leuitico constans res est.

Ad tertium dicendum: memoratas xv. Matthaei cap. traditiones

Tom. III.

Gg

neu-

(4) Lib. i. Paedagogi.

neququam ad legem spectare, sed erant illae quaedam Pharisaeorum instituta. Hi enim auctore Iosepho (5), plurima quasi legitima populo tradiderunt ex Patrum traditione: horrida etiam, ac friuola scita legitimis Patrum Marte proprio addiderunt: haec inter, quum in Leuitico iubeatur, vt si quis mortuum cadauer, aues, rapaces, atque immunda contingeret, immunditiam corporali lotione expiaret: quo viderentur religiosiores crebro ante mensam lauabant manus; eamque superstitiosam lotionem parui facientes discipuli, interdum absque hac mensa sternere consueverunt, vbi praesertim ab immundis a lege vetitis abstulissent; de qua Pharisaeorum consuetudine loquitur Matth. cap. xv.

Arbitrabantur praeterea, derelictis parentibus extrema necessitate laborantibus, bona sua quacque vtilius in Dei cultum sacrari violata naturali lege. Inde hoc eorum decretum eodem Matthaei cap. expressum, «quicumque dixerit Patri, vel Matri, manus quodcumque est ex me, tibi proderit.» Opinabantur tenere iuramentum in auro templi, id est, per munus oblatum sanctuario: nullum vero esse iusiurandum per templum, et per altare, quod ipsa dona sanctificat. Censebant sram esse pietatem in externo vestium ornatu: ideoque coccinea fila palliorum praescripta Deut. xxii. vt Israelitae exteriori habitu scernerentur a Gentibus, ita alligabant, vt explicatione vestis apparerent phylacteria, seu memoriae custodiendae legis, conscripta in membranarum tenuissimis, vt loquitur Iustinus (6). Solvebant, exigebantque decimas etiam cuiusque oleris, vt menthae, rutae, anethi, et cymini, e quibus decimae nec dandae erant, nec exigendae. Legatur Matthaei cap. xxii.

Ex his autem duo inferuntur: et traditiones Pharisaeorum esse aut ritus superstitiosos, aut transgressiones legis, et extremam esse haereticorum dementiam, qui ex damnatis traditionibus Pharisaeis conantur eleuare Apostolicas, quibus lex Christiana ornatur.

Quarta haec est solutio: quod opera Dei ad extra pro eo tempore perseverant, pro quo a Domino fuerunt constituta: et perfectionem habent sui generis iuxta conditionem temporum: quae perpetuitas Mosis legi non defuit, quemadmodum nec perfectio: nam res omnes corporeae imperfectionem aliquam, et finem habent, et tamen opera Dei sunt. Itaque Ecclesiastes loquutus videtur de rerum creaturarum complexu, quod perseverat facta etiam partium suc-

(f) Lib. xiii. Antiq. cap. 18.

(e) In Dialogo cum Tryphone.

cessione, vt perennem dicimus fontem, fluium, saeculum. Quum non possimus nos rerum creaturarum seriem ordinemque mutare, respectu nostri perpetuae illae sunt.

Praeterea: an non in sacris literis aeternitas, et perpetuitas pro certo tempore conditionibus rerum congruenti interdum sumitur? Hinc in textibus Geneseos xvi. vers. viii. et Exodi xxi. vers. vii. ac Leuitici xxv. vers. xvi. legit nostra vulgata *in perpetuum*: quod vocabulum, quamuis habeat quandoque eandem ac *aeternum* significationem, proprie tamen demonstrat qualemcumque continuationem: quo sensu dicimus perpetuam voluntatem, perpetuam orationem, cetera. At bona temporalia lex vetus promittebat, vt ex his ad Deum colendum Iudaei assurgerent.

Ad primum autem ex Martionis argumentis respondemus, veterem legem populo Iudaico speciali titulo datam ob promissa Abrahamae facta, etiam ad alios spectare; nam ad illam accessum habebant proceliti, et alienigenae: et Christiani ipsi repurantur ob fidem in semine, et participes sunt promissionum: est praeterea Deus suorum beneficiorum Dominus; eaque pro suo beneplacito distribuit.

Secundum soluunt Apostoli verba ad Rom. vii. scilicet: «lex spiritualis est; ego autem carnalis sum, venundatus sub peccato:» est ergo spiritualis, et quia, qui legem dedit Deus, spiritualis est, vt Augustinus loquitur (7); et quia mundi Redemptorem figurate praedicebat, vt ait Tertullianus (8).

Tertium sic solum esto: offerebantur Deo sacrificia, non quod delectetur Deus victimarum cruore, et holocaustorum, sed quia his populus reuocabatur a culto idolorum, et praefigurabatur Christus pro nobis in ara Crucis immolandum.

Nec difficillius erit Manichaeorum obiectiones diluere. Ad primum ergo dicimus, recipi a nobis testamentum vetus, non quidem ad promissiones illas consequendas, sed vt in eis noui testamenti praenuntiationes intelligamus; quas in veteri contineri docet Paulus 1. ad Corinth. scribens, «haec autem in figura facta sunt nostri.»

In secundi solutione distinguenda sunt praecipua vitae agendaae a praecipuis vitae significandae, in testamento veteri vtique contenta. Atque ex his nos custodimus praecipua prioris generis, nempe, *non concupisces*, atque huic similia, non vero praecipua secundi generis, cuiusmodi est illud, *circumcidēs omne masculinum*: haec et-

Gg 2

enim

(7) Serm. xii. de verbis Apost.

(8) Lib. v. contra Marc. cap. 13.

enim futura praesignabant: unde Apostolus ad Coloss. cap. ii. ait: »nemo ergo vos iudicet in cibo, aut in potu, aut in parte diei »festi, aut Neomeniae, aut Sabbatorum; quae sunt umbra futu- »torum.«

Tertium apertissime falsum est. Non enim veterem legem nos nouae addimus, quae ab illa iussa sunt ad nos praenuntiandos in seruitute facientes, sed quae ad nos confirmandos scripta sunt in libertate legentes. Quid quod? Fuisse aliquando bonam veterem legem, proindeque non habere auctorem diabolum dicere possumus.

Quarti haec est explicatio: Apostolos veterem abieciisse legem quantum ad praecipua caeremonialia, quae futurorum erant figurae; non quantum ad ea, quae ad vitae institutionem pertinebant: id et nos ab Apostolis edocti facimus.

Quintum, quod adducunt, multa continet, atque multis est soluendum. Principio itaque dicendum ex Augustino (9), hominem iniquum, qui iniquus est, esse odio habendum; quia vero homo est, esse diligendum. Quia igitur non intellecto quod antiquitas erat dictum, in hominis odium ferebantur, quum non deberent odisse nisi vitium; ideo Dominus hoc corrigit dicens, »diligite inimicos »vestros.«

Quod autem ibidem additur de inimicorum ultione hanc habet intelligentiam: quum quilibet, etiam leuiter laesus, reponere nolit vindictae quantum accepit iniuriae, ac non pauci caedes moliantur, et sanguinem sitiant; propterea Deus Exodi xxi. poenam talionis iudicis sententia infligendam statuit; vt scilicet ultioni immoderate lex modum imponeret, ita vt recte Augustinus dixerit (10), »proinde oculus pro oculo, et dentem pro dente non fomes, sed »limes furoris est.«

Deinde, concupiscentiam a veteri lege damnari constat ex cap. xx. et ex Apostolo ad Romanos vii. Repudium vero permissum fuit ob Iudaeorum duritiam: hinc Augustinus adnotat (11), non haberi in Mosis lege, »qui voluerit dimittere uxorem, dimittat,« sed volentibus eam dimittere iudixit Moses dari libellum repudii, »vt »animus praiceps libelli conscriptione refractus absteret;« hoc est, cogitare posset quam graue esset nuptiam dimittere.

Item, iuramentum diuini numinis obstestatione factum seruandum esse

(9) Lib. xix. cont. Faust. cap. 24.

(11) Cap. 16. eiusdem Libri.

(10) Ibidem cap. 16.

esse inter lex Mosis praescribit: inde tamen inferre, non tenere reliqua iuramenta traditio erat Pharisaeorum, reuera detestanda. Addendum ex Augustini obseruatione (12), iuramenta ipsorum Manichaeorum Pharisaeis longe esse iniquiora: iurabant enim saepissime per paraclitum, non illum quem Christus misit, sed per illum ipsum *insanifusorem*, sic ab insania dictum, quem illi admittebant.

Tandem, Iudaeorum promissiones ipsis erant argumentum seruiendi Domino bonorum omnium largitori, nobis autem documentum sunt expectandi meliorem substantiam.

Ad sextum dicendum, veterem legem multorum crimina referre tantum, non ea laudare: nos vero, non hominum scelera, sed Scripturarum sanctitatem defendere.

Deinde responderi posset: plurima ex his, quae Manichaei obiectant, immerito reprehendi; potissimum quum promissiones, figuraeque Sacramentorum illa sint; vt abunde scripturae sacrae interpretes demonstrant.

Septimum sic ex Augustino soluimus (13): »proindeque paulo post dicit idem Apostolus: itaque lex quidem sancta, et mandatum iustum, et sanctum, et bonum. Sed ne dicas, quia de alio »mandato dicat, vt ostendat quia de illo dicit, de quo paulo apte »dixerit, lex subintravit, vt abundaret delictum, statim sibi oppo- »suit quaestionem, quod ergo bonum, mihi factum est mors? Ab- »sit, sed peccatum vt appareat peccatum, per bonum mihi opera- »tum est mortem: erat enim peccatum, sed non apparebat peccatum: »data est lex superbo, fecit contra legem, et apparuit peccatum, »quod erat, sed non apparebat.« Ergo iuxta Apostolum idem est delictum subintrare, et abundare per legem, ac cognosci, redargui, puniri. Conferas Apostoli verba cum aliis ad Rom. iii.

Atque huius interpretationis haec est verissima ratio, quod in sacris litteris verba, quae significant esse, et facere, saepissime Hebraica phrasi pro rei cognitione ponuntur. Ita intelligendum illud Psalm. i. »vt iustificeris in sermonibus tuis;« et illud ad Corinth. vii. »gloriaris nostra, quae fuit ad Titum, veritas facta est.« Quod vero addit Paullus cap. viii. laudatae epistolae, scilicet, »prius te »stamentum culpa non vacasse,« hunc habet sensum, quod Hebraei non permanserunt in illo, et Dominus neglexit eos, vt ibidem additur. Qua responsione et soluitur Ezechielis testimonium cap.

(12) Cap. 22.

(13) Cap. 2.

cap. xx. dicentis, »dedi eis praecepta non bona: « nam vt Augustinus scribit (14): »forte propterea non dixit mala, sed tantum non bona, id est non talia, vt illis homines boni fiant.«

Octauum argumentum Augustinus contra Faustum instaurat, ac retorquet: (15) enim vero Apostolus ad Rom. 1. de Euangelio ait, »quod ante promisserat per Prophetas suos in scripturis sanctis; et ipse Dominus Lucae xxiii. »necesse est, inquit, impleri omnia, quae scripta sunt in lege Moysi, et Prophetis, et Psalmis de me; et Ioannis v. »si crederetis Moysi, crederetis forsitan et mihi: de me enim ille scripsit.« Vbi ergo Christus ait propria opera testimonium de seipso perhibere, non excludit legis veteris testimonium.

In capite autem Ioannis viii. recte Christus proprium commendat testimonium: etenim dixerat antea se esse lucem mundi; est autem verum testimonium luminis, siue sese ostendat, siue alia; quia sine lumine non potes videre lumen, et sine lumine non potes videre quodlibet aliud, quod non est lumen. Deinde, quia dicens, »scio unde venit, et quo vado, Patrem, qui Prophetarum ora aperuit, intelligi volebat. Consultatur Augustinus (16).

A P P E N D I X.

Deum per Mosem tria legum genera promulgasse, in transcurso licet, constituendum erat: accipiens itaque Hebraeorum Republica legem scriptam, leges accepit morales, seu naturales, politicas, seu iudiciales, aut ciuiles, et caeremoniales, seu canonicas, et ecclesiasticas. Ex his praecepta moralia ipsisima naturalia esse, Decalogum legentibus patet: sunt enim praecipua capita iuris naturae, quae aut Deum, aut nos ipsos, aut alios spectant. Quae autem spectant Deum officia in prima tabula continentur, nempe vt vnus colatur Deus, vt eius nomen cum falsitate non usurpetur, vt sabbata sanctificentur; quae officia nos, aliosque spectant in secunda tabula sunt locata.

Verum illud controuertitur: quot videlicet in prima tabula, quot in secunda fuerint scripta? Et in hac controuersia Augustinus est, qui docuit (17) tria in priore, septemque in posteriore esse rependa. At Origenes, et Iosephus quatuor in prima, sex in posteriore locant. In priore: I. »non habebis Deos alienos coram te.« II:

(14) Episc. xix. num. 12.

(15) Lib. xii. cap. 1. et 3.

(16) Tractatu xxxv. in Ioan.

(17) Quae. lxxvii. in Exod.

II: »non facies sculprilla.« III: »non assumes nomen Dei in vanum.« IIII: »sabbatum sanctificabis.« In posteriore I: »honorata Patrem, et Matrem.« II: »non occides.« III: »non moechaberis.« IIII: »non furtum facies.« V: »non loqueris falsum testimonium.« VI: »non concupisces.« Ita Iosephus in libris antiquitatum Iudaicarum, (18) et Origenes in Homiliis. (19) Tamen inualuit iam pridem opinio prima, et vsu totius Ecclesiae confirmata est. Totum in eo versatur discrimen, quod prior postrema duo praecepta diuidit, non diuidit primum; posterior vero diuidit primum, non vltima duo.

De huiusmodi praeceptis haec S. Thomas tradit. (20) »Quum moralia praecepta sint de his, quae pertinent ad bonos mores; haec autem sint, quae rationi conueniant, omne autem rationis humanae iudicium aliquoties a naturali ratione deriuatur: necesse est, quod omnia praecepta moralia pertineant ad legem naturae, sed diuersimode. Quaedam enim sunt, quae statim per se ratio naturalis cuiuslibet hominis diiudicat esse facienda, vel non facienda: sicut, honora patrem tuum, et matrem; et non occides; non furtum facies, et huiusmodi sunt de lege naturae; quaedam vero sunt, quae subtiliori consideratione rationis a sapientibus indignantur esse obseruanda, et ista sic sunt de lege naturae, vt tamen indigeant disciplina, qua minores a sapientioribus instruantur, sicut illud, coramcano capite consurge, et honora personam senis, et alia huiusmodi: quaedam vero sunt ad quae iudicanda ratio humana indiget instructione diuina, per quam erudimur de diuinis; sicut est illud, non facies tibi sculprilla, neque omnem similitudinem; non assumes nomen Dei tui in vanum.

Quoad leges attinet caeremoniales ad quatuor classes eas Naturalis Alexander refert: (21) nempe sacrificia, sacramenta, sacra, et obseruantias. Sacrificia varia erant, sed omnia oblatione animalium, aut fructuum continebantur. Sacramenta erant symbola, seu signa rerum sacrarum, qualis agnus paschalis, et circumcisio. Sacra vocabantur functiones, quae in sacrificiis adhibebantur, et quas nos caeremonias appellamus. Obseruantiae demum erant quaedam religiosae consuetudines.

Prae-

(18) Lib. iii. cap. 4.

(19) Hom. viii. in Exod.

(20) Prim. Sec. q. c. art. 1.

(21) In iv. mundi aetate, artic. 1.

Prop. 1.

Præclare id explicat S. Thomas, vbi scribit: (22) «caeremonialia praecepta ordinantur ad cultum Dei. In quo quidem cultu considerari possunt et ipse cultus, et colentes, et instrumenta colendi. Ipse autem cultus specialiter consistit in sacrificiis, quae in Dei reuerentiam offeruntur. Instrumenta autem colendi pertinent ad *Sacra*, sicut est tabernaculum, et vasa, et alia huiusmodi. Ex parte autem colentium duo possunt considerari: scilicet eorum institutio ad cultum diuinum, quod fit per quandam consecrationem, vel populi, vel ministrorum: et ad hoc pertinent *Sacramenta*: et iterum eorum singularis conuersatio, per quam distinguuntur ab his, qui Deum non colunt; et ad hoc pertinent *observantiae*, puta in cibis, et vestimentis, et alijs huiusmodi.

Caeremoniarum vero Iudaeorum institutus prope est numerus. Quam autem Deum auctorem habeant, illae saltem, quae in libris sacris sunt praescriptae, praesertim in Leuitico, dubitari minime potest, quin ex solidis rationibus statuae sint. Quicumque ergo negant vllas fuisse caeremoniarum illarum rationes, si negare quoque debent a Deo institutas fuisse.

Sunt qui putant Deum caeremonias illas ea tantum ratione instituisse, vt suam autocratiam, seu summum imperium in Hebraeorum gentem ostenderet. Nos autem non negamus Deum in legibus, quas hominibus promulgat, simul suam autocratiam ostendere; sed negamus hanc solum rationem Deum in suis legibus promulgandis spectare: quippe leges omnes ad nostram vtilitatem fert, vt nempe sint lumen, quo rectus in ciuitate, et religione viuamus. Nec enim Deus instar Tyrannorum est, qui bonum suum tantum spectat: quin imo quum nihil egeat eorum, quae facta sunt, nullam suam vtilitatem legibus aucupari vult: ergo dicamus oportet non sine summis rationibus, vel Hebraicae communitatis, vel Religionis leges illas latas fuisse.

Neque contra haec faciunt, quae solent opponi, scilicet: Dominus ipse Ezechielis xx. ait: „Dedi eis (videlicet Hebraeis) „praecepta non bona (hoc est caeremonias) et iudicia, (hoc est „leges iudiciales) in quibus non viuunt. Paulus quoque ad Ephes. „ii. scribit: Ipse enim (Christus) est pax nostra . . . legem mandatorum veteris foederis decretis (Euangelij) euacuans. Item, ipsi Apostoli, dum vocant praecepta nouae legis rationalia, simul indicant veterem illam legem sine ratione fuisse reuera. Addunt:

quae-

(22) I. II. q. 101. art. 4.

quaenam ratio fingi potest cur Deus veterit vestem ex lana, et lino contextam; veterit serere diuersa semina, et mixta, et aliaque similia? Quanam deinde ratio esse potuit quaedam animalia declarandi immunda, alia vero munda?

Leuia enim haec omnia sunt, et primum hoc pacto soluitur: tametsi ignora nobis ratio sit quarundam caeremoniarum, non idcirco nullam esse dicere debemus, nisi mentem nostram mensuram operationum Dei statuere velimus. Praeterea, non est statuenda ratio vna eademque ritualium Hebraeorum legum: aliae enim datae sunt, vt populus durae ceruicis minutis hisce praeceptis flecteretur ad obedientiam; aliae vt pederentim a consuetudine Gentilium abstraherentur. Multae insuper aliae rationes desumtae erant a circumstantiis temporis, locorum, personarum, morum, quae nunc, deleta iam Hebraeorum Republica, penitus ignoramus.

Locus Ezechielis ita intelligendus est, vt vita non habeatur ex obseruatione caeremoniarum, sed praeceptorum moralium, in quorum comparatione leges caeremoniales non bonae dicuntur. Ita Natalis Alexander. Sed reuera sensus literalis hic est: dedi eis praecepta cum comminatione mortis, quae quum Hebraei non obseruent propter duritiam cordis, in iis non viuunt; id est, ea praecepta, occasione accepta, vt Paullus loquitur, mortem gignunt; et loquitur Ezechiel de morte temporali. Iam vero, quum Apostoli praecepta haec vocent *non bona*, aut *irrationalia*, id intelligunt, veterem omnem legem vmbra fuisse sine corpore: itaque vocant etiam sacramenta illa *vacua*, et *egea*.

Illud modo stabillendum sequitur: praescripserint Deus caeremonias, an ab Hebraeis Gentilium in morem vsurpatae permiserit? Qua in re Ioannes Spencerus, (24) Ioannes Marshamus, (25) aliique existimant, maiorem partem caeremoniarum illarum ab Hebraeis ex more Gentium vsurpatae Deum permisisse, quum vt Genti Iudaicae effraenis indolis aliquid indulgeret, tum vt maiora mala vitaret. Auctores isti hunc in modum ratiocinantur: constat iam Hebraeos inter Aegyptios diu versatos: ibi enim nati, ibi educati erant ii, quos Moses eduxit. Aegyptiorum quoque Dijs seruierant, vt testis est Iosue. (26) Dubitari ergo nequit, quin supersticiosos Aegyptiorum mores induerint; Aegyptii autem omnium

Tom. III.

Hh

nium

(24) In libris de Legibus Hebraeorum ritualibus.

(25) In Can. Chronolog. (26) Cap. 24.

nium mortalium superstitionissimum fuerunt, ut ex Herodoto, Diodoro Siculo, Plutarcho, Iamblico discimus: Iudaeorum ergo mores non potuerunt meliores esse.

Iam quum Deus vellet sibi ex Iudaeis peculiarem Rempublicam facere, non potuit repente Iudaeos ad nouum vitae genus conuertere, nisi eorum simul naturas immutando, quod Deus facere non solet: ergo oportuit, ut in plurimis Hebraeorum indoli se accommodaret, permitteretque eis caeremonias Gentilium nonnullas, tantum caeremoniarum immutato obiecto: nempe vbi caeremoniae illae Aegyptiacae spectabant Deos falsos, conuertit ad se verum Deum.

Addunt: Christus Matth. xix. aperte dicit, multa Hebraeis permessa ob duritiam cordis. Quid quod ipsa rituum Mosaicorum et Hebraeorum similitudo (pergit Spenceus) cum Aegyptiis hoc ipsum ostendere videntur? Nam ritus illos Aegyptios potius ab Hebraeis, quam Hebraeos ab Aegyptiis accepisse simile vero non est. Sane ad sacrificia quod attinet, plurimi Scripturarum, et Patrum loci docent, ea Deum non instituisse, nisi ut Iudaeos his assuetos auerteret a cultu aliorum Numinum. Legatur Calmet. (27)

Hanc tamen Spenceri sententiam magno adparatu, ac pompa refellit Natalis Alexander, (28) cuius haec sunt praecipua argumenta. «Deut. xii. inquit Deus: »caue ne imiteris eas (gentes nempe »idololatrias) postquam te fuerint introeunte subuersae, et requi- »tas caeremonias earum, dicens, sicut colerunt Gentes illae Deos »stos, ita et ego colam. Non facies similiter Domino Deo tuo. « Qui igitur Deus indulisset Hebraeis caeremonias Aegyptiorum, quum seuerè prohibuerit idololatrias imitari?

II: Leges caeremoniales eo consilio Israelitis Deus dedit, ut earum obseruantia, veluti pariete quodam intermedio, a Gentium communiōne, et moribus separaret; quod magna consensione Patres tradidere: permittente ergo non potuit Idololatriarum caeremonias.

III: Sic de Iudaeis scribit Tacitus: (29) »Moses, quo sibi in »posterum gentem firmaret, novos ritus, contrariosque ceteris mor- »talibus indidit. Profana illis omnia, quae apud nos sacra: rursus »concessa apud illos, quae nobis incesta. « Ergo Taciti ipsius auctoritate opinio Spenceri refellitur. Qui plura desiderat, consulat Natalem Alexandrum. (30) CA-

(27) In Proleg. in Leuit.

(28) Vbi supra, Diss. III. prop. 3.

(29) Lib. v. Historiar.

(30) Vbi supra.

CAPVT VIII.

De legislatrice humana facultate, eiusque vi.

Inest Regibus ac Principibus legislatiua facultas: inest quoque Ecclesiae Praelatis.

Qui iustis imperantium legibus resistit, Dei ordinationi resistit.

Priorem propositionem; qua parte adserit, summos imperantes, facultatem habere leges condendi, Scripturarum testimoniis sic demonstramus: facultatem hanc Christus ipse, eiusque Apostoli agnouerunt, et ei obtemperare praeceperunt. Enim Christus Dominus interrogatus, an liceret tributum dare Caesari, respondit Lucae xx: »Reddite ergo quae sunt Caesari Caesari. « Id ipsum exequutus ipse est, dum soluit didrachma census, Matth. xvii. Item Paulus in suis Epistolis totus est in obedientia Regibus, et Principibus suadenda, etiam ethnicis. Scribit siquidem ad Roman. xiii. »Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit: non est enim »potestas nisi a Deo: quae autem sunt a Deo, ordinatae sunt. « Et versu v: »Reddite ergo omnibus debita: cui tributum, tributum: »cui vectigal, vectigal. «

Similiter ad Titum scribens, ait cap. iii. »Admone illos, Prin- »cipibus et Potestatibus subditos esse, dicitò obedire. « cer. Et Apostolus Petrus Epist. i: »Subiecti, inquit, igitur estote omni hu- »manae creaturae propter Deum: siue Regi, quasi praecellentis, »siue Ducibus, tanquam a Deo missis ad vindictam malefactorum... »Quia sic est voluntas Dei, ut bene facientes obmutescere facia- »tis imprudentium hominum ignorantiis. «

Scripturis consonant Patres. Ex his Policarpus ait: (1) »Tibi »quidem rationem reddere non me piget: praeceptum enim nobis »est, ut Magistratibus, et Potestatibus a Deo constitutis hono- »rem debitum exhibeamus, qui nobis ipsis nihil noceat. « Iustinus inquit: (2) »Vectigalia sane, et collationes, eis qui a vobis sunt

Hic 2

or-

(1) Apud Euseb. lib. III. Hist. Eccl. (2) In Apolog. II. pro Christianis. cap. 15.

ordinati exactoribus, prae omnibus vbique inferre contendimus. « Tertullianus (3) exprobat Gentilibus, quod in Christianis perseque-
rentur eos, qui pro salute Imperatorum expansis manibus Deum
verum exorabant. Ast quid Patres memoremus? Plinius ipse ad
Traianum scribens significauit, nihil se inuenisse in Christianis, quod
in culpam illis posset verti de non seruatis legibus ac edictis Im-
peratorum, excepta religione.

Alteram propositionis partem, quae de Ecclesiae Principibus
loquitur, multiplici Scripturarum testimoniis probamus. Legimus
apud Lucam cap. x: « Qui vos audit, me audit; et qui vos sper-
nit, me spernit. « Matth. etiam xviii. dicitur: « Si Ecclesiam non
audierit, sit tibi sicut Ethnicus, et Publicanus. « Et Aetorum xx:
Spiritus Sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei. « Item ad
Rom. xiii: « Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. «

Apertius autem haec Praelatorum Ecclesiae potestas traditur ab
Apostolo in 1. ad Corinth. Epistola scribente: « Quid vultis in virga ve-
niam ad vos, an in caritate, et spiritu mansuetudinis? « Et ii. Corinth.
13. « Haec absens scribo, vt non praesens durius agam secundum
potestatem, quam Dominus mihi dedit. « Qua potestate frequen-
ter Paulus vsus est: primo, quum Corinthium incestuosum excom-
municauit; secundo, quando reprehendit Corinthios, quod iudicio
contenderent apud infideles; tertio, quando Himenaeum, et Ale-
xandrum propter haeresim tradidit satanae; quarto, quando Thes-
salonicensibus scripsit Epist. 1. cap. 3. « si quis non obedit verbo
nostro per epistolam, hunc notate, et non commisceamini cum
illo, vt confundatur. «

Propositionis autem secundae veritas limpidissimis verbis a Paul-
lo traditur Rom. xiii. vbi dicit: « qui resistit potestati, Dei ordi-
nationi resistit; qui autem resistunt, ipsi sibi damnationem ac-
quirunt. « Et infra: « Ideo necessitate subditi estote, non solum
propter iram, sed etiam propter conscientiam. « Expressius vero
Christus Dominus hanc veritatem docuit apud Lucam cap. x. di-
cens: « qui vos spernit, me spernit; qui autem me spernit, sper-
nit eum, qui misit me. «

Accedit S. Thomae auctoritas docentis: (4) « leges positae hu-
manis vel sunt iustae, vel iniustae. Si quidem iustae sint, ha-
bent vim obligandi in foro conscientiae a lege aeterna, a qua de-
rri-

(3) In Apolog. cap. 1.

(4) Prim. Sec. q. xcvi. art. 4.

riuantur, secundum illud Proverb. viii. Per me reges regnant, et
legum conditores iusta decernunt. Dicuntur autem leges iustae
et ex fine, quando scilicet ordinantur ad bonum commune; et ex
auctore, quando scilicet lex lata non excedit potestatem ferentis;
et ex forma, quando scilicet secundum aequalitatem proportionis
imponuntur subditis onera in ordine ad bonum commune. «

Atque rationem reddens subiungit: « Quum enim vnus homo
sit pars multitudinis, quilibet homo hoc ipsum quod est, et quod
habet, est multitudinis, sicut et quaelibet pars id quod est, est to-
tus: vnde et natura aliquod detrimentum aufert parti, vt sal-
uet totum. Et secundum hoc leges huiusmodi onera proportiona-
biliter inferentes, iustae sunt, et obligant in foro conscientiae, et
sunt leges legales. «

COROLLARIUM

Hinc inferitur, quale sit ferendum iudicium illorum sententiae
(aptius dicerem dementiae) qui palam producere non erubescunt,
posse subditos sui Principis legibus ac praecipis non obtempera-
re, imo et eius vitae insidiari, quotiescumque regiminis forma
societati fuerit perniciosa, seu Princeps in Tyrannum degenerarit. Proh!
hominum inuerecundam frontem! negat id fieri posse Grotius, (5)
cuius haec est ratio praecipua: quod quum cuique liceat se in ser-
uitutem alicui dare, si populus semel in seruitutem summae ali-
cuius potestatis se dedit, vt seruiat necesse est, ni aduersus da-
tam fidem velit agere. Praeterea, summi imperantes superiorem in
terris habent neminem: iudicari ergo a populo nequeunt.

At Grotio se opponit Ioh. Fridericus Gronouius, (6) scribens,
quod quum summi imperantis electio pro ciuium custodia et tutela
facta sit, si in populi perniciem vergat, ciues, qui naturae iure
se et societatem tueri debent, possunt illum deponere, mutare,
atque punire. Hanc tamen Gronouii doctrinam Puffendorffius (7) cau-
te suscipiendam docet; propterea quod nouandi cupidus, vel pri-
uati affectus populum decipere possunt. Sane, quis ignorat Iou-
nem nec pluuium, nec serenum omnibus aequae placere? Insuper ob-
seruat rectissime; toleranda etiam Principum vitia, eorundem dein
legibus obtemperandum, tametsi durissimis; pensandaque vel cum

(5) Lib. 1. cap. 1. §. 8.

(6) In Notis in Grotii locum.

(7) Lib. vii. de Iure naturae, et Gen-
tium, cap. 8.

commodo, et utilitate, vel cum malis maioribus, quae ex regionis mutatione provenire solent. Egregie in idipsum Tacitus: (8) «Ferenda Regum ingenia, neque vsui esse crebras mutationes.»

CAPVT VIII.

Hæreticorum conatus prodit et frangit.

Iuxta Christi Domini Natiuitatis tempora quidam Iudas Gallæus, de quo mentio in actibus Apostolorum fit, diciturque quod auertit populum post se; hinc inde spargere cepit non esse Principibus parendum, neque eorum legibus obedendum, sed Deo soli. De hoc Hieronymus ait: (1) «Iudas Gallæus, qui inter cetera hoc quasi probabile proferebat ex lege, nullum debere Dominum, nisi solum Deum vocari; et eos, qui ad Templum decimas deferrent, Caesari tributa non reddere. Quae hæresis in tantum creuerat, vt etiam Pharisæorum, et multam partem populi conturbaret.»

Lutherus posthac fideles ab omni lege absolutos declarat, et sola fidei lege teneri pronuntiat. Hinc scribit: (2) «Nullo opere, nulla lege, homini Christiano opus est; quum per fidem sit liber ab omni lege.» Et in Epistolam ad Galatas scribens (3), post multa concludit, nullam legem Christianis, siue ab hominibus, siue ab Angelis imponi posse, nisi quantum ipsi velint. A Luthe-ro non longe Caluinus abest, (4) vbi adfirmat, «Deum esse vnicum legislatorem: non licere hominibus id honoris sumere.» His consentiunt Waldenses, et Anabaptistae.

Haec autem in sui erroris patrocinium congerunt argumenta. I: Deus prohibuit quidquam ad sua praecepta addere, et in veteri, et in nouo Testamento. Legitur enim Deuter. iv. «Non addetis ad verbum, quod vobis loquor.» Et cap. xii. «Quod præcipio tibi, hoc tantum facito Domino, nec addas quidquam, nec minuas.» Item Matth. xxviii. «Docentes eos seruare omnia, quaecumque mandauit vobis.» Vbi Christus non dixit Apostolis, vt docerent seruare praecepta sua, sed Christi.

II:

(8) Lib. xii. Annalium.

(1) In cap. iiii. Epist. ad Titum.

(2) De Libert. Christ.

(3) Cap. 4.

(4) Lib. iiii. Institut. cap. 10.

II: Christus saepe damnat humana praecepta. Sic Marci vii. ait: «In vanum autem me colunt, docentes doctrinas, et praecepta hominum.» Et Matth. xxiii. Pharisæos reprehendit, quod «alligant onera graui et importabilia, et imponunt in humeros hominum,» id est, quod imponerent praecepta graui.

III: Christus abrogauit leges Mosaicæ, quia multas, et difficiles, dicens Matth. ii. «Iugum enim meum suauis est:» at Pontificiis legibus admisis, quae multo plures sunt et difficiliores, iugum Christi grauius fieret iugo legis: ergo. Hoc vero argumentum confirmat Augustinus, qui conqueritur, (5) tolerabiliorem fuisse Iudaeorum conditionem, quam modo Christianorum, quoniam Iudaei, etsi plurima haberent praecepta, tamen diuina erant: at Christiani, et plura habent quam Iudaei, et illa humana.

III: Christus Apostolos alloquens Lucae xii. inquit: «Reges gentium dominantur eorum. . . . vos autem non sic.» Et i. ad Corinth. dicitur: «pretio emi estis, nolite fieri serui hominum.» Nulla igitur apud fideles dominatio, nulla legislatiua potestas est.

V: obuium constansque in Scripturis est, Christianos ab omni lege esse liberos. Dicitur enim Ioh. i. «Lex per Moysen data est, gratia, et veritas per Iesum Christum facta est.» Apostolos quoque scribit Rom. vi. «Non estis sub lege, sed sub gratia.» Et ad Galat. v. «Si spiritu ducimini, non estis sub lege.» Alia item leguntur his similia.

VI: Humanas leges non obligare in conscientia multa ostendunt; nam potestas politica est mere temporalis, cui nihil cum conscientia commune: finis item humanarum legum non conscientiae pax, sed pax aeterna est: neque humanus Princeps de internis, sed tantum de externis iudicium ferre valet; vt enim S. Thomas docet: (6) «de his potest homo legem facere, de quibus potest iudicare: iudicium autem hominis esse non potest de interioribus actibus, qui latent, sed solum de exterioribus motibus, qui apparent.» Accedit, quod Ecclesia punire nequaquam potest actus mere internos, consequenterque nec praecipere.

Praeterea: ciuilibus legibus additæ sunt poenae, vel corporales, vel pecuniariae; ergo si etiam sub peccato nos obligant ad poenam aeternam, duplici poena, scilicet aeterna, et temporali, vnica legis transgressio punietur, quod iniustum sane est. Postremo: quum

(5) Epist. xv. ad Ianuar.

(6) Prim. Sec. q. xcii. art. 4.

quam peccatum sit actio ob quam in Dei indignationem et poenam aeternam peccator venit, debet esse aduersus legem Dei, non hominum; Deus enim tantum poenam aeternam comminari potest, non vero homines.

Atque hoc intelligunt quoque de legibus ecclesiasticis; quas conscientiam non obligare contendunt, quod Deus tantum conscientiae imperare possit. Laudantque illud Stephani Regis Poloniae dictum. »Ego sum Rex hominum, non conscientiarum. Haec tria »Deus solius suae potestatis esse voluit: ex nihilo aliquid creare, » futura praedicare, et conscientiam dominari. Haec obliuiscunt. (7)

Quibus hoc ordine respondemus. Ad primum: Deum in Deuteronomio loqui de praecipis caeremonialibus et iudicialibus a se datis; et prohibere Iudaicis, ne aliquid addant, ex ritu scilicet, Gentilium, quibuscum in Aegypto vixerant, et deinceps in Palaestina erant victuri. Et hoc quidem ex cap. xii. eiusdem libri constat, vbi postquam Deus Iudaicis praecepit, ne in sacrificiis Gentem imitarentur, nec caeremonias eorum requirerent, dicentes: » Si » cur coluerunt Gentes israe Deos suos, ita et ego colam: » maxime offerendo filios et filias, comburentes igni; sed ea tantum offerent, eoque ritu, quo ipse praescripserat; mox subiungit: » Hoc » tantum facito Domino; nec addas quidquam, nec minuas.

Ex quibus patet, quam inepta sit Aduersariorum illatio: Deus prohibuit Iudaicis ne imitarentur Gentiles in caeremoniis, et sacrificiis; ergo prohibuit Ecclesiae Praeclatis leges ferre, quibus id quod Christus praecipit, exactius obseruetur, et quibus malus Ecclesiae bonum promoueatur. Alioquin, nec Apostoli in Concilio Hierosolymitano potuissent legem condere de abstinentia a suffocato et sanguine; nec Paulus statuere, quae in scriptis suis statuit.

Quod vero additur ex Matth. xxviii. pro nostra sententia facit: primo enim, Christus Apostolis praecepit, vt docerent quaecumque ipse mandauit; sed mandauit, vt etiam praecepta Ecclesiae obseruentur; ait enim Matth. xviii. » Si Ecclesiam non audierit, sit tibi » sicut Ethnicus et Publicanus; et Lucae x. » Qui vos spernit, me » spernit, ceter. Secundo: si Apostoli Gentiles docere debebant seruare omnia Dei mandata, cur dicunt mandata Dei esse impossibilia? an putant seruari debere, quae seruare impossibile est?

Ad secundum dicendum: Christum Dominum laudatis locis, Pha-

(7) Apud Limborchium in Theolog. Christ. lib. v. cap. 63. §. 25.

Pharisa eos multis de causis reprehendere. Primo, quod docerent aliqua, quae repugnarent praeceptis diuinis; et hoc sensu reprehendit eos Marci vii. Secundo, quod darent aliis grauiora praecepta, quae ipsi non seruarent: ita Matth. xxiii. vbi addit, » digito autem suo » nolunt ea mouere. Tertio, quod darent quaedam inutilia et vana, vt Marci vii. Quarto, quod haec minutiora plura facerent, quam diuina, imo, quod diuina negligerent, Matth. xv.

Addit tamen, quod aduersarii dissimulant, non solum diuina, sed etiam humana seruanda esse, licet minutiora videantur. Dicit enim Matth. xxiii. » Haec oportuit facere, et illa non omittere.

Tertium haec habet solutionem: data propositione maiori, dicendum: abrogasse Christum Dominum mosaicas leges, praecipue, quia infirmae, et figurae legis venturae erant: sed Pontificias leges nec plures, nec grauiores esse, quam fuerint mosaicae. Haec enim erant plurimae; potissimum de oblationibus, sacrificiis, purificationibus, ciborum delectu, quae obligabant omnes, ac multo seueriores poenas infligebant. Leges autem ecclesiasticae obligantes in conscientia, generaliter vix sunt quatuor, aut quinque; nempe de seruandis festis, ieiuniis, confessione annua, et communiione Paschali.

Quae vero in Iure Canonico continentur, vel leges in conscientia obligantes non sunt, sed piae quaedam constitutiones; vel non omnes, sed paucos obligant; ex g. clericos, monachos; vel denique non tam nouae leges, quam explicationes diuinae legis. Nam haec nos obligat, vt quandoque ieiunemus, peccata confiteamur, communicemus, dies festos colamus: Ecclesia autem determinat modum, ac tempus, quae facienda ista sunt.

Augustinus autem suo nobis testimonio fauet. Etenim expresse ibi approbat, nedum Dei, sed etiam Ecclesiae, et Conciliorum praecepta, atque consuetudines generaliter receptas: solum ergo ibi reiecit quosdam abusos, qui praeter communem Ecclesiae consuetudinem in quibusdam locis irrepserant.

Verba eius sunt: » Quod autem instituitur praeter consuetudinem, vt quasi observatio Sacramenti sit, approbare non possum. » Sed hoc nimis doleo, quod multa, quae in diuinis libris saluberrime praecepta sunt, minus curantur; et tam multis praesumptionibus sic plena sunt omnia, vt grauius corripatur, qui per octauas » suas terram nudo pede tetigerit, quam qui mentem violentia se » pellerit. Omnia itaque talia, quae neque sanctorum Scripturarum » Tom. III. li » au-

„auctoritatibus continentur, nec in Conciliis Episcopalibus statuta inueniuntur, nec consuetudine vniuersae Ecclesiae roborata sunt, . . . sine vlla dubitatione resecanda existimo.“ Vides Augustinum, vltra Scripturarum auctoritatem, Conciliorum statuta, et Ecclesiae consuetudinem admittentem, quae Caluinus negat.

Ad quartum dicimus: Christum illis verbis solum monere discipulos, ne aliis praeesse ac dominari, siue honores ac excellentias affectent, sed potius aliis seruire exoptent: quod si aliis praeesse cogantur, non id faciant quasi dominantes, vti Reges gentium, sed quasi ministrantes: ipsum imitantes, qui quum esset eorum Dominus ac Magister, in medio eorum erat, sicut qui ministrat. Paulus autem dicit: „ nolite fieri serui hominum,“ nempe, vt exponit Sanctus Thomas, (3) „postponendo scrutinium Dei (cuius pretio emi „estis) et vos humanis superstitionibus occupando.“ Verum non negat Apostolus posse Christianum alteri seruire: imo expresse id docet scribens ibidem, „seruus vocatus es? Non sis tibi curae.“ Et ad Ephes. vi: „serui obedite Dominis carnalibus, „ cetera.

Quae quinto loco obijciuntur, sic explicantur. Ideo gratia per Christum dicitur facta, lex vero per Moysen data: non quod Christus legislator non fuerit, sed quod non dederit legem, vel nos ad eam obligauerit nudam, sine vlla gratia, qualem Moses Iudaeis dederat: legem, inquam, quae iubebat, non iuuabat; minabatur, non opitulabatur; languores ostendebat, non sanabat; medicinam promittebat ac figurabat, sed non praebat. Porro Christus dedit nobis legem, sed simul gratiam; scilicet, legem praecipientem quae facienda sunt, et subministrantem auxilia, quibus fiant.

Docet id Augustinus, vbi scribit: (9) „lex igitur data est per Moysen, facta est autem gratia per Christum, quum per eius spiritum charitate diffusa in cordibus nostris fit, vt quod lex praecipit, impleatur; quod enim per litteram iubetur, non littera, sed spiritu impletur. Vnde illud, quod scriptum est: non concupisces, per Moysen lex est, sed per Christum fit gratia, quando quod iubetur, impletur. Veritas autem iubetur, impletur. Veritas autem facta est per Christum propter illa, quae in prophetia legis sunt promissa, quia Christo eminent reddita.“ Habet similia S. Thomas, (10)

Ad

(8) Ibi lect. 1111.

cap. 1.

(9) Lib. i. cont. aduers. Leg. et Proph. (10) In cap. i. Ioan. lect. 10.

Ad ea quae addita sunt, cum eodem Augustino dicendum: (11) aliud esse hominem esse sub lege, et aliud esse in lege: „iusto (inquit ille) non est lex posita, vt dicit Apostolus; sed aliud est esse in lege, aliud sub lege. Qui est in lege, secundum legem agit: qui est sub lege, secundum legem agit: ille ergo liber est, iste seruus. Deinde aliud est lex, quae scribitur, et imponitur seruienti: aliud lex, quae mente concipitur ab eo, qui non indiget litteris.“ Itaque Iudaei erant sub lege, quia tamquam serui subiecti erant poenis et terroribus legalibus: nos sumus in lege, quia tamquam filii ex amore et charitate viuimus secundum legem.

Hoc sensu Paulus i. ad Corinth. negat se esse sub lege, et affirmat se esse in lege. Et Augustinus ipse (12) illud Pauli exponens: „non estis sub lege, sed sub gratia“, habet: „non sumus sub lege bonum quidem iubente, non tamen dante, sed sumus sub gratia, quae id, quod lex iubet, faciens nos amare, potest liberis imperare.“ Item ipse Augustinus inquit: (13) „Si spiritu ducimini, non adhuc estis sub lege; vti que lege, quae timorem incutit, non tribuit charitatem.“

Sextum argumentum, etsi ex multis compactum, non multum habet firmitudinis. Principio enim, licet temporalis potestas politica sit ratione obiecti, quatenus nempe rem, seu actionem temporalem praecipit; non ita ratione obligationis: sic enim dici potest spiritualis, quia obligat conscientiam. Deus etenim vult, vt etiam in actionibus externis, et temporalibus publicae potestati obediatur: vnde ei obedire tenemur. Deinde: esto ciuiliū legum finis pax aeterna sit, in conscientia tenemur eas seruare leges, quibus Deo volente, ea curatur.

Similiter, licet humanus Princeps tantum de externis iudicet, tenemur ei obtemperare in conscientia: quia iudicium, et cognitio aetius praecipi requiritur quidem ad vim coactiuam, quae posita est in poenis, quibus in praeuaricatores animaduertitur; vt enim praeuaricatores puniantur, necessum est, vt de praeuaricatione conuincantur; sed ea cognitio ad vim directiuam non requiritur: nam possunt humanis legibus imperari, quae, an postea a subditis fiant, vel non fiant, ignorentur. Neque inde sequitur, quod humanum praecceptum de eis non fiat: licet enim eorum praeuaricatio, quia homi-

Il 2

mi

(11) Enarrat. in Psal. 1.

(12) Lib. de nat. et grat. cap. 17.

(13) Lib. de contin. cap. 1.

mini ignota, ab homine non puniatur; punitur tamen a Deo, apud quem rei directe constituuntur.

At S. Thomas laudato loco loquitur de humana lege secundum vim coactiuam: quum enim actus interni hominis lateant, non potest humana lex de iis iudicare, ac ferre sententiam; et ideo oportuit, vt superueniret lex diuina: non tamen loquitur de lege humana secundum vim directiuam. Nam esto legis humane materia actus externus sit, quia tamen est actus externus, vt humanus, qui vt talis actum internum includit, vt debite fiat; ideo praecipiendo actum externum praecipere etiam potest actum internum.

Ast pro huius doctrinae pleniore captu adnotandum, multipliciter actus internos posse ad externos comparari. Primo quidem, tamquam habentes necessariam connexionem cum actibus externis in esse moris; sicut attentio mentalis cum recitatione diuini officii; et ideo Ecclesia praecipiens externam recitationem, praecipit quoque internam attentionem.

Secundo, actus interni se habere possunt per modum dispositionis ad externum debite obeundum; sicut interior peccati detestatio ad debite confitendum; atque hac ratione statuit Ecclesia externam confessionem absque interna illa dispositione peractam, nullam esse; neque ea annuae confessionis praecepto fieri satis, vt declarauit Alexander VII.

Tertio, ex actibus internis alii se habere possunt per modum finis respectu externorum, qui praecipiuntur; et hos humanis legibus subtili nemo negauerit: enim quum Ecclesia praecipit ieiunium, vt inter Christianos Principes pacem a Deo obtineat, praecipit actum externum cum illa intentione.

Quarto, alii morum actus sunt, qui per actus externos manifestantur, vt blasphemia; et hi actus legibus Ecclesiae subiiciuntur, non solum quoad vim directiuam, sed et coactiuam: vnde in eos poenis canonicis animaduertit Martinus V. in concilio Constantiensi (14) et Inquisitoribus praescripsit, vt suspectos de haeresi interrogent an pro defunctis Ioan. Wicleffo, Ioan. Hus, et Hieronymo de Praga preces fuderint, et an eis honorem viris sanctis exhiberi solitum exhiberint.

Quinto tandem actus interni sunt, qui cum externis nullam habent connexionem, nec sunt disponentes ad actus externos, nec per eos manifestantur, nec sunt finis eorum; et hos etiam posse esse

materiam humanae legis Tridentinum Concilium declarat his verbis: (15) „districtius inhibendo, ne deinceps audeat quisquam aliter cre- „dere“ ect.

Ad id autem, quod e vestigio huic argumento superadditum fuit, haec est responsio: fatemur leges humanas et ecclesiasticas se iunctas a legibus diuinis non posse conscientias obligare, quandoquidem verissimum est, quod conscientias Deus tantum dominetur; sed quum Deus velit conseruationem Religionis, et societatum; leges vero ecclesiasticae ad Religionem conseruandam, ciuiles ad societatem edantur; qui leges aut ecclesiasticas, aut ciuiles transgrediuntur, hi obedientiam Deo debitam violant, seu Dei ordinationi resistunt, vt Paullina phrasi vramur: ergo iniustum non est, si puniatur ab hominibus poena temporalis, a Deo poena aeterna, quum Dei, et hominum leges violet.

CAPVT X.

De lege noua, seu euangelica disputat.

Instituit Christus legem nouam; quae ad saeculi vsque consummationem duratura est.

Huius legis praecepta ab iis, qui ex Dei gratia operantur, seruari possunt; neque Christus ab eorum obseruatione nos liberauit.

Veritatem prioris adsertionis vtriusque Testamenti Scripturae docent. Dicitur enim Hieremiae xxxi: „et vos veniunt, dicit Dominus; et fecit amicum domui Israel, et domui Iuda foedus nouum. . . . Dabo legem meam in visceribus eorum,“ ect. Quae quidem verba Paullus ad Hebraeos viii. de Christo, eiusque foedere, ac lege interpretatur. Item, Isaias I r. legitur: „de Sion exhibet lex, et verbum Domini de Hierusalem“; quibus Messias dicitur non solum saluator, sed etiam legifer, rex, et iudex. Insuper, Ioannis xiiii: „mandata mea seruate,“ Et xv: „si mandata mea seruaueritis, manebitis in dilectione mea.“ Et Matthaei xxviii: „docentes eos ser-“

«nare omnia, quaecumque mandavi vobis.» Demum, Paulus 1. ad Corinth. ix: «Iis, inquit, qui sine lege erant, (factus sum) tamquam sine lege essem, quum sine lege Dei non essem, sed in lege essem Christi.»

Scripturis suffragatur ratio. Spectat siquidem ad providentiam, et prudentem administrationem supremi Regis leges condere, quibus et regnum pacifice ac ordinate ad debitum finem dirigatur; at Christus est supremus totius vniuersi Dominus, dominarum praecipue habens in hominum mentes et corda; quemadmodum praedixit Dauid Psal. 11. in persona Christi dicens: «ego autem constitutus sum Rex ab eo super Sion montem sanctum eius;» testatusque est Angelus Lucae 1. dum Virgini Incarnationem nuntians, ait: «dabit illi Dominus sedem David patris eius, et regnabit in domo Iacob in aeternum.» Si igitur, vt bene ac sapienter regetur Sinagoga, dedit populo Israelitico veterem legem Deus; pari titulo debuit et Christus legem statuere, vt optime Ecclesia, e gentibus congregata, regetur.

Hinc Tridentina Synodus definit: (1) «si quis dixerit nihil praecipuum esse in Euangelio praeter fidem, cetera esse indifferentia, neque praecipua, neque prohibita, sed libera; aut decem praecipua nihil pertinere ad Christianos, anathema sit.»

Hanc vero legem ad vsque mundi finem duraturam fore, plurima quoque Scripturae loca euincunt. Ac primo quidem Angeli verba Lucae 1. de Christo dicentis: «regnabit in domo Iacob (id est in Ecclesia sua) in aeternum, et regni eius non erit finis.» Quod Daniel praedixerat cap. 11. vbi statuae somnium, citius pedes Iurei vna cum statua conterendi erant a lapide absco de monte, Christi figura, Nabuchodonosori expoens, ait: «suscitabit Deus caeli regnum, quod in aeternum non dissipabitur, et regnum eius alteri populo non tradetur: comminuet autem, et consummet vniuersa regna haec, et ipse stabit in aeternum.» Et cap. vii. loquens de filio hominis (Christo) dicit, quod antiquus dierum (nempe Deus) «dedit ei potestatem, et honorem, et regnum . . . potestas eius potestas aeterna, quae non auferetur, et regnum eius, quod non corrumpetur.» Item Christus ipse Matth. xxviii. mittens Apostolos ad docendum omnes gentes, ait: «ecce ego vobiscum sum vsque ad consummationem saeculi.»

Nec

(1) Scilicet. vi. can. 19.

Nec aduersum haec facit; quod etiam de lege veteri dictum legamus eam fore aeternam, non quia perpetuo, sed quoniam semper, seu longo tempore duraturam: nam longe diuerso sensu de lege noua ac de veteri, quoad eius loquitur durationem. Non enim eam vocat aeternam tantum, sed addit, quod «regni eius non erit finis, non auferetur, non tradetur alteri.» Sacerdotium quoque Christi aeternum dicitur cum iuramento, cuius Deum non poenitebit; seu quod in idem redit, quod non destruet Deus.

Hinc Augustinus (2) adnotans, quod de sacerdote Aaron dicitur Exodi xxviii. quod erit «in sempiternum,» sed non additur iuramentum, cuius Deus non poenitebit, sicut additur vbi de Christi sacerdotio sermo habetur, ait: «Ibi enim (in sacerdotio Christi secundum ordinem Melchisedech) et iuratio, et nulla Dei poenitendo, qua significetur mutatio. . . . De ordine autem Aaron dictum est quidem, in *sempiternum*, vel propter tempus non praeeceptum, quousque obseruaretur, vel quod res significaret aeternas, nusquam est tamen dictum de sacerdote Aaron, quia *iuravit Dominus, et non poenitebit eum*. Et ideo dictum est in illo sacerdotio secundum ordinem Melchisedech *non poenitebit eum*, vt significaretur, quia de sacerdote Aaron poenituit eum, id est, mutauit illud.»

Accedit in huius veritatis probationem S. Thomae solidissima ratio. Etenim eatenus quis posset conicere euangelicae legi aliam legem fore successuram, quatenus dari posset in statu viae lex alia perfectior lege euangelica: at hoc vir sapiens non valet coniectari: nam tanto vnumquodque perfectius est, quanto est vltimo fini propinquius; in quo certe quascumque alias, etiam possibiles, noua lex excedit; haec enim ceteris perfectius cum Deo fine vltimo coniungit, confert siquidem gratiam, qua anima Deo coniungitur, et si nulla egeat purgatione, recta eam ad confunctionem perfectissimam ac inseparabilem et aeternam cum Deo per beatificam visionem perducit: ergo.

Secunda veritas quoad vtramque partem expressa est in Scripturis. Pro priore enim legimus Psalm. cxviii: «viuam mandatorum tuorum cucurri, quum dilatasti cor meum.» Ezechielis xxxvi: «spiritum meum ponam in medio vestri, et faciam vt in praecipis meis ambulatis, et iudicia mea custodiantis.» Et i. Ioannis: «haec

est

(2) Quaest. cxxii. in Exod.

vest enim charitas Dei, vt mandata eius custodiamus; et mandata eius gratia non sunt. «

Accedunt eorum exempla, qui legem seruasse in Scripturis narrantur. Seruauit eam Dauid iuxta illud III. Reg. 14. vbi Ieroboamo dicit Deus: »non fulsti sicut seruus meus Dauid; qui custodiuit »mandata mea, et sequutus est me in toto corde suo, faciens quod »placitum esset in conspectu meo. « Seruauerunt eam Zacharias, et Elisabeth iuxta illud Lucae 1: »erant ambo iusti ante Deum, incedentes in omnibus mandatis, et iustificationibus Domini sine querela: « legitur mandatorum observatio non est impossibilis iis, qui operantur ex gratia Dei. Verum de hac re, agentes de gratia, diximus multa.

Posteriorem quoque propositionis partem sacrae litterae testantur. At enim Christus ipse Matthaei v: »non veni soluere, sed adimplere. « Et xviii: »si vis ad vitam ingredi, serua mandata. « Item Paulus in I. ad Corinthios dicit, fornicarios, adulteros, etc. regnum Dei non possessuros; quod reperit ad Ephesios v. et ad Hebraeos xiii. scribens: »fornicatores, et adulteros iudicabit Deus. « Similiter Iacobus cap. ii. vbi de lege Christi loquens, quam legem libertatis vocat, eam statuit in obseruatione omnium mandatorum, dicens: »Quicumque autem totam legem seruauerit, offendat autem in vno, factus est omnium reus. «

Atque de particulatibus praeceptis id etiam possumus demonstrare. Nam nihil aliud praecius Christus in Euangelio inculcat, quam praecepti dilectionis obseruantiam, vocans illud »maximum, et » primum mandatum, « Matth. xxii. addens: »in his duobus mandatis »vniuersa lex pendet, et Prophetiae. « Imo dilectioni proximi dilectionem addidit inimici, Math. v. et ibidem praecepto non occidendi addidit praeceptum de non irascendo fratri suo; praecepto non peierandi, addidit praeceptum non iurandi; praecepto non moechandi, addidit praeceptum de non videnda muliere ad concupiscendum eam. Quae sane additiones cum legis dispensatione a Christo facta non possunt componi.

Praeterea, de praeceptis sacramentalibus extrare mandatum Christi sat contra Calvinistas erit demonstratum, quum de Baptismo, et Eucharistia loquentes rextus adduxerimus. Igitur de Baptismo sic legitur Ioannis iii: »nisi quis renatus fuerit ex aqua, et Spiritu » Sancto, non potest introire in regnum Dei. « Quem quidem locum

Aut-

Augustinus (ne alios Patres recenseamus) de Baptismo intellexit, exposuitque passim. (3)

COROLLARIUM.

Apparet ex primae adsertionis probationibus potissima legis nouae a veteri differentia: nempe, quod noua vim habet iustificandi, nequamque vetus. Inculcat discrimen Paulus ad Rom. i. vbi scribit: »non » enim erubescio Euangelium: virtus enim Dei est in salutem omnium » ni credenti; Iudaeo primum, et Graeco. « Docet praeterea Apostolus cap. viii. non habuisse Mosaicam legem iustificandi virtutem, his verbis: »nam quod impossibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem: Deus filium suum mittens in similitudinem » carnis peccati, et de peccato damnauit peccatum in carne, ut iustificatio legis impleretur in nobis. «

Itaque in eo vtraque lex discrepat, quod vetus mundaret quidem ab iniquatione carnis contracta ratione transgressionis; munditia quidem legali et externa; veram tamen animae iustitiam significabat quidem, et ad eam praeparabat, vt S. Thomas docet (4) at non causabat per se ipsam: contra vero noua lex veram internamque iustitiam causat, quoniam Christum habet praesentem, scilicet iustitiae et sanctitatis fontem.

Praeter hanc tamen differentiam sunt et aliae nouae legis supra veterem excellentiam indicantes. Sunt huiusmodi: quod vetus a Deo praescripta est Angelorum ministerio, Mose promulgatore; noua autem immediatum auctorem, et promulgatorem habet Iesum Christum Dei filium: vetus cum terrore in monte Sina promulgata fuit; noua euulgata caepit in die Pentecostes, quo Spiritus Sanctus in Apostolorum corda sese effundens, diuino amore repleuit: lex noua insuper veterem excedit, quod promittat eam seruantibus aeternam vitam, quibus vetus bona tantum temporalia offerebat: tandem differt lex noua a veteri, quod haec vni populo Iudaeorum data fuit, eumque solum obligabat: noua autem data est vniuerso humano generi, cui quouis tempore necessaria ad salutem fuit. ®

Tom. III.

Kk

CA.

(1) In Sermone de Verb. Dom. xi. et xliii. modo lxxi. et cccxiii.

(4) Prim. Sec. q. c. art. 2a.

CAPVT XI.

Haereticorum falsa dogmata dispelluntur.

Prinsepio, nostri temporis haeretici, qui contendunt vetus testamentum a Ioanne Baptista fuisse abrogatum, ab eodem nouum constitutum fuisse volunt; Christum vero Redemptorem quidem fuisse, non Legislatorem; nec nouam aliquam condidisse legem, sed vnice a veteri nos liberasse. Ita Lutherus (1) scribens: „nullo opere, nulla lege homini Christiano opus est, quum per fidem sit liber ab omni lege.“ Quem errorem impudens euulgauit Caluinus, dum exponens illud Pauli ad Galatas, „missit Deus Filium suum factum ex muliere, factum sub lege, vt eos qui sub lege erant, redimeret“, sic exclamat: „Oh! miserabilem stultitiam. Oh! perniciosum errorem praedicantium Christum nouum Legislatorem. Quasi veterem legem abrogauerit, vt nouam Christianis omnibus legem imponeret.“ Caluinum sequutus est Thomas Hobbes. (2)

Deinde Montanus fuit, qui circa annum Domini cixxii. eo temeritatis deuenit, vt testibus Philastrio, (3) et Augustino (4) legem a Christo datam suo saeculo finitam esse doceret, et in eius locum se aliam perfectiorem afferre; adserens se esse Paraclctum illum, quem Dominus suis discipulis promisserat, quique eos docetur esset omnem veritatem. Hanc insaniam amplexatus est Manetes, seu Manichaeus, circa annum Domini ccixxiii. vt refert Augustinus (5): cuius erroris falsitas vel vno Lucae testimonio euincitur; scilicet, verbis capitis postremi, vbi Christus Apostolos alloquens dicebat: „nec ego mitto promistum Patris mei in vos: vos autem sedete in ciuitate, donec induamini virtute ex alto. Quam promissionem completam fuisse in ipsis Apostolis in die Pentecostes idem Lucas fuisse enarrat in actibus Apostolicis cap. ii.

Mahumetes autem, omnium callidissimus, vt impiae suae sectae auctoritatem daret, adseruit tres a Deo leges fuisse datas ab exordio rerum: nempe Mosaicam, Christianam, seu Euangelicam, et

(1) De Libertate Christiana.

(2) In suo Leviathan de ciuit. Ch. cap. 41.

(3) Haer. xxxviii.

(4) Lib. de Haeresibus cap. 16.

(5) Vbi supra cap. 40.

et Alcoranum. Sicut autem lege Euangelii adueniente, Mosaiica lex cessauit et abrogata fuit, ita adueniente lege Alcorani abrogata fuit lex Euangelii, quae sexcentis tantum annis durauit. Ita cum ipso omnes Mahumetani.

Erga praecepta vero in noua lege contenta hos errores Caluinistae docent. Primo, praecepta moralia, seu Decalogi, non posse a nobis seruari, proindeque Christum nos ab eorum obseruatione liberasse, secundum illud Pauli ad Galatas ii. *Christus nos redemit de maledicto legis.* Secundo docent, Baptismum, aliaque sacramenta non esse absolute necessaria ad salutem; et ideo praecepta sacramentalia Christianos non obligare. Tertio docent, Fidei praeceptum mortales omnes obligare; et hoc solum praeceptum sufficere ac necessarium ad salutem esse, secundum illud ad Rom. i. : „iustus ex fide viuunt.“ et Lucae vii. „crede tantum, et salua eris.“ Ex his autem omnibus concludunt; euangelicam libertatem in eo esse constitutam, quod a legis obseruatione liberi sumus. Quae tria Caluinistarum deliramenta, potius quam dogmata, damnauit Concilium Tridentinum, (6) nosque ab eo edocti anathematizamus.

Inquirendum tamen, discutiendumque, quibus ea haeretici homines communiter tentant. Itaque pro prima sua opinione haec producant argumenta. I: Paulus ii. ad Corinth. 3. scribit, „vbi spiritus Domini, ibi libertas;“ id est, ab obligatione legis: at fideles spiritum Domini habent; nam dicitur Rom. vii. „acceptis spiritum adoptionis filiorum:“ et ad Galatas v. „Vos enim in libertatem vocati estis:“ ergo.

II: Seruator noster, mandatum Apostolis dedit tantum, vt regnum Dei praedicarent; vt nationes omnes docerent, et credentes baptizarent; vt vbi non reciperentur, ciuitatis illius puluerem e pedibus excuterent; sed non vt ignem de caelo ad eorum destructionem postularent, neque vt eos ad fidem, gladio cogerent in quo nihil imperii, sed consilii tantum. Missit illos tanquam oues ad lupos, non sicut reges ad subditos; non vt leges ferrent, sed vt legibus laici obedirent, et obedientiam alios docerent: Regnum enim Christi non est de hoc mundo: non fuit ergo Legislator Christus, sed vnice Redemptor, ac Doctor.

Pro secunda autem haec adducunt. I. Apostolus i. ad Cor. Kk 2 rin

(6) Sess. vi. can. 18.

in thios xiii. dicit : » quum venerit quod perfectum est, euacuabitur, quod ex parte est : « sed lex noua ex parte est ; teste eodem Apostolo ibidem scribente : » Ex parte enim cognoscimus, et ex parte prophetamus : « ergo noua lex euacuanda est alia perfectione succedente.

II : Dominus Ioannis xvi. discipulis promissit omnis veritatis cognitionem in aduentu Spiritus Sancti Paracliti : at nondum Ecclesia omnem veritatem cognoscit in statu noui testamenti : expectandus igitur alius status est, in quo per Spiritum Sanctum omnis veritas manifestetur.

III : Dominus dicit Mathaei xxiii. » praedicabitur hoc Euangelium regni in vniuerso orbe. . . et tunc veniet consummatio : « sed Euangelium Christi iamdiu praedicatum est omni creaturae, et in vniuerso orbe, nec tamen adhuc venit consummatio : ergo Christi Euangelium non est Regni Euangelium, sed futurum est aliud Euangelium Spiritus Sancti, quasi alia lex.

Et quidem, an temporibus Apostolorum praedicatum fuerit in vniuerso orbe Euangelium alibi saepius affirmare Scriptura videtur : dicitur enim Marci ultimo : » illi autem profecti praedicauerunt vbique. « Actorum xx. » eritis mihi testes in Hierusalem, et in omni Iudaea, et Samaria, et vsque ad vltimum terrae. « Ad Rom. x. Paulus dicit ex Psal. xviii : » in omnem terram exiit sonus eorum, et in fines orbis terrae verba eorum. « Et ad Colossenses, de Euangelio scribit cap. i. : » in vniuerso mundo est, et fructificat, et crescit. « Haec obliuiscunt.

Quae tamen facilem habent solutionem. Ac primum sic est exponendum : vbi Spiritus Domini, ibi libertas, ab obligatione legis cogentis, terrentis, minantis, qualis erat Mosaica : non ab obligatione cuiuscumque legis etiam gratiae, et amoris. Atque hoc illud est, quod dicitur i. ad Timotheum i. » iusto non est lex posita. « Non quia iustus vlla lege non teneatur : sed quia sic ex amore virtutis operatur, vt etsi non esset lex, adhuc virtuose operaretur : contra ac peccator faceret, qui in vitia rueret, nisi minante lege coereretur : et hac ratione Iudaicis ad malum pronis lex fuit necessaria.

Libertas itaque Christiana non in eo posita est, quod ab obseruantia mandatorum Dei liberi sumus, sed est posita potissimum in libertate a seruitute peccati, secundum illud Ioannis viii : » si

» et-

» ergo vos Filii liberauerit, vere liberi existis : « et Rom. vi. » liberati autem a peccato serui facti estis iniquitatis. « Deinde posita est in libertate a iugo legis caeremonialis, et iudicialis Iudaeorum, secundum id, quod ad Galatas iv. scriptum est : » quomodo iterum conuertimini ad infirma, et egena elementa, quibus denuo seruire vultis. « Demum posita est in eo, quod legi obedimus, non ex timore tanquam serui, sed ex amore tanquam filii : acceptimus enim spiritum adoptionis, quo Deum inuocamus, non amplius tanquam iudicem, sed tanquam Patrem : vt ipse Paulus loquitur ad Rom. viii.

Secundum argumentum euincit tantum, Christum non condidisse legem timoris, minis, terribilibus, ac poenis temporalibus terribilibus : sed legem amoris, quam volentes, non iniuri, acceptarent, homines inuitando, eisdemque vitam aeternam promittendo, si eam amplecterentur ac seruariet : proptereaque discipulos, non tanquam reges, sed tanquam oues missis. Christi autem regnum, non temporale, et terrenum, sed spirituale, et aeternum est : neque regnum habet ab hominibus, sed a Patre Rex vniuersorum constitutus est.

Ad primum ex his, quae secundo loco opponebant, responderet ex S. Thoma : (7) » Quod triplex est hominum status. Primus quidem veteris legis ; secundus nouae legis ; tertius status » succedit, non in hac vita, sed in futura, scilicet in patria. Sed » sicut primus status est figuralis, et imperfectus respectu status » Euangelii, ita hic status est figuralis, et imperfectus respectu status » patriae, quo veniente iste status euacuatur : sicut dicitur » i. Corinth. xiii v. 12. Videmus nunc per speculum in aenigmate, tunc autem facie ad faciem. « Hinc distinguenda illatio ducta sub hac forma : lex noua euacuanda est alio perfectione statu succedente in alia vita, concedo, in praesenti nego.

Secundum, quod obliuiscunt, vt S. Thomas observat, (8) fuit Montani, et Manichaei fundamentum, quo adsererent promissionem Christi de Spiritu Sancto dando non fuisse in Apostolis completam, sed in eis : vnde Manichaei suum Magistrum Spiritum Paraclitum vocabant. Quia vero ex actibus Apostolorum oppositum euidenter colligitur, vtrique librum hunc recedebant. » Sed istae » vanitates (inquit S. Thomas) excluduntur per hoc quod dicitur Ioan-

(7) Primus Sec. q. cvi. art. 4. ad 1.

(8) Vbi supra ad 2.

Ioannis vii. 39. Nondum erat spiritus datus, quia nondum Iesus erat glorificatus. Ex quo datur intelligi, quod statim glorificato Christo in Resurrectione, et Ascensione, fuit Spiritus datus; et per hoc etiam excluditur quorumcumque vanitas, qui dicerent esse expectandum aliud tempus Spiritus Sancti.

Aduertitque, quod docuit Spiritus Sanctus Apostolos omnem veritatem de his, quae pertinent ad necessitatem salutis, scilicet de credendis, et de agendis; non tamen docuit eos de omnibus futuris euentibus: hoc enim ad eos non pertinebat, secundum illud Actorum I. v. 7. Non est vestrum nosse tempora, vel momenta, quae Pater posuit in sua potestate.

Neque obest si dicatur: quod datus fuit status proprius Patris, scilicet status veteris legis quo homines generationi vacabant; datus fuit status proprius Filii, nempe legis nouae, quo homines vacarent sapientiae: ergo et dari debet status proprius Spiritus Sancti, in quo spirituales virtutes principiantur. Nam vt S. Thomas docet, (9) lex vetus fuit etiam Filii, qui in ea figurabatur: et lex noua fuit etiam Spiritus Sancti, secundum illud Rom. viij. Lex Spiritus vitae in Christo Iesu: hinc non est expectanda alia lex.

Pro tertio soluendo Augustini sententia tenenda est. Docet enim, nondum Apostolorum temporibus, sed nec aetate sua Euangelium omni omnino creaturae esse praedicatum. Siquidem Hesychio oppositum sentienti ait: (10) quod enim putat venerabilitas tua, iam hoc per ipsos Apostolos factum, non ita esse certis documentis probauit: sunt enim apud nos, hoc est in Africa, barbarae innumerabiles gentes, quibus nondum esse praedicatum Euangelium, ex iis, qui ducuntur inde captiui, et Romanorum seruitutis iam miscentur, quotidie nobis addiscere in promptu est. Quod alibi reperit. (11) Imo nostris quoque temporibus multae barbarae nationes in dies deteguntur, apud quas nulla Euangelii, vel olim praedicati, memoria existit.

Igitur ad Scripturae auctoritatem dicendum: vel non loqui eam cum distributione completa; adeo vt per Apostolos ad omnes omnino vniuersi orbis gentes fuerit praedicatum Euangelium; sed cum distributione incompleta, vt nulla fuerit orbis praecipua pars, ad quam sonus vocis euangelicae apud aliquos non peruenit: vel cum

(9) Ibidem ad 3.

(10) Epist. modo cxcviii.

(11) Lib. de nat. et grat. cap. 2.

Augustino, (12) verba illa Apostolis dicta implenda fuisse, non per ipsos immEDIATE, sed per Ecclesiam.

Et quidem S. Thomas vtramque opinionem complectens, ad propositum argumentum responderet: (13) quod quum Christus statim in principio euangelicae praedicationis dixerit (Math. iii. 2.) appropinquauit Regnum Coelorum, stultissimum est dicere, quod Euangelium Christi non sit Euangelium regni. Sed praedictio Euangelii Christi potest intelligi dupliciter: vno modo quantum ad diuulgationem notitiae Christi; et sic praedicatum fuit Euangelium in vniuerso orbe, etiam tempore Apostolorum, vt Chrysostomus dicit Homilia 76. in Math. Et secundum hoc quod additur; et tunc erit consummatio, intelligitur hoc de destructione Hierusalem, de qua tunc ad litteram loquebatur. Alio modo potest intelligi praedictio Euangelii in vniuerso orbe cum pleno effectus ita scilicet quod in qualibet genere fundetur Ecclesia: et ita, sicut dicit Augustinus in Epist. ad Hesygium, (14) nondum est praedicatum Euangelium in vniuerso orbe, sed hoc facto veniet consummatio mundi.

CAPVT XII.

De legum diuinarum fine, praemio, et poena.

Spectant leges diuinae nostram praesentis vitae securitatem; aeternamque alterius vitae beatitudinem.

Et primus quidem diuinarum legum finis ex scripturis facillime demonstratur. Legimus enim Prouerb. ii. qui enim recti sunt, habitabunt in terra, et simplices permanebunt in ea: impii vero de terra perdentur; et qui inique agunt, auferentur ex ea. Et cap. iii. beatus homo, qui inuenit sapientiam, et qui affluit prudentia. Longitudo dierum in dextera eius, et in sinistra illius diuitiae, et gloria. Viae eius viae pulchrae, et omnes semitae illius pacificae.

Deinde demonstratur ratione. Primum a posterioribus, vt inquit

(12) Laudatae epist. cap. 12.

(13) Prim. Sec. q. cv. art. 4. ad 4.

(14) Modo cxcvii.

unt; quippe qui eas leges noscunt, aperte intelligunt, eas ad securitatem, et tranquillitatem nostram latas esse. Praeterea et a prioribus; nam leges illae aeternum rerum ordinem spectant, quo conservatio rerum, adeoque securitas, et tranquillitas nostra continentur. Legum autem Ecclesiasticarum eundem esse finem id probat, quod eae leges ad custodiam Religionis ferantur: Religione vero tanquam potentissimo vinculo societas contineatur, et seruetur. Quae quum ita sint, et privati cuiuslibet, et totius societatis atque generis humani magno opere interest, ut leges istae sartae teetae seruentur.

Alter legum diuinarum finis demonstratur quoque ex Scripturis, quae passim docent, vitam aeternam his praeparatam esse, qui diuina mandata seruant. Et quidem in ipso veteri testamento quandoque vita haec indigitari videtur, quanquam ignotum hunc finem fuisse Hebraeis, sunt qui putant, in primis Augustinus. Nam Leuitici xxiii. sic scribitur: « Custodite leges meas, atque iudicia, quae faciens homo, viuet in eis. Ego Dominus. » Vita autem haec, de qua loquitur Deus, non erat tantum praesens, nam non omni transgressioni legum illarum, de quibus sermo est in eo Leuitici loco, poena mortis statuta est. Sed apertissime idem discimus ex nouo testamento pluribus in locis. Vnum seligimus vel ceteris clariorem. Luc. x. dicitur: « Quidam legis peritus surrexit tentans illum » (Christum) et dicens: Magister, quid faciendo vitam aeternam possidebo? At ille dixit ad eum: in lege quid scriptum est? Quomodo legis? ille respondens dixit: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo . . . et proximum tuum, sicut te ipsum. Cui Christus: « Hoc fac, et viues. » Ex quo loco perspicuum est, leges omnes a Deo latas esse ut vitam aeternam habere possimus.

Verum et ratio id suadet, si tria haec praestabillantur. I. Animas humanas esse immortales. II. Superesse post hanc vitam allam, eamque aeternam. III. Eam esse posse beatam, vel miseram. Deus enim quum sit optimus, vult ut bene sit creaturis omnibus, praesertim rationalibus. Quin imo quandoquidem optimum nostrum bonum ignoramus, legem promulgauit, qua nostra ratio illustraretur, ut optimi boni consequendi rectas vias perspiciamus. Dubitare igitur non possumus, quin legum suarum finis sit, ut summum bonum adipiscamur: quod quum fieri nequeat in hac vita, quae bre-

breuis, et misera est, id certe sperandum est in altera. Quicumque ergo hunc diuinarum legum finem negant, aut negare debent superesse alteram vitam, aut fateri, Deum de bono huius vitae sollicitum esse, de bono autem vitae aeternae ne quidem cogitasse.

Ceterum hic finis legis moralis fuit, non vero caeremonialis, aut iudicialis Hebraeorum. Rotundis enim verbis haec distinguit Ezequiel: nam primum dicit Deus se dedisse Hebraeis praecepta sua, quae faciens homo viueret in eis: postea vero addit se dedisse eis praecepta non bona, in quibus non viuerent. Consultatur Augustinus. (1) Interim, quoniam leges caeremoniales institutae erant vel maceries circumiecta moralibus; si non primario, at secundario saltem vitam aeternam spectabant.

Iam vero, quum vita aeterna proposita sit iustis, mors autem iniustis praeparata, ut passim Scripturae loquuntur; et homines tum natura ipsa peccato originis nascantur filii irae, tum perpetuo se novis criminibus obstringant, id modo exponendum est, qua ratione homines euadere possint iusti coram Deo.

Quidam Theologi occasione verborum Apostoli ad Rom. iii. duas distinguunt vias, quae vnquam sint homini propositae ad iustificationem; nempe Foedus operum, et Foedus fidei, seu gratiae. Explicat haec duo foedera Bossuetius; (2) et ex Instituto Hermandus Wirsius. (3) Nos pauca. Per foedus operum intelligitur ea salutis via, quae ex operibus est: per foedus vero Fidei illa, qua iustificamur per fidem in Christum. Formula prioris foederis est, « qui fecerit homo, viuet in ea: » ad Rom. x. Posterioris est: « omnis qui credit in illum, non confundetur. » ad Rom. item x. Et Ioannis iii. « Ut omnis, qui credit in ipsum non pereat, sed habeat vitam aeternam. »

Haec duo foedera in his conueniunt. I. Quod vtroque eadem sint patres contrahentes, Deus nempe, et homo. II. Quod vtroque eadem sit promissio vitae aeternae. III. Quod vtroque eadem conditio, perfecta nempe legis obseruantia. IIII. Quod vtroque idem finis, gloria nempe bonitatis Dei, et vita beata. Differunt tamen in multis; quorum illud praecipuum, quod in foedere operum vita beata dabatur tanquam debita ex pacto; in foedere autem gratiae datur ex gratia Mediatoris. Illud quoque, quod

Tom. III.

Ll

in

(1) Epist. xviii. cap. 4.

(2) Lib. de Oeconomia Foederum.

(3) Lib. i. Hist. Variat. Germaniae.

in foedere operum finis specialis fuit declaratio sanctitatis, bonitatis, et iustitiae Dei elucescentium in lege accuratissime implenda, in retributione praemii iis dandi, qui legem perfecte implerent. In foedere vero fidei, et gratiae finis specialis est laus gloria gratiae Dei, ut loquitur Paulus ad Ephesios 1., et reuelatio imperuestigabilis sapientiae ipsius.

Foedus autem operum propositum fuisse homini adhuc integro per duplicem legem, naturalem scilicet, et simbolicam de arbore scientiae idem Wirsius demonstrat. (4) Legem naturae vocat normam boni et mali conscientiae hominis congenitam a Deo, ideoque diuina auctoritate homines obligantem. Aliam legem de arbore boni, et mali ipsa memorat Scriptura. Sed utramque istam legem haud multo post a creatione proto-parentes violauerunt. Hinc peccatum, mors, et miseriae in ceteros homines detiuata: hinc homines a iure beatitudinis consequendae exciderunt.

Ne vero ira abficerentur in desperationem statim iis misericors Deus promissionem fecit de Seruatore nostro, foedusque inuit gratiae, quod in illis Mosis verbis agnoscunt interpretes: » Et ait Dominus Iehouah ad Serpentem: Quia fecisti hoc, maledictus es inter omnia animantia, et bestias terrae, super pectus tuum gradieris, et terram comedes omnibus diebus vitae tuae: inimicitias ponam inter te, et mulierem, et semen tuum, et semen illius, et ipsa conteret caput tuum. « Seu, et melioris notae interpretes, quum Christiani, tum Rabini exponunt: » Villor eris, et despectior praee omnibus animantibus, et bestis; perpetuo humi inter uare poteris, sed sordidis cogitationibus nutrieris; ex muliere prodeat Messia, qui regnum tuum euersurus est.

Hinc factum est, ut post Adae peccatum sola obedientia legi praescrita iustificare hominem coram Deo non potuerit; licet potuerit hominem ab ulteriore corruptione seruare. Ergo ab eo tempore necessaria fuit gratia Mediatoris, sine qua nemo unquam saluatus est, aut saluabitur ab ea morte, quam Adam omnibus promeruit. Vnde Christus Dominus ait, » Nemo venit ad Patrem nisi per me; et ego sum uia. « Et Paulus ad Rom. iii. hac de re disserens scribit: » Ex operibus legis (non tantum scriptae, sed et naturalis) non iustificabitur omnis caro coram illo. . . . Iustitia autem Dei

per-

(4) Lib. 3. cap. 3.

» per fidem Iesu Christi in omnes, et super omnes, qui credunt in eum, ubi est ergo gloriatio tua? exclusa est. Per quam legem? Factorum? Non; sed per legem fidei. Arbitramur enim iustificati hominem per fidem, sine operibus legis. « id est, non vero operibus legis, Consentientem quoque hac in re habemus maiorem Theologorum partem. Legenda sunt quoque quae scribant Augustinus, (5) et Leo Magnus. (6) Definitum est praeterea in Concilio Tridentino, (7) Fidem in Christum necessariam esse ad salutem, et sine ea nemini unquam iustificationem contigisse. Quo circa haeretica censenda est eorum opinio, qui docent, Gentiles sola legis naturae obseruantia saluari posse.

Promulgata autem Euangelii lege haec consequuti sumus. Primum, notitiam Redemptoris claram, quam veteres Hebraei per umbram; Gentes vero vix per scripturas veterum traditionum cognoscebant. Secundum, promissionem certam et claram vitae aeternae. Tertium, legis naturae vberissimam explicationem. Quartum, maiorem gratiam. Quintum, soluti sumus a legibus Hebraeorum ritualibus.

APPENDIX.

Pro huius libri coronide plura superesse examinanda iudicabit aliquis. Scilicet: Quibus claudatur terminis Ecclesiae potestas; quibus etiam potestas secularis. Nam hoc contrarium nostris his temporibus vidimus, nedum Catholicos inter et Protestantes, sed inter ipsos quoque Ecclesiae filios.

Ac Itali Theologi sunt, quiue eis accedunt ultramontani ferme omnes, qui ius omnes leges condendi Pontifici attribuerent sagunt; adeo ut in eo omnem imperii summam, ac oeconomiam collocent: qua in re haud nobis arrident Bertii sensa, et opiniones; Theologi equidem praestantissimi, atque de cetero gratissimi, qui eo tandem venit, ut hanc propositionem firmauerit: (8) » Quaelibet civilis potestas, quae in corpore Ecclesiae tenet imperium, debet ad nutum Pontificis arma tractare, ceteraque complere suae auctoritatis officia. « Alias item his similes protulit: Pape! Quam misera exin futura Regum, Principumue secularium conditio! Quam infirma, ac debilitata potentia!

Hinc nobiliores Theologi, nedum Galli, sed et ceterorum Ec-

l. 2

cle.

(5) Lib. de nat. et grat. cap. 2.

(7) Ses. vi. can. 7.

(6) Serm. xxvii. cap. 7.

(8) Lib. xx. cap. 16.

clesiae regnorum, nostra Hispania neutiquam exclusa, in eam iuere sententiam, vt dicerent, » Summam esse, ac in suo genere » primam, Ecclesiae potestatem ad leges Ecclesiasticas condendas: » Summam aequae, atque in suo genere primam, Regum, Principumque potestatem ad ciuiles et politicas leges ferendas.« Quam sententiam quidem Petrus de Marca, (9) Bosuarius, (10) aliique illustrarunt, ad quorum opera Tirones remittimus. Nec enim quae ipsi abunde disserunt exscribere vacat; neque odiosam quaestionem examinare placet.

LIBER VIII.

De humanis officiis agit: atque singulorum naturam designat.

CAPVT I.

Quid humanum officium sit definit: an expers malitiae aut probitatis.

Est humanum officium actio ex deliberata voluntate procedens.

Haud valet reperiri aliquod officium humanum in indiuiduo indifferens.

Exhibet prima propositio definitionem, qua Theologi humanum actum describunt. Hic enim, vt humanus dicatur, sitque sub dominio, ac potestate rationalis creaturae, liberum voluntatis motum requirit; ideoque deliberationem ex aduertentia rationis prouenientem: hoc est, debet esse voluntarius, ac liber. Sed voluntarium maiorem habet libero extensionem: dicimus etenim voluntarium intrinsecum voluntatis motum erga obiectum rationis lumine propositum, siue spontaneus motus ille sit, neque refugere voluntas possit; qualis est propensio ad bonum in communi, et Beatorum erga incommutabile bonum amor; siue perseueret in voluntate optionis potestas, et recuperandi facultas; cuiusmodi est boni commutabilis delectatio, et ipse Dei amor in praesenti vita, vbi quid Deus

sit

(9) De concord. Sacerdot. cum Imper. (10) D. fens. Declarat. Cleri Gallicani.

sit nondum hominum mentibus apparuit. Itaque quando haec optio, ac reluctandi potestas in voluntate viger, eius motum, nedum voluntarium, sed et liberum appellamus: vnde tollit voluntarium externa vis, et coactio, liberum vero necessitas ineluctabilis.

Nec in oppositum facit, quod humanorum officiorum principium non in ipso homine, sed extra esse videatur; mouetur etenim hominis appetitus ad agendum ab appetibili; quod est extra, et est sicut mouens non motum: Nam vt docet S. Thomas, (1) licet principium proxime elicitiuum debeat esse intrinsecum, non ita principium primo motiuum.

Iam vero voluntatis, ac libertatis idea in vniuersum praeformata, quae a scholae Theologiae pro ampliori ipsius expositione quaestiones abunde pertractantur, presse hic breuiterque enodabimus. Ac primo quidem, quomodo se habeat ad voluntatem coactio, per quam scilicet homo aliquid facit inuitus, vt dum trahitur ad carcerem, merces in mare virgente tempestate proicit. Cui quidem dubitationi cum Theologorum coetu respondendum, numquam voluntatem cogi quoad actus elicitos; nempe inclinationem propriam, amorem, odium, ac similes; cogi autem quantum ad actus imperatos; videlicet, qui diuersis a voluntate facultatibus perficiuntur; vti cernere, loqui, ambulare, alii.

Quod sic demonstratiue suadetur; quemadmodum impossibile est idem esse, et non esse, ita nequit fieri vt voluntas velit, et non velit; igitur non valet cogi inuita; alioquin nolendo vellet, et fugiendo diligeret; siue vellet, et non vellet; diligeret, et non diligeret; quod repugnans est.

Verum possunt ab exterioribus causis corporis instrumenta, per quae suam explet inclinationem, impediri, aut retardari; ideoque accidit saepe numero, vt causis exterioribus repugnantibus non valeamus, quod cupimus, complecti. Et hoc est voluntatem cogi in actibus imperatis; seu quod in idem redit, voluntatem plura facere, vel praetermittere, etsi repugnantem, et inuitam.

Est huic quaestioni affinis illa: num ex graui metu eueniat, quod humanum aliquod officium voluntarium dici nequeat. Cui quidem facilis est, et expedita responsio duplici voluntarii genere considerato. Nam aliud est, quod ita efficaciter volumus illius honestate, aut vtilitate moti, vt neutiquam ad illud omittendum opere,

aut

(1) Prim. Sec. q. vi. art. 1. ad prim.

clesiae regnorum, nostra Hispania neutiquam exclusa, in eam iuere sententiam, vt dicerent, » Summam esse, ac in suo genere » primam, Ecclesiae potestatem ad leges Ecclesiasticas condendas: » Summam aequae, atque in suo genere primam, Regum, Principumque potestatem ad ciuiles et politicas leges ferendas.« Quam sententiam quidem Petrus de Marca, (9) Bosuarius, (10) aliique illustrarunt, ad quorum opera Tirones remittimus. Nec enim quae ipsi abunde disserunt exscribere vacat; neque odiosam quaestionem examinare placet.

LIBER VIII.

De humanis officiis agit: atque singulorum naturam designat.

CAPVT I.

Quid humanum officium sit definit: an expers malitiae aut probitatis.

Est humanum officium actio ex deliberata voluntate procedens.

Haud valet reperiri aliquod officium humanum in indiuiduo indifferens.

Exhibet prima propositio definitionem, qua Theologi humanum actum describunt. Hic enim, vt humanus dicatur, sitque sub dominio, ac potestate rationalis creaturae, liberum voluntatis motum requirit; ideoque deliberationem ex aduertentia rationis prouenientem: hoc est, debet esse voluntarius, ac liber. Sed voluntarium maiorem habet libero extensionem: dicimus etenim voluntarium intrinsecum voluntatis motum erga obiectum rationis lumine propositum, siue spontaneus motus ille sit, neque refugere voluntas possit; qualis est propensio ad bonum in communi, et Beatorum erga incommutabile bonum amor; siue perseueret in voluntate optionis potestas, et recuperandi facultas; cuiusmodi est boni commutabilis delectatio, et ipse Dei amor in praesenti vita, vbi quid Deus

sit

(9) De concord. Sacerdot. cum Imper. (10) D. fens. Declarat. Cleri Gallicani.

sit nondum hominum mentibus apparuit. Itaque quando haec optio, ac reluctandi potestas in voluntate viger, eius motum, nedum voluntarium, sed et liberum appellamus: vnde tollit voluntarium externa vis, et coactio, liberum vero necessitas ineluctabilis.

Nec in oppositum facit, quod humanorum officiorum principium non in ipso homine, sed extra esse videatur; mouetur etenim hominis appetitus ad agendum ab appetibili; quod est extra, et est sicut mouens non motum: Nam vt docet S. Thomas, (1) licet principium proxime elicitiuum debeat esse intrinsecum, non ita principium primo motiuum.

Iam vero voluntatis, ac libertatis idea in vniuersum praeformata, quae a scholae Theologiae pro ampliori ipsius expositione quaestiones abunde pertractantur, presse hic breuiterque enodabimus. Ac primo quidem, quomodo se habeat ad voluntatem coactio, per quam scilicet homo aliquid facit inuitus, vt dum trahitur ad carcerem, merces in mare virgente tempestate proicit. Cui quidem dubitationi cum Theologorum coetu respondendum, numquam voluntatem cogi quoad actus elicitos; nempe inclinationem propriam, amorem, odium, ac similes; cogi autem quantum ad actus imperatos; videlicet, qui diuersis a voluntate facultatibus perficiuntur; vti cernere, loqui, ambulare, alii.

Quod sic demonstratiue suadetur; quemadmodum impossibile est idem esse, et non esse, ita nequit fieri vt voluntas velit, et non velit; igitur non valet cogi inuita; alioquin nolendo vellet, et fugiendo diligeret; siue vellet, et non vellet; diligeret, et non diligeret; quod repugnans est.

Verum possunt ab exterioribus causis corporis instrumenta, per quae suam explet inclinationem, impediri, aut retardari; ideoque accidit saepe numero, vt causis exterioribus repugnantibus non valeamus, quod cupimus, complere. Et hoc est voluntatem cogi in actibus imperatis; seu quod in idem redit, voluntatem plura facere, vel praetermittere, etsi repugnantem, et inuitam.

Est huic quaestioni affinis illa: num ex graui metu eueniat, quod humanum aliquod officium voluntarium dici nequeat. Cui quidem facilis est, et expedita responsio duplici voluntarii genere considerato. Nam aliud est, quod ita efficaciter volumus illius honestate, aut vtilitate moti, vt neutiquam ad illud omittendum opere,

aut

(1) Prim. Sec. q. vi. art. 1. ad prim.

aut animo inducamur; quod Scholae Theologi *voluntarium simpliciter* vocant, et locum habet in omnibus, quae circumstantis spectatis a voluntate eliguntur. Aliud est, quod per se quidem voluptatem, suique amorem ingenerat, illudque voluntas lubentissime amplecteretur, nisi causis aduersantibus desereretur; quod scholastici inuoluntarium *secundum quid*, absolute vero et *secundum se* voluntarium dicunt.

Itaque in his, quae ex metu fiunt, habetur dumtaxat ratio inuoluntarii *secundum quid*; actio tamen voluntarie, libere, lubenterque fit. Dum enim homo ex. g. merces in mare prolicat, non absque rationis adsistentia operatur, sed postponendas propriae vitae conseruationi, et merces, et pecunias esse iudicat; ideoque cum aduertentia, et optione operatur. Quia tamen adhuc mercium amore detinetur, prouenit inde, quod duo simul amores conflictent, et vitae, et pecuniarum, et ille istum superat, animum dissipando; ideoque non sine vehemēti pugna ceteris bonis pro vita seruanda se homo priuat; quod inuoluntarium *secundum quid* appellatur. Et ex his patet, non eo sensu metum reddere inuoluntarium *secundum quid*, quasi illa voluntatis resistentia a metu efficiatur; nam oritur aliunde, ab effectu nempe actioni, ad quam metus impellit, repugnante: dicitur nihilominus inuoluntarium *secundum quid*, quoniam voluntas ad illam actionem trahitur, a qua, si non adesset metus, abstineret.

Nec pugnat aduersus dicta, quod leges rescindant contractus, ac vota, quae graui metu impellente fiunt; quod non alia ratione contingere potest, nisi quia voluntatis consensu carent. Non inquam pugnat: nam contractibus ad mutuam beneuolentiam, humanamque societatem institutis haec a legibus apposita conditio est, ut non sola libertate statuuntur, verum etiam iis careant adiunctis, quae societatem ipsam humanam laedunt, ac scindunt; cuiusmodi est: minis, ac violentia in celebrandis contractibus vti. Similiter in votis respicit Deus non voluntatem dumtaxat, plenissimamque libertatem, sed praecipue voluntatis feruorem. Nihilominus si metu quantumuis graui tentaret nos quispiam ad peccatum inducere, atque assensum praerberemus, neutiquam sine culpa peccasse dicemur: vnde quae ex metu fiunt, non sunt absolute, et simpliciter inuoluntaria.

¶ At saltim concupiscentia ab humano officio rationem voluntarii tollit? Neutiquam. Quum enim in voluntario, et rationis aduertentia,

et

et voluntatis propensio debeant spectari; et dum concupiscentia feruet, cupidius bona mutabilia appetantur; consequens inde est, voluntarium non minus concupiscentia, sed potius augeri; quatenus voluntas ad bona fertur commutabilia.

Quod si sermo sit de inclinatione voluntatis ad bonum, cui contra nititur inseminata cupiditas, absdubio concupiscentia voluntarium minuit; nam efficit, animum diuerberando, ne bonum vehementius prosequatur; et hinc concupiscentia extincta, atque summo bono apertissime reuelato, necessario illi adhaeret voluntas, nulla optione, vel libertatis indifferentia remanente.

¶ Quid vero si adeo vehemens sit concupiscentia, ut omnem perturbet rationem? Persereneret adhuc tunc liberi arbitrii facultas sub morali quadam necessitate; quia nullum bonum sensibile potest creaturae rationalis animum insuperabili compellere necessitate; extenuata tamen voluntatis vis in ordine ad bonum esset, aciesque mentis sensibilium rerum permixtione deturbata.

¶ Consistere vero cum ignorantia libertas poterit? Si ignorantia inuincibilis sit, seu iuris illa sit, seu facti, penitus excludit voluntarium, liberumque; ideoque, et actuale peccatum. Quod ex eo liquet, quod de voluntario supra definitum est: adeo ut merito, rectissimeque sequentes propositiones damnatae fuerint: » infidelitas negatiua in his, quibus Christus non est praedicatus, peccatum est. « Et: » tametsi detur ignorantia inuincibilis iuris naturae, haec in statu naturae lapsae operantem ex ipsa non excusat a peccato formaliter. «

At ignorantia vincibilis, si ob solam negligentiam ea quisquam labore, quam *crassam* vocare in vsu est, minuit quidem voluntarium; ita ut, qui ex ea operatur, *vapulauit paucis*, ut dicitur Lucae xii; sed quum sit indirecte voluta, quoniam ignorans non adhibuit diligentiam debitam, ut necessaria sciret, non efficit, quin opus ex tali ignorantia paratum, liberum censendum sit, atque voluntarium: attamen si quis plus ignorantia laborare amat, ut liberius peccare possit; ut ille de quo scriptum est, *non vult intelligere, ut bene ageret*, adaugeat in eo ratio voluntarii, et peccati: nam ut S. Thomas loquitur: (2) » vult subire ignorantiae damnum propter libertatem peccandi. «

¶ Equid autem humanorum actuum, seu officiorum bonitas, et ma-

ma-

(2) Prim. Sec. q. lxxvii. art. 4.

malitia est? Nam et hoc discutiendum heic venit. Nihil aliud certe, quam cum recta ratione, et immutabili veritatis, et aequitatis lege omnium animis indita, ipsoque diuino lumine creaturae rationali affulgente, conuenientia, vel dissonantia. Ergo quidquid illi regulae consonum est, optimum in genere morum illud est; malum vero quidquid ab ea deflectit.

Et his pauculis ea indigitare placuit, quae de voluntario, et involuntario, deque actuum humanorum moralitate abunde Theologia moralis disputat: ad eiusdem tractatores nostros tyrones remittentes. Neque enim alium habent immensae illae quaestiones scopum, quam humani officii naturam declarare: quod, per summa licet capita, nos praestitimus.

Secundam propositionem varia argumentorum genera commostrant. Primo enim colligitur ex illis Christi verbis Lucae II: «qui non est mecum, contra me est; et «qui non colligit mecum, dispergit. Quibus sane verbis nullum Christum medium admittit inter esse cum ipso per bona opera, vel contra ipsum per opera mala; inter colligere cum ipso, et dispergere: igitur nulla dantur opera media, seu indifferentia: alioquin si triplex foret actionum, seu officiorum genus, vt bonum, malum, et indifferens reperiretur, ineperta prorsus Christi esset illatio: quandoquidem ex hoc, quod aliquis non esset cum eo per opera bona, non statim sequeretur quod contra ipsum per mala opera esset: sed posset medio modo se habere, ac indifferenter.

Deinde, id suadet Augustini auctoritas, vbi scribit: (3) «quamquam voluntas, mitum, si potest in medio quodam ita consistere, vt nec bona, nec mala sit. Aut enim iustitiam diligimus, et bona est; et si magis diligimus, magis bona; si minus, minus bona est; aut si omnino non diligimus, non bona est. . . . Si ergo voluntas, aut bona est, aut mala,» cet.

Accedit duplex S. Thomae ratio. Prima: (4) necesse est omnem humanum actum a deliberata ratione hic et nunc in individuo procedentem, ad aliquem ordinari finem, saltem ex parte intentionis; aliquam etiam circumstantiam includere: vel ergo finis, ad quem humanum ordinatur officium, finis debitus est, rectaeque rationi consonus, et exercitus in circumstantiis, in quibus secundum rectam rationem exercendus est, vel non? Si primum, erit actus

(3) Lib. II. de Peccat. mer. cap. 18. (4) Prim. Sec. q. XVIII. art. 9.

moraliter bonus: si secundum, moraliter malus: nullo igitur pacto indifferens.

Secunda ratio haec est: (5) omne verbum otiosum malum est, et in die iudicii puniendum, dicente Christo Math. XII. «omne verbum otiosum, quod loquuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die iudicii: «potiori igitur titulo otiosum officium, quod aut vtilitate rectitudinis, aut piae vtilitatis intentione caret, malum est, atque puniendum: non enim in opere otioso minus vane potentia occupatur, tempusque insumitur, quam in verbo otioso.

Equidem actio quaelibet, nisi ad honestum finem referatur, honesta esse nequit, sed otiosa illa manet: sicut enim verbum non dicitur otiosum, quod ex malo fine proferatur, vel item ex circumstantia mala, sed quod careat, aut vtilitate rectitudinis, aut intentione piae vtilitatis, vt loquitur Gregorius; (6) ita et actio otiosa dicitur, quia aut debita vtilitate, aut debiti finis intentione caret. Et hoc quidem ipsum nomen declarat: significat enim id, quod ad praecipuum finem suum minime deseruit: omnis igitur otiosa actio mala moraliter est, neque dabilis est aliqua media, et in individuo indifferens.

Torquent haec rationes Aduersarios valde, eosque in variis ducunt responsiones. Priori enim reponunt, non teneri hominem actui indifferenti ex obiecto opponere semper finem rectum, et honestum; quum possit illum exercere ob solam delectationem, vel naturae commoditatem; qualiter, etsi libere, et cum aduertentia ille fiat, et sine finis alicuius honesti intentione adhuc virtuali, non erit malus, sed indifferens, seu non bonus manebit. Posteriori vero respondent: ex veteribus plures negasse, verba otiosa esse moraliter mala; iudicium autem illud, in quo Christus dicit reddendam de his fore rationem, futurum dixisse iudicium discretionis, non condemnationis.

Quam vero leuiter haec proferant sic pauca citauimus. Et prima quidem responsio sic impugnat: licet homo non teneatur semper omnes suas actiones in bonum finem, et honestum referre; si tamen velit vt homo agere, et operari cum deliberatione rationis, ad rationis regulas attendere teneatur, et secundum eas operari: quemadmodum licet artifex non semper teneatur secundum regulas artis agere; si tamen velit vt artifex agere, ad illius regulas attendere,

Tom. III.

Mm

ac

(5) Vbi sup. art. 8. in arg. sed contra.

(6) Hom. VI. in Evang.

ac secundum eas operari tenetur; quod si non faciat in genere artis peccat: ac dicramen rationis et prudentiae regula est, vt quoties homo cum deliberatione, et vt homo operatur, operationem suam actu, vel virtute ad bonum naturae rationalis, seu rationi consonum dirigat, alius operando quam bruta, et operationes animales ad rationales fines ordinando: ergo.

Hinc quod aduersarii dicunt, hominem, qui exerceat actum ex obiecto indifferentem propter delectationem solam vt finem, illum ad finem rationis nec virtualiter ordinando, actum exercere indifferentem; falsum propterea est: nam docent Patres, coniugalem actum ob solam delectationem factum malum esse, et peccatum, saltem veniale. Et S. Thomas dicit, (7) quod »inordinate ludis vtuntur. . . . qui finem in delectatione ludi constituent.«

Responsio secunda reuerentis expertis non est. Enim repugnat Christi Domini sensui, qui ex quo homines redditori sunt rationem de verbo otioso, ducto argumento a minori ad maius infert, grauitate reddiuros rationem, et in die iudicii puniendos: quod argumentum nullam haberet vim, si otiosum verbum discutiendum solum, non puniendum in iudicio esset. Omnia igitur opera ad illud iudicium discutienda deferuntur; siue vt praemium, siue vt poenam reportent, dicente Paulo in II. ad Corinth. »Omnes enim nos manifestari oportet ante tribunal Christi, vt referat vnusquisque »propria corporis, prout gessit, siue bonum, siue malum.«

COROLLARIVM.

Sequitur ex dictis, maximum versari discrimen actum inter, seu officium humanum, et actum, seu officium hominis. Videlicet, quod humanum officium illud est, quod ab homine procedit, vt homine operante, prout a brutis distincto; scilicet, cum consilio, et deliberatione: actus vero hominis est, qui ab homine quidem procedit, sed non vt homine operante, et vt homo est a brutis distinctus; cuiusmodi sunt omnes actus indeliberate facti; vt quum quis indeliberate, seu non advertens, manus fricat, vel aliud quidpiam ex imaginationis; vel sensus motione facit.

Sequitur insuper, humanum officium ex obiecto, et specie sua indifferentem esse in genere moris. Vt enim S. Thomas docet: (8) »talis actus non est proprie loquendo moralis, vel humanus, quum

(7) Sec. Sec. q. CLXXVIII. art. 1. ad 1. (8) Prim. Sec. q. 18. art. 9.

»um hoc habeat actus a ratione: et sic erit indifferentis, quasi extra genus moralium actuum existens.« Expressius autem, vbi docens tres esse actus legis, praecipere, prohibere, et permittere; et legem esse de actibus humanis, ait: (9) »sunt autem tres differentiae humanorum actuum. . . . Quidam actus sunt boni ex genere, qui sunt actus virtutum; et respectu horum ponitur legis actus praecipere. . . . Quidam vero sunt mali ex genere, sicut actus vitiosi; et respectu horum lex habet prohibere. Quidam vero ex genere suo sunt actus indifferentes; et respectu horum lex habet »permittere.«

Verum cum S. Thoma dicendum: (10) quod »aliquem actum esse »indifferentem secundum suam speciem potest esse multipliciter. »Vno modo sic, quod ex sua specie debetur ei, quod sit indifferentis. . . . Sed tamen isto modo nullus actus ex sua specie est indifferentis. Non enim est aliquid obiectum humani actus, quod non possit ordinari vel ad malum, vel ad bonum finem, vel circumstantiam. Alio modo potest dici indifferentis ex sua specie, quod sit bonus, vel malus. Vnde per aliquid aliud potest fieri »bonus, vel malus; sicut homo non habet ex sua specie quod sit »albus, vel niger; nec tamen habet ex sua specie quod non sit »albus, aut niger; potest enim albedo, vel nigredo superuenire homini aliunde quam a principiis speciei.«

CAPVT II.

Discipulorum Scoti, aliorumque illis adhaerentium argumenta soluantur.

Sensisse Scotum nullum dari actum ex specie sua indifferentem, plures autem in individuo indifferentes esse Scotistarum vox una est. Ergo Scotistae, vt suam muniant opinionem, sic arguunt. I. nullum datur praeceptum quo teneatur homo omnem suam actionem in finem honestum dirigere: non enim est praeceptum huiusmodi naturale, quum ad nullum ex praeceptis in Decalogo contentis reducatur; neque est positum, quum hoc in Scriptura reuelatum non sit: imo si aliquid adesset praeceptum, hoc foret affirmatiuum, obligans quidem semper, sed non ad semper: nimis enim rigorosum

Mm 2

es-

(9) Prim. Sec. q. XCII. art. 1. (10) Prim. Sec. q. XVIII. 9. ad 1.

esset ac fere impossibile, hominem in omnibus suis actibus, in his etiam, qui naturae commoditatem, et vitae sustentationem spectant, ut nares purgare, spucare, aliis, teneri semper honestum finem respicere: alias, quum continuo tales actiones occurrant, homo continuo peccaret saltem venialiter, proindeque omnes actiones humanae, etiam hominis iusti, essent macula inquinatae: quod esset in Lutheri, et Caluini errorem incidere, ut Tridentinum definit. (1)

II: Agere aliquid ad solam delectationem capiendam neque malum, neque rationi dissonum, sed mere indifferens est: ex. gr. comedere, vel bibere solum ad delectationem capiendam ex suauitate cibi, vel frigiditate potus, dummodo non noceat sanitati. Item odorare flores, aut res aromaticas ob solam delectationem ex odore capiendam: atque his similia: quis enim haec damnet?

III: Actus ex specie sua indifferentes, ut fricare manus ad expellendum frigus, deambulare ad perficiendam digestionem, ceteri, qui naturae commoditatem respiciunt, nec boni moraliter sunt, quia non fiunt ob honestatem virtutis, alias essent materia voti, quod est ridiculum; nec mali, alias essent materia confessionis: quod falsum esse ex eo constat, quod nemo de his sese accusat: sunt ergo indifferentes.

Quam quidem argumentationem confirmat Hieronimus scribens: (2) »Bonum est continentia; malum est luxuria; inter vtrumque indifferens ambulare, digerere alii stercora, capitis naribus purgamenta prolicere, spuitis rucumata lacere. Hoc nec bonum, nec malum est: siue enim feceris, siue non feceris, nec iustitiam habebis, nec iniustitiam.«

III: Datur actus ex sua specie indifferens, ut dictum est: sed nequit dari aliqua species, cuius nullum sit possibile indiuiduum: dari enim non potest nisi in aliquo indiuiduo: ergo.

V: Potest aliquis actus deliberare produci carens aliqua circumstantia ei non debita, quia non praecipitur, et tamen bona: at hic actus non erit bonus, quia illa bona circumstantia carens; neque malus, quia circumstantia, qua caret, non est ei debita: ergo.

VI: In Concilio Constantiensi proscripta est haec Ioan. Hus propositio, quae est sexta decima: (3) »Diuisio immediata humanorum operum est: quod sunt, vel virtuosa, vel vitiosa: et Actus qui

(1) Sess. vii. can. 21.

(2) Epist. modo citata ad Augustinum.

(3) Sess. xv.

qui si non darentur actus indifferentes in indiuiduo, illa propositio immerito proscripta fuisset: nam si non sint actus humani indifferentes in indiuiduo, quaelibet humana opera erunt in indiuiduo, vel vitiosa, vel virtuosa: ergo. Accedit: quod ideo dicitur nullum actum indifferentem in indiuiduo dari, quoniam illicitum est operari ob voluptatem: at hoc falsum, quum et ad eam corrupta natura inclinet, et Deus ipse voluerit voluptatem actus quosdam comitari, scilicet, esum, vel potum: ergo.

Ad quae tamen hoc pacto respondendum est. Ad 1. quidem: quod sicut datur praecipitur de non fundendo otiose verba, et non terendo inaniter tempus in illis, ita et datur de non terendo tempus inaniter, et otiose operando: sicut enim in verbis, ita et in operibus, si debito fine careant, homo inaniter tempus terit, et otiose exercetur. Ergo dicimus dari praecipitur huiusmodi, et praecipitur naturale esse.

Quid autem? continetur illud in Decalogo? Quorumdam sententia est, contineri implicite in primo praecipitur diligendi Deum super omnia: quo iubemur referre in Deum omnes nostras actiones humanas, mediate saltem; quod fit eas in honestum aliquem finem ordinando. Alii censent, praecipitur huiusmodi non contineri in praecipitur Decalogi, sed ad ea praesupponi: sicut enim dantur quaedam veritates, quae ad obiectum fidei per se non spectant, sed sunt velut praecambula ad fidem, S. Thoma docente: (4) ita dantur quaedam praecipitur naturalia, quae in praecipitur Decalogi non continentur, sed sunt quasi praecambula ad illa: sicut est praecipitur diligendi se ipsum. Enim nullum legitimus praecipitur diligendi nos ipsos, sed solum diligendi Deum, et proximum; quum tamen nos ipsos diligere teneamur. Demum alii opinantur, extare praecipitur, quum explicitum in illis Apostoli verbis 1. ad Corinth. x. »Siue ergo manducatis, siue bibitis, siue aliud quid factis, omnia in gloriam Dei facite: et tum implicitum in praecipitur non faciendi actum otiosum: nam praecipitur contra otiositatem, siue verbi, siue facti, maxime respicit finem, ut videlicet non fiat aliquid sine pia utilitate, vel iusta necessitate. Consulatur S. Thomas. (5)

Est vero hoc praecipitur affirmatiuum, neque pro omni protus tempore obligat; quandoquidem solum pro eo obligat, quo ho-

(4) Prim. Part. q. ii. art. 2. ad 1. (5) Q. ii. de Malo art. 7. in corp.

mo ex deliberata voluntate operatur. Continet praeterea virtualiter praeceptum negativum, nihil faciendum esse contra, vel praeter Deum, et rectae rationis ordinem, ut docet S. Thomas. (6) Neque propterea sequitur, homines passim, et continuo peccare, quia nec passim, nec continuo exercent actus deliberatos, sed multos indeliberate faciunt, et quia dum deliberate agunt, non oportet, quod actu cogitent de fine honesto, nec quod actu actiones in illum referant, sed tantum virtute.

Hoc vero praestat et fidelis, qui de Deo actu non cogitans, ideo tamen operatur, quae fidei, et christianae religionis sunt, quoniam vel expresse, vel interpretative iudicat ea hominem Christianum decere; praestat et infidelis, qui in suis actionibus spectat eum finem, ad quem ratione dirigente referendae sunt, vel aliquem alium ex se bonum, nulla prava circumstantia vitiatum. In quo nemo non videt quantum a Calvino, et Luthero discriminemur, qui omnes omnino actiones, etiam hominis iusti, malas esse, et iniquitatas, blasphemant.

Secundi haec est responsio: quod quum operationes non sint propter delectationes, sed e contrario delectationes propter operationes, qui eligit operari ob delectationem solam, et ad eam ordinat operationem, inordinate agit. Ita Augustinus, ubi de cibo et potu loquens, scribit; (7) »et quum salus sit causa edendi, et bibendi, adiungit se tanquam pedissequa periculosa iucunditas, et plerumque praecire conatur, ut eius causa fiat, quod salutis causa me facere, vel dico, vel volo.« Quibus dolet Augustinus quod comedere vel bibere, quod causa salutis faciendum est, saepe faciat delectationis causa; non doleret autem, si malum non existimaret.

Hunc Magistrum sequutus est S. Thomas, ubi scribit; (8) »Quum nullus actus ex deliberata voluntate procedens sit indifferens. . . actus matrimonialis semper est peccatum, vel meritotius in eo, qui gratiam habet. Si enim ad actum matrimonialem virtus inducat; vel iustitiae ut debitum reddet, vel religionis, ut proles ad cultum Dei procreetur, est meritotius. Si autem moueat libido sistens infra bona matrimonii, ut scilicet nullo modo ad aliam recedere vellet, est peccatum veniale.«

Ad

(6) In II. sent. Dist. XL. art. 5. ad 7. (8) In III. Sent. Dist. XXVI. q. 1. art. 4.
(7) Lib. X. Confes. cap. 13.

Ad III: dicendum: praefatos actus plerumque exerceri sine advertentia ac deliberatione, atque opera mere naturalia extra genus moris esse; proindeque nec bona, nec mala. Quod si quandoque ex deliberatione fiant; aut ad aliquem finem honestum non ordinantur, et sic sunt moraliter mala, aut ad eum ordinantur, et sic sunt bona moraliter. Ut enim ait S. Thomas: (9) »Hoc ipsum, quod aliquis agit ordinate ad sustentationem, vel quietem sui corporis, ad bonum virtutis ordinatur in eo, qui corpus suum ordinat ad bonum virtutis.«

Quin tamen inde sequatur talia opera materiam viti esse: nam votum debet esse de meliori bono, et quamvis ea exercere bonum sit, saepe tamen abstinere ab iis melius est: sicut temperate veri carnibus bonum est; a carnibus tamen abstinere melius est. E contrario autem eadem opera, etsi absque debito ordine facta, ordinarie non sunt materia confessionis, quia communiter fiunt sine deliberatione, solo naturae impulsu, vel imaginationis. Si vero deliberate fierent ac certus foret poenitens ea se ad bonum finem non ordinasse, non esset magis ridiculum ea sic facta confiteri, quam alios actus vanos, et sermones otiosos confiteri.

Ad locum Hieronimi reponendum: loqui eum de actibus illis naturalibus ex specie sua consideratis; penes quam nec boni, nec mali sunt, sed indifferentes; ad differentiam observationum legis antiquae (de quibus ibi Hieronimus loquitur) quae ex sua specie fuerunt semper determinate vel bonae, vel malae; bonae quidem ante Christi adventum; male per Christi adventum.

Neque refert quod dicat, *sive feceris, sive non feceris*: nam licet actus non fiant nisi in singulari, et in individuo; in actu tamen in individuo considerari potest, et id, quod ei convenit ex sua specie, et id, quod habet ex accidentibus, et circumstantiis. Porro quamvis ratione circumstantiarum non deat actus in individuo, qui humanis sit, et indifferens; quia tamen ex specie indifferens est, recte dici potest, quod quantum est ex specie, *sive feceris, sive non feceris*, nec iuste, nec iniuste facies; etsi ex fine, quem opposueris, vel iuste, vel iniuste egeris.

Dici etiam potest, Hieronimum loqui de praefatis actibus, ut plerumque exercentur, scilicet naturaliter, et indeliberate; non de iisdem, ut interdum ex advertentia, et deliberatione fiunt.

Quar-

(9) Prim. Sec. q. xvii. art. 9. ad 1.

Quantum sic soluitur: quum dicimus dari aliquos actus ex specie sua indifferentes, non sic intelligendum est, vt ex sua illis debeat specie quod indifferentes sint: sicut debetur homini ex specie sua quod rationalis sit; sed quod sicut homini ex specie sua non debetur quod sit albus, vel niger, sed indifferens est indifferentia subiecti ad albedinem, vel nigredinem suscipiendam, ita dantur actus nonnulli, qui ex specie et obiecto non habent sibi debitam bonitatem, vel malitiam, sed indifferentes sunt per modum subiecti alterutrum suscipiendi, ex circumstantiis, quibus afficiuntur, dum in re ponuntur. Tantum enim abest, quod indifferentia ad bonum, et malum vtrumque excludat, vt potius absque sui laesione vtrumque possit permittere, vt docet S. Thomas. (10)

Ad quintum respondemus: quod actus eiusmodi, si desit ei aliqua circumstantia debita, erit malus; si autem desit illi aliqua circumstantia non debita, etiamsi bona, adhuc bonus erit: vt enim bonus sit, non requiritur, vt omnes, quae adesse possunt, bonas circumstantias habeat, sed dumtaxat eas, quae sunt debita ex praeepto; quas inter boni finis circumstantia potissima est.

Sextum vt soluat, hoc vnum prae oculis habendum: propositionem allatam, non absolute, et in se proscripam fuisse, sed in sensu, quo eam Ioannes Hus proferebat: contendebar enim ille, omnia quae ab homine peccato mortali obnoxio fiunt, peccata esse; quae vero a iusto, actus virtutis esse: etenim vrebatur ille hac ratione a Concilio relata: »quia, aiebat, si homo est »viciosus, et agat quidquam, tunc agit viciose; et si est virtuosus, et agat quidquam, tunc agit virtuose. Quia sicut vitium, »quod crimen dicitur, siue peccatum mortale, inficit vniuersaliter actus hominis viciosi, sic virtus viuificat omnes actus hominis virtuosus.«

Ex quibus aperissima ducebatur heresis; nempe quod homo, dum est in statu peccati mortalis, nihil boni agere possit, sed in quolibet actu peccet; et iustus nihil possit agere mali, quum tamen fide catholica certum sit, et peccatorem posse actus fidei, et spei elicere, licet informes, et aliqua opera moraliter bona contra iustum posse venialiter peccare. Hoc vero in sententia negante dari actus in indiuiduo indifferentes locum non habet: iuxta hanc

(10) Vbi Supra ad r.

hanc enim potest peccator, si concupiscentiae non obsequatur, aliquos bonos actus cum peccati statu componere; potest iustus cum iustitiae statu acrus venialiter malos adunare.

Quae addita est confirmatio Pelagianorum sapit doctrinam. Hae enim propositio, »licitum est propter voluptatem operari,« nihil a Pelagiano dogmate discrepat, quo adseritur, voluptatem esse Dei institutione bonam, et in benedictione permansisse, vt aiebat Iulianus apud Augustinum. (11) Et Innocentius XI. hanc propositionem damnauit: »comedere, et bibere vsque ad satietatem ob solam voluptatem, non est peccatum, modo non obsit valitudinis »quia licite potest appetitus naturalis suis actibus frui.« Cui Clerus Gallicanus anno 1700. hanc censuram inuit: »haec propositio temeraria est, scandalosa, perniciosa, erronea, et ad scholam Episcopi curi ableganda.«

Ad id quod additum est, dicendum: naturam sanam non inclinare hominem ad voluptatem, sed naturam corruptam: vnde vitium naturae est, non natura. Voluit tamen Deus, vt quaedam voluptas sensus hominis demuleret; vt quorundam actuum, qui aliunde, aut ad vitae conseruationem, aut ad propagationem necessarii sunt, exercitio subseruiret; non vero vt actus propter illam voluptatem exercerentur. Vnde contra naturae sanae inclinationem, et contra Dei ordinationem agit, qui in actibus deliberatis sensuum delectationem, tanquam sui operis finem, sibi proponit.

Neque asperum cuiquam videri debet naturam fragilem, et ad bonum delectabile propensam, in omni actu suo deliberato teneri ad finem honestum, et ad Deum respicere. Nam, vt saepe diximus, non tenetur homo, dum in hac versatur vita, omnes actus suos deliberatos in honestum finem, et in Deum referre; sed sufficit, vt referat virtute, seu ex vi praecedentis intentionis; quae si non fuerit abrupta, in omnibus actibus subsequentibus moraliter, et virtualiter perseuerat; quamuis operans, dum operatur, de Deo, aut bono honesto actu non cogitet. Ceterum, ne tandem deficiat etiam virtute, actualem illam directionem saepius renouandam esse monet S. Bonauentura, (12) cui subscribit Estius. (13)

Tom. III.

Nu

CO-

(11) Lib. II. de nupt. et concup. cap. 5.

(12) In II. Sent. dist. 41. art. 1.

(13) In I. ad Corinth. cap. 10.

COROLLARIVM.

Igitur non sufficere ad impletionem praecepti habitualement omnia in Deum referendi ordinationem, et ex dictis sequitur, et S. Thomae sententia est. (14) Perpetuus enim ille est in adserendo, hominem deliberare operantem, debere semper agere propter vltimum finem, vel actum, vel virtutem.

Quod autem S. Thomas dicat, (15) exponens illa Apostoli verba, «omnia in gloriam Dei facite; hoc praeceptum est affirmatiuum; vnde non obligat ad semper: et sic non facit contra hoc praeceptum quicumque non actu refert in gloriam Dei omne, quod facit. Sufficit ergo quod aliquis habitualiter referat se, et omnia sua in Deum, ad hoc, quod non semper mortaliter peccet; quum aliquem actum non refert in gloriam Dei actualiter, solum euincit habitualement ordinationem actus ad Deum sufficere ad non peccandum mortaliter, non vero ad non peccandum venialiter: enim agebat ibi S. Doctor de distinctione peccati venialis a mortali; atque peccatum veniale non tollere habitualement ordinationem ad Deum; quum non tollat charitatem; atque iustum venialiter peccantem non agere contra Pauli praeceptum, quoniam omnia ad Dei gloriam, habitu saltem, seu virtute, refert.

CAPVT III.

De certa humanorum officiorum specie disserit, scilicet peccato eius naturam, atque nequitiam exhibet, Scholae morem gerens.

Est peccatum amoris inordinatio, quo auertimur a bono incommutabili, et conuertimur ad bona commutabilia.

Theologorum sententia, qui peccati nequitiam in priuatione positam contendunt, longe alia probabilior est.

Definitionem peccati priore propositione comprehensam Augustinus

(14) Prim. Sec. q. 1. xxxviii. art. 1. ad secundum. (15) Vbi supra.

nus tradit: (1) quam ceteris quibusque praetulimus, quoniam altiore eam, et ad peccati naturam exponendam clariorem iudicauimus. Enim si tunc vere in actum bonum, ac laude meritoque dignum erumpimus, quum ordinatus in nobis est amor; tunc quoque peccamus officii nostris, quum amoris peruersitas in cordibus nostris est.

Ceterum, et aptas alias Augustini definitiones agnoscimus. Vel enim peccatum describere volumus comparate ad legem communem aequitatis, et rectitudinis, vel ad ipsam voluntatis inordinate diligentis nequitiam, et prauitatem? si regulam illam, rationemque spectemus, apparet optimam esse eam Augustini definitionem, scilicet: (2) «peccatum est voluntas retinendi, vel consequendi, quod iustitia vetat; et vnde liberum est abstinere.» Hanc etiam: (3) «peccatum est dictum, sacrum, vel concupitum contra aeternam Dei legem.» In quorum definitionum prima exprimitur sola voluntas; quoniam haec tantum actus liberos elicit, aut imperat: in altera etiam opera commemorantur, sed quae non nisi a voluntate nequitiam peccati mutuuntur.

His autem definitionibus sola natura peccati commissionis exprimitur; si tamen particula negans addatur etiam peccato omissionis poterunt aptari. Eisdem definitionibus concluditur quoque peccatum veniale, quod aliquomodo est contra legem aeternam, esto non perfecte: etenim esto in aliquo recedat ab ordine legis, non tamen recedit a fine legis, qui charitas est. Concluditur etiam peccatum, quod fit contra legem humanam. Nam haec, si iusta est, deriuatur a lege aeterna; quae etiam praecipit, vt *omnis anima potestatis sublimioribus subdita sit.* Rom. xiii. quia *omnis potestas a Deo est*: vnde, qui legem humanam violat, violat legem Dei; quoniam, *qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit; qui autem resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt.* Peccatum autem originale, rigoroze acceptum, dictis definitionibus non comprehenditur: intentum siquidem Augustini fuit tantum peccatum actuale definire.

Ex his autem euincitur, quod in hac re praecipuum est: videlicet, omne peccatum essentialiter esse Dei iniuriam; non quidem effectiue illatam, sed affectiue multis modis intentatam (liceat scholae

Nn 2 ver-

(1) Lib. xv. de Ciuit. Dei, cap. 22. (2) Lib. 1. de duab. animab. cap. 11.
(3) Lib. xxii. cont. Faust. cap. 27.

verbis uti). Ac primum quidem ex Scripturis habemus exploratum. Dicitur enim Iobi xiv: «si peccaueris, quid ei nocebis? et si multiplicatae fuerint iniquitates tuae, quid facies contra eum? porro, «si iuste egeris, quid donabis ei, aut quid de mano tua accipiet? «homini, qui similis tui est, nocebit impietas tua. «Quemadmodum ergo nihil Deo damus, dum eum colimus; ita nihil a Deo auferimus, dum eum offendimus peccando.

Esse autem affectus, et intentate, sic enim loquuntur, iniuriam, et offensam Dei, hancque essentialiter, colligitur ex S. Thoma, (4) ubi exponens laudatum Iobi textum, ait: «quod etsi Deo nullus possit nocere quantum ad eius substantiam; potest tamen nocementum attentare in his, quae Dei sunt: sicut extirpando fidem, violando sacra, &c.

Accedit ratio: Nam peccator non solum est iniurius Deo, vt legis latori, sciens, et volens contemnendo legem eius, et tollendo ab eo debitam subiectionem, et obedientiam; sed etiam ipsum offendit, vt iustum iudicem, non timendo eius poenam; vt testem, non reuerendo eius praesentiam; vt supremum, ac summum Dominum, eius iugum excutiendo; vt amicum, et benefactorem, exhibendo se ei inimicum, ac eius beneficiis abutendo; vt primam causam, primumque principium, eius concursu ad peccandum vrendo; ac denique vt summum bonum, et vltimum finem, quia per quodcumque lethale peccatum homo affectus a Deo auertitur, vt vltimo fine, rationem finis vltimi impie in creatura constituens.

At quid de peccato originali, ac veniali dicendum? Primum, quia in Adamo peccante omnibus posteris voluntarium fuit, maxima illud iniuria, et offensam fuit, quam totum genus humanum Deo in suo capite intulit: ex quo sequitur, quod omnes, qui ex Adamo nascuntur, Deo iniuri, filii irae, ac indignationis nascuntur, proptereaque Dei offensores, et ipsi iniuri. Quia vero, vt a parulis contrahitur, non dicit actualem conuersionem ad creaturam, sed auersionem a Deo, vt sine vltimo, ideo minor offensam Dei est, quam peccatum actuale, et personale: offensam tamen Dei est.

Secundum, rigorose ac simpliciter sumtum, non est Dei offensam, quum peccans venialiter non auertatur a Deo, neque finem vltimum in creatura constituat. Nihilominus potest dici, peccantem venialiter aliquo vero sensu Deum offendere: quia licet habitum a

Deo

(4) Prim. Sec. q. lxxvii, art. 8. ad secundum.

Deo non recedat, eiusque amicitiam non laedat, illo tamen actu, quo venialiter peccat, non se gerit vt Dei amicus, neque bene vltur eius beneficiis; atque licet eius praeepta non contemnat, non tanti facit, quanti facienda sunt.

Pro secunda autem propositione, qua peccati naturam tradimus, faciunt haec argumenta. I: quidquid a prima causa productum est, bonum est, vt ex Scripturis habetur: siquidem Gen. i. dicitur: «vidit Deus cuncta, quae fecerat, et erant valde bona. «Et in priori ad Timoth. Epist. cap. iv: «omnis creatura Dei bona est. «

II: Patres diserte docent, malum quodlibet, seu peccatum non esse quid positium, quod substantia valeat dici. Quosdam loquentes audiamus. Scriptor de diuinis nominibus ait: (5) «priuatio est malum; Athanasius: (6) «necessum est veritatem ecclesiasticum dogmatis explendescere, nullum malum nec a Deo, nec in Deo, nec ab initio existisse; neque vllam esse eius substantiam. «Ambrosius: (7) «quid est aliud, quod malum dicitur, quam priuatio boni? «Damascenus: (8) «neque aliud quidquam est malum, quam boni priuatio. «Augustinus: (9) «omnino natura nulla est malum; nomenque hoc non est nisi priuationis boni. «

S. Thomas, quem tamen contrarii patronum habere sibi blandiuntur, pro hac est opinione. Nam in quaestionibus de malo aperte statuit, (10) quod malum non est nisi priuatio alicuius boni quod quidem non de malo physico, sed de morali dicit: nam exponens alteram peccati definitionem ab Augustino traditam, ait: (11) «dicendum, quod peccatum nihil est aliud, quam actus humanus malus. Quod autem aliquis actus sit humanus, habet ex hoc, quod sit voluntarius. Habet autem actus humanus quod sit malus ex eo quod caret debita commensuratione. Et ideo Augustinus in definitione peccati posuit duo: vnum, quod pertinet ad substantiam actus humani, quod est quasi materiale in peccato; quum dicitur: «dictum, vel factum, vel concupitum: aliud autem, quod pertinet ad rationem mali, quod est quasi formale in peccato, quum dicitur, contra legem Dei aeternam. «

Vterius, (12) triplicem peccati definitionem in examen vocans, primam scilicet Augustini, «dictum, factum &c.; secundam e-

(5) Cap. iiii.

(6) In Orat. contra Gentes.

(7) Lib. de Isaac, et anima, cap. 7.

(8) Lib. ii. de Fide, cap. 4.

(9) Lib. xi. de Civit. cap. 21.

(10) Quaest. i. art. 1.

(11) Prim. Sec. quaest. lxxi. art. 6.

(12) In 11. Sent. dist. 75. q. 2. art. 2.

insidem, »retinendi id, quod iustitia vetat: tertiam D. Ambrosii, nempe, »diuinae legis praeuaricatio, et caelestium inobedientia mandatorum; »dicit omnes esse optimas. »In prima enim descriptione »tangitur substantia actus in ordine ad instrumenta, quibus actus »exercetur In secunda autem descriptione tangitur substantia »actus ex parte obiecti. . . . Er priuario illius dirigentis, quod in »finem inclinatur per modum habitus, in hoc, quod dicit, quod iustitia vetat. In tertia autem descriptione tangitur illud, quod est »formale in peccato, ex quo rationem mali habet, scilicet, priuario dirigentis in finem, in hoc, quod dicitur praeuaricatio legis »diuinae; et deordinatio ab ipso fine in hoc, quod dicitur, coelestium inobedientia. »cert. Habet similia aliis in locis. (13)

III: argumentum sumitur ex ratione multiplici. Prima: omne ens posituum, quod Deus non est, a Deo creatum est; at peccatum, secundum formalem peccati rationem, non est a Deo creatum: dicitur enim Sap. ii. de Deo, »diligis. . . . omnia quae sunt, »et nihil odisti eorum, quae fecisti: nec enim odians aliquid constituisti, aut fecisti: Deum vero peccata odio habere ex illo Sapientiae xiiii. liquet, videlicet, »odio sunt Deo impius, et impietas »eius: Deus ergo peccatum non fecit, hocque quid posituum non est.

Secunda: substantia mali, seu peccati, vel incorruptibilis, vel corruptibilis est? Si incorruptibilis, est summe bona: si autem corruptibilis est, corrumpi et vitari non posset nisi bona esset: ergo peccati, seu mali cuiuscumque natura, vel substantia nulla est. Ita Augustinus. (14)

Tertia: quaeliber natura, quatenus est, bona est: quippe bonum est existere, et esse: malum ergo non est natura, vel substantia aliqua, sed naturae defectus. Ita Augustinus. (15)

COROLLARIUM

Ergo et peccandi potentia, sumta formaliter, seu pro voluntate potente influere in malitiam, vel inordinationem actus, in priuatio, seu in defectu virtutis consistit. Enim, si ex superius allatis actualis malitia, quae est actus, seu obiectum potentiae peccandi, in pura priuatione consistit, consequens inde est, non posse potentiam ad

(13) In ii. Sent. dist. 37. q. 1. art. 1. Et in ii. ad Annibal. dist. 37. q. unice. art. 2.

(14) Lib. vii. Confes. cap. 12.
(15) In lib. de nat. boni, cap. 4.

ad malitiam illam in posituum locari, quum talis debeat esse potentia, quale est obiectum eius adaequatum, a quo speciem sumit. Docuit id expresse Augustinus his verbis: (16) »nemo igitur quaerat »efficientem causam malae voluntatis, non enim est efficiens, sed »deficiens: quia nec illa effectio est, sed defectio. Causas porro »defectionum istarum, quum efficientes non sint, vt dixi, sed deficientes, velle inuenire, tale est, ac si quisquam velit videre tenebras, vel audire silentium.»

Et S. Thomas ait: (17) »sed quaedam sunt, quae secundum »nomen potentiam important, quae secundum rem sunt potentiae »defectus; sicut multae negationes, quae in affirmationibus includuntur; vt quum dicitur, posse deficere, videtur secundum modum loquendi, quaedam potentia importari, quum magis potentiae defectus importetur.»

Ratio vero ex eodem Praeceptore Angelico desumpta, haec est: (18) potentia peccandi, qua talis, voluntari creatae, quatenus ex nihilo est, conuenit; at ex nihilo nequit oriri aliquid, quod in rei veritate, et sit potentia, et sit aliquid posituum; quoniam omne reale, et posituum ex eo habet quisquam, quod de esse participat, non ex eo, quod deficit de esse: ergo.

CAPVT IV.

Dissentientium Theologorum, eorum etiam qui Sancti Thomae nomine gloriantur, momenta expendit. Manichaeorum ante errore relato.

Malum naturam quandam, atque substantiam esse Manichaei aderebant, quos redarguit Augustinus, vbi scribit: (1) »sed illi sic »dicunt malam carnis naturam, vt eam malam esse dicant, non »malum habere, quia ipsum vitium non substantiae accidens, sed »substantiam putant esse.» Cuius oppositum ex eo alibi demonstrat, quod malum vitium est naturae nocens; malum autem non nocet nisi bono; nec malum esset vitium naturae, si natura ipsa esset vitium, et malum. Malum ergo est accidens naturae adueniens, eamque

(16) Lib. xii. de Ciu. Dei, cap. 7.

(17) Quaest. 1. de pot. art. 1.

(18) In ii. Sent. dist. 37. q. 2. art. 1. ad 2.

(1) Lib. ii. de moribus Manichaeorum, cap. 8.

que vitians, et bonam corrumpens. Hoc autem accidens non positium, sed priuatiuum esse ostendit. (2)

Malum autem in tribus contingere potest; nimirum, naturalibus, artificialibus, et actibus moralibus, seu voluntariis: vnde triplex est malum; naturale scilicet, artificiale, et morale; quod ex ipsa terminorum prolacione liquido constat. Agitur vero hic de terra mali specie, quae peccatum dicitur. In hoc autem, et reperitur actus substantia, nempe realis, et physica actionis entitas circa obiectum; et dissonantia obiecti, et actionis legi diuinae, ac rectae rationi, ex qua plures priuationes sequuntur; nimirum, priuatio conuersionis ad Deum, seu auersio a Deo, priuatio gratiae, cetera.

Quibus quidem positis, in hoc praesens deuoluitur disputatio: an quam in actu malo sit quid positium, scilicet conuersio ad obiectum dissonum, atque quid etiam priuatiuum, videlicet dissonantia, seu recessus a lege, vel priuatio debitae rectitudinis; ratio formalis constitutiva peccati in positio conuersionis, an vero in priuatio constituenda sit. Quod sane dubium intelligi de peccato commissionis vel ex eo constat, quod peccatum omissionis consistere in priuatio ex ipsis terminis innotescat.

Itaque, qui ex aduerso opinantur Theologi, his argumentis ducuntur. I: si peccatum in priuatio poneretur, quum vna priuatio non sit maior altera, neque vnum peccatum esset altero maius, sed omnia forent paria; qui fuit Stoicorum error a Iouiniano excitatus.

II: Quum oppositio contraria inter extrema positiua versetur, necessum est, et peccatum, et virtutem quid positium esse, nam contrarie opponuntur. Docet id S. Thomas. (3)

III: Proprii ad priuationem rectitudinis intelligitur conuersio, seu tendentia positiua ad obiectum dissonum; quae pro illo priori mala est moraliter, et ab eo sumit speciem disconuenientiae, et dissonantiae legi, et rationi: non ergo constituit illa peccatum, sed constitutum supponit.

IV: Moralitas, quatenus in bonitatem, et malitiam diuiditur, quid positium est: igitur tam bonitas, quam malitia pro formali quid positium est: non enim stat, quod ratio generica quae participatur, praesertim vniuocae, quid positium sit, quin species ipsam participantem sint quoque aliquid positium.

V: Quando peccata commissionis sunt intrinsece mala, sicut

est

(1) In Eucharid. cap. 2.

(3) Prim. Part. quaest. LXXXVIII. art. 1. ad tertium.

est Dei odium, id quod positium est et reale, malum est formaliter, etiam antecedenter ad priuationem debitae rectitudinis: cretam actus eiusmodi, priusquam concipiatur priuatio, tendit in obiectum prohibitum; prohibet siquidem Deus sui odium, ac quidquid actum illum spectat: in aliquo ergo positio eorum malitia consistit.

VI: sunt quidam actus peccaminosi, in quibus non reperitur priuatio rectitudinis debitae: nam priuatio, ex Philosophorum sententia, carentia formae in subiecto capaci est: at dantur actus peccaminosi incapaces rectitudinis; vti Dei odium, ac alii essentialiter peccaminosi: non ergo apte per priuationem explicatur peccati constitutum.

VII: admissa opposita opinione nihil erit peccatum; nihilum Sacerdos remittit; pro nihilo damnabitur legis transgressor: in nihilo commissionis peccatum a peccato omissionis discrepat.

Sed facile est eorum argumentationes soluere. Ergo ad primum neganda est sequela. Docet enim S. Thomas, (4) duplex esse priuationum genus. Vna est priuatio simplex, ac pura, quae nihil formae oppositae relinquit, et stat in esse priuatio; sicut mors est vitae priuatio, tenebrae sunt priuatio lucis; et haec priuationes nec magis, nec minus suscipiunt; ideoque vna maior altera non est. Alia priuatio est non simplex, quae non tollit totam formam, seu habitum oppositum, sed aliquid eius relinquit; vnde dicitur potius consistere in corrumpti, quam in corrupto esse; cuiusmodi est aegritudo, quae priuat quidem, et tollit debitam commensurationem humorum, sed eam totaliter non tollit; et huiusmodi priuationes suscipiunt magis, et minus, vt S. Thomas loquitur, «ex parte eius, quod remanet de habitu contrario.» Multum enim refert ad aegritudinem, vel turpitudinem, vtrum plus, vel minus a debita commensuratione humorum vel membrorum recedatur. Et similiter dicendum est de vitiiis, et peccatis, sic enim in eis priuatur debita commensuratione rationis, vt non totaliter ordo rationis tollatur. (5)

Ad II dicendum: peccatum, in concreto sumtum (vt Schola loqui amat) contrarie opponi virtuti, et quid positium esse: sic enim non est pura priuatio, sed actus debito ordine priuatus. Hinc S. Thomas ait: (5) «peccatum non est pura priuatio; sed est actus debito ordine priuatus.» At si peccatum in abstracto accipiatur,

Tom. III.

Os

sic

(4) Prim. Sec. quaest. LXXXIII. art. 2.

(5) Prim. Sec. quaest. LXXXII. art. 1.

sic opponitur virtuti priuatiue, vt S. Doctor adfirmat. (6)

III, quod est vnum ex praeceptis aduersae sententiae fundamentis, pugnantia inuoluit. Nam dum dicitur, pro priori ad priuationem intelligitur positua conuersio ad obiectum dissonum, non sumitur conuersio pro priori ad priuationem, sed vt habet priuationem adiunctam. Esto autem conuersio ad obiectum praescindens a dissonantia sit conuersio pro priori ad priuationem; conuersio tamen ad obiectum dissonum est conuersio adiunctam habens priuationem: igitur conuersio non est formaliter mala a malitia, quae sit ipsa conuersio; alias omnis conuersio esset per se moraliter mala; sed a malitia, quae ipsi inest, quatenus huic conuersioni coniungitur priuatio rectitudinis debitae illi in esse. Eo fere modo, quo paries dicitur formaliter albus ratione albedinis ipsi inhaerentis, non ratione albedinis, quae sit ipse paries, vel essentialis eius differentia.

Itaque, vt ex S. Thoma didicimus, (7) peccatum sumi potest, vel concretius; et sic consistit in posituo cum defectu; quia, vt ipse Doctor Angelicus ait, (8) »nominat ens, et actionem cum quodam defectu:« vel abstractiue, et constitutiue, vt in praesentis sumitur: et sic essentialiter dicit defectum, et priuationem rectitudinis in conuersione ad obiectum. Ergo illud, quod peccatum constituit in aliqua specie peccati, non est priuatio solitarie sumta, sed vt coniuncta fini indebito, seu actui ordinato ad hoc, vel illud obiectum. Ex quo fit vt formalis, et essentialis ratio peccati in priuatione consistat; atque haec sit, quae peccatum in genere suo constituat, et ab omnibus, quae peccata non sunt, contradistinguat.

IV, quod obicitur, praeprius grauem etiam in opposita sententia instantiam patitur. Nam peccati malitia vniuocatur in ratione malitiae in peccato commissionis, et omissionis; et tamen illa in posituo iuxta aduersarios, haec vero in priuatiuo consistit. Item, peccatum commissionis actuale, et habituale ex eo relictum, eiusdem speciei moraliter sunt; et tamen actuale in posituo, habituale in priuatiuo consistit.

Ergo dato antecedenti neganda est illatio inde ducta. Enim licet priuatiuum, et posituum nequeant vniuocari in vna ratione, vniuocatione stricta, et metaphisica; possunt tamen vniuocari vniuocatione morali, et secundum prudentem aestimationem, vt probant

(6) In II. Sent. dist. xxxiv. q. 1. art. 2. ad secundum.

(7) Vbi supra.

(8) Prim. Sec. quaest. lxxxix. art. 1.

exempla allata: atque hoc pacto etiam voluntarium vniuocae diuiditur in voluntarium posituum, consistens in positione actus, et voluntarium omissuum, in carentia actus consistens.

Itaque moralitas, in genere spectata, non est tendentia formaliter positua, sed tendentia praescindens a formaliter positua, et positua virtualiter, et interpretatiue: malitia autem peccati commissionis, esto non sit tendentia positua formaliter, sed quid priuatiuum, eam tamen includit virtualiter, et interpretatiue: vnde posset iure optimo antecedens propositio negari.

V. hanc paritur solutionem: in odio Dei, aliisque actibus intrinsece malis, illud, quod est posituum conuersionis, seu tendentiae in obiectum, vt praescindens a priuatione debitae rectitudinis, non est formaliter malum morale; imo nec materialiter. Cuius haec habetur ratio; quod quum nemo intendens in malum operetur, obiectum conuersionis et tendentiae est bonum ipsius operantis, siue honestum, siue delectabile: adeo vt si non adiungeretur rectitudinis priuatio, sed posset homo coniungere cum bono delectabili bonum honestum, nullum esset malum, sed potius bonum, aut boni extensio.

Vt enim docet S. Thomas, (9) in naturalibus priuatio perfectionis debitae, nimirum forma, cui adiungitur priuatio formae debitae, malum est, »non propter priuationem ei adiunctam, sicut »ignis malum est ligno. Similiter et in moralibus inhaerere fini, »cui adiungitur priuatio finis debitae, malum est, non propter finem, »sed propter priuationem adiunctam.« Non ergo Dei odium malum morale est, quia tendentia in finem, et obiectum est, sed quia tendentia est in obiectum habens priuationem debiti finis adiunctam. Quare quum antecederet ad hanc priuationem habeatur quidem in actu odii tendentia, sed nondum concipiatur in obiecto priuatio finis debitae, non habetur malum morale formaliter.

Quod sexto loco opponunt aequae aduersarios premit; qui esto peccatum in posituo constituant, volunt nihilominus hoc posituum, saltem de connotato, includere rectitudinis priuationem. Itaque, variis missis responsionibus, ad illud respondendum cum S. Thoma: (10) quod actus ex sua specie peccaminosus, vt actus odii Dei, etsi vt tales non sint capaces, nec eis sit debita rectitudo; quia tamen ex genere proximo actus humani eius capaces sunt, imo eis debetur;

Ob 2

id-

(9) Opusc. II. cap. 117.

(10) v. Metaphys. lect. 10.

idcirco illius carentia, etiam in illis, priuatio dicenda est. Sicut carentia visus in talpa est vera priuatio; quia licet ei ex sua specie atoma non debeat visus, tamen ei debetur secundum genus proximum animalis: et actus fidei dicitur habere priuationem euidentiae; non quia sit aptus illam habere ex sua specie atoma, sed secundum rationem genericam actus intellectualis.

Ad VII. dicatur primo: huiusmodi argumentum, si quid probari, concludere etiam de peccato omissionis: quod tamen remittitur a Sacerdote Dei ministro, et pleatur punitione, consistit nihilominus, aduersariorum sententia, in priuatio. Deinde respondendum: nequitiam peccati remitti, ut tenebrae fugantur a Sole, id est lucem sanctificantis gratiae diffundendo, non destruendo entitatem aliquam; et peccatorem puniri, non quia operatur, sed quia, aut non operatur, aut male operatur; quomodo seruus vapulat, dum iussa negligit, aut illa incommodè exequitur.

Rursum, peccatum non priuationem tantummodo importat, sed etiam animae maculam, quae est priuatio nitore ac pulchritudinis, sine qua merito a Deo repudiatur, atque contemnitur. Peccatum autem commissionis a peccato omissionis differt ratione actus; sed materialis differentia haec est, ut scholastici appellant, non formalis. Tandem, licet vna priuatio maior alia non sit in se considerata, quia nihil est; est tamen maior alia connotatiue, seu comparate ad bonum, cuius est priuatio, vel ad regulam summae acquiraris, a qua deflectit.

COROLLARIUM.

Ex his autem, quae fuse nimis, ac obscure etiam, cum Scholasticis diximus, quid peccati macula sit, permanensque in anima reatus, subinfere placet. Atque certum vndequeque est, illam maculam ipsum peccati actum non esse, quum is, ut in confesso est, praetereat, macula autem remaneat; sed et exploratum est, non esse habitum, quoniam iste repetitis actibus inducitur, culpae autem macula vno tantum. Videtur quoque non esse priuationem gratiae tantummodo, quum haec peccati poena sit, atque eadem in peccatoribus mortaliter delinquentibus. Explicatur tamen culpa per comparationem ad poenam, et ad iustitiam punientem; ideoque reatus nomine non satis culpae inquinamentum exprimitur.

Esse peccati labem priuationem decoris, nitoreque animae, supra
ex

ex S. Thoma (11) diximus; quo quidem dicto res explanata est. Placet tamen amplius eam exponere manifesta hac comparatione, quam adducit Bertijs: (12) »rectum, ait, teneo bacillum, sed flexile, cuius pulchritudo est rectissimum esse. Illud inflecto, ut a recto declinet; atque flexione ista quandam contrahit deformitatem ipsi inhaerentem, etiam dum flectentem manum retraxero. Possum illud »facile ad priorem rectitudinem flexione opposita reuocare. Si tamen semel, atque iterum detorqueam, efficitur in bacillo pronitas quaedam ad curuitatem, ut vix in rectum dirigi valeat, et si »dirigatur, iam summa facilitate denuo contorquetur. In quo exemplo laboriosum non est deprehendere quale discrimen intersit »inter flexionem manuum mearum, virgae curuitatem, et facilem »ad obliquum regressionem: flexio enim illa praeteriens actus est; »curuitas persistens in bacillo deformitas; illa denique facilis vitium actibus repetitis productum.«

»Humana itaque voluntas potest ad bonum et ad malum a libero »arbitrio inclinari. Eius honestas et decor est rectam esse, scilicet a lege »aeterna nullatenus detorqueri. Dum prauo motu liberi arbitrii aueritur a summo bono, et ad fluxa bona conuertitur, contorta redditur et »difformis. Nequit ad formam nitoremque primum reduci, nisi sancta dilectione recta iterum fiat, et auersa bonis commutabilibus, conuersa ad bonum incommutabile. Si tamen cupiditati obsequens frequenter a summa acquirate declinet fruendo vtendis, et creatis bonis amore inhaerendo, induit quandam peruersitatis procliuatatem, »ut facile in nequitiam recidat, postquam pio animi conatu iterum »recta euaserat. Motus ergo ille liberi arbitrii inclinans voluntatem »ad malum, est actus peccati; deformitas permanens in voluntate, quoadusque iterum conuertatur in summum bonum, est peccati »macula, et labes; facilitas illa magna et ad iniquitatem propensio »est peccati habitus, siue peccandi consuetudo. Hinc euenit, ut praeterente actu peccati persistat macula, et perseueret deleta macula habitus.

(10) Prim. Sec. q. LXXXVI. art. 1.

(11) Lib. XXI. cap. 6.

CAPVT V.

Num graua omnia peccata paria sint. An dentur etiam peccata natura sua venialia.

Non omnia peccata graua aequalis sunt grauitatis; sed vnum alio grauius est.

Admittenda quoque sunt peccata genere suo venialia.

Priorem catholicam veritatem docent Scripturae. Habetur enim ex his non omnia peccata aequali poena punienda esse; sed aliqua mitiori, aliqua grauiori. Legimus siquidem Gen. ix: »septulum vltio dabitur de Cain; de Lamech vero septuagies septies.« Matth. item n: Ciuitati Capharnaum dicit Christus, »terrae Sodomorum remisus erit in die iudicii, quam tibi.« Si ergo dispares erunt poenae, disparia peccata sunt: nam vt Hieronymus ait: (1) »nec ferula dignum vitium gladio vindicandum est: nec gladio dignum scelus ferula coercendum.«

Deinde, quaedam peccata grauiora aliis esse directe exprimitur Hieremiae vii. his verbis: »peius operati, quam Patres vestri.« Et Thraenorum iv: »maior effecta est iniquitas filiae populi mei peccata Sodomorum.« Et Lucae vi. increpantur, qui vident festucam in oculo fratris sui, hoc est leuius peccatum, et trabem, hoc est, maius peccatum in oculo suo non considerant. Ioannis insuper xix. Christus adserit, peccatum Iudae proditoris grauius esse peccato Pilati dicens: »qui me tradidit tibi maius peccatum habet.« Leguntur similia in Scripturis passim.

Scripturis consonant Patres. Ex his vero praestat audire Hieronymum sic contra Iouinianum argumentem: (2) »audebis ne igitur dicere, sic negasse Petrum, et ceteros Apostolos, qui fugerunt, quomodo Caipham, et Pharisaeos, et clamantem populum, crucifige, crucifige talem? Et, vt de Apostolis taceam, eiusdem ne tibi sceleris videbitur reus Annas, et Caiphias, et Iudas proditor, cuius et Pilatus, qui nolens compulsus est contra Dominum ferre sententiam? Quanto maioris meriti fuit Iudas, tanto maioris cri-

»mi-

(1) Lib. i. Dialog. adu. Pelagianos.

(2) Lib. ii.

»minis est; et quanto maioris criminis, tanto maioris et poenae. »Potentes enim potenter tormenta patientur. Sap. vi.« Eandem veritatem indicat scribens ad Celantiam: (3) et in illa verba Ezechielis, »iniquitas domus Israel et Iuda magna est nimis valde.« (4)

Accedit ratio contrarium fundamentum euertens, ex S. Thoma sumpta: (5) Stoici, vt ex verbis Tullii colligi potest, »considerabant peccatum ex parte priuationis tantum; prout scilicet est recessus a ratione: vnde simpliciter aestimantes, quod nulla priuatio susciperet magis, et minus, posuerunt omnia peccata esse »paria:« at falsum prorsus est nullam priuationem suscipere magis, et minus: esto enim priuatio simplex, et pura, quae consistit quasi in esse corrupto, sicut mors est priuatio vitae, et tenebrae sunt lucis priuatio, non suscipiant magis, et minus, quia nihil de opposito relinquunt; vnde non minus est quis primo die mortuus, quam post mortis annum; priuatio tamen non simplex, quae consistit potius in corrupti, quia retinet aliquid de habitu opposito, qualis est aegritudo, quae priuat quidem debita commensuratione humorum, sed aliquid eius relinquit, alias non remaneret animal viuum, qualis etiam est turpitudine, recipere potest magis, et minus.

»Multum enim refert, ait S. Thomas, ad aegritudinem, vel turpitudinem, vtrum plus, vel minus a debita commensuratione humorum, vel membrorum recedatur:« vnde vnus dicitur magis, vel minus aeger, magis, vel minus turpis. Vitia autem, et peccata sunt priuationes hoc secundo modo; sic enim, ait S. Thomas, in eis »priuatur debita commensuratio rationis, vt non totaliter ordo rationis tollatur:« alioquin malum, si sit integrum, destruit se ipsum: potest igitur vnus magis ab ordine rationis recedere, et sic grauius peccare; alter minus recedere, et peccare minus grauius: non ergo paria sunt omnia peccata.

Nec tamen ex his sequitur aliquid bonitatis in actu peccaminoso remanere: mens enim S. Thomae est, quod quemadmodum aegritudo, tametsi totam destruat sanitatem, nihilque eius in parte aegrotante relinquat; quia tamen relinquit vitam, quae radix sanitatis est, dicitur priuatio in fieri, seu corrupti, capax suscipiendi magis, et minus; ita peccatum, licet tollat totam bonitatem ab actu, quia tamen totaliter non destruit, sed aliquid de inclinatione ad bonum

»num

(3) Epist. modo cit. (4) In cap. 9. (5) Prim. Sec. q. lxxiii. art. 1.

num honestum relinquit, vt ipse S. Doctor docet, (6) tantumque impedimentum ponit, ne ad terminum perueniat, ideo priuatio est capax suscipiendi magis, et minus.

Secundam quoque catholicam veritatem Scripturae tradunt. Sunt enim quidam defectus quotidiani, in quos, non dissoluta Dei amicitia, iusti frequentissime prolabuntur. Hinc est, quod orant quotidie dicentes, *dimitte nobis debita nostra*: et omnium ore Iacobus Apostolus cap. iii. ait: *in multis offendimus omnes*: atque Ioannes in cap. i. prioris Epist. scribit: *si dixerimus quoniam peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, et veritas in nobis non est*. At peccata quotidiana, singulisque etiam iustis communia, quibus Dei amicitia penitus non dirumpitur, leuia sunt, et venialia: constat igitur ex sacris litteris peccata venialia dari.

Atque haec argumentatio Patrum etiam auctoritati innixa est. Etenim de quotidiana iustorum oratione ait Chrysostomus: (7) *etiamsi iustus quis sit, etiamsi miles sit iustus, et ad summum peruenerit culmen, vt liberatus sit a peccato: non tamen quit ab omni naeco esse purus: etiamsi miles iustus sit, homo est. Quis enim iactabit mundum sibi omnia esse cor? Quis gloriabitur ab omni culpa se esse immitem? Ideo iubemur in precatione dicere, dimitte nobis debita nostra*. Augustinus pariter inquit: (8) *nisi essent quaedam, sine quibus haec vita non agitur, non quotidianam medelam proponeret in oratione, quam docuit vt dicamus, dimitte nobis debita nostra*. Similia habent Cyprianus, (9) Ambrosius, (10) alique ex Patribus.

Aliud ex Scripturis sumtum argumentum hoc est: apud Matthaenum cap. v. legimus: *ego autem dico vobis; qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. Qui autem dixerit fratri suo Raeca, reus erit concilio: Qui autem dixerit Fatuae, reus erit gehennae ignis*. Et cap. vii. verba Christi profertur, scilicet: *quid autem vides festucam in oculo fratris tui, et trabem in oculo tuo non vides? Ex quorum locorum primo constat, plura dari conuictiorum genera, et vni temporale supplicium respondere, alteri sempiternum. Quod vero temporali dumtaxat supplicio punitur, ex ipsius natura per se veniale est.*

(6) Prim. Sec. quæst. lxxxv. art. 2.

et quæst. ii. de malo, art. 2.

(7) In orat. de diuine, et Lazaro.

(8) De fide, et operibus.

(9) De orat. et de elemosyna.

(10) Lib. ii. de peccat. cap. 10.

Ex altero autem Matthaici loco liquet, dari peccata, quae iustis crucis comparantur, et alia, quae trahi. Hoc ipso argumento Hieronymus vsus est, vbi ait: (11) *de his loquitur, qui quum ipsi mortali crimine teneantur obnoxii, minora peccata fratribus non concedunt, culcem liquantes, et camelum glutientes*.

Verum et hanc catholicam veritatem ratio multiplex comprobat. Prima: vera amicitia leuissimis offensionibus laeditur quidem, sed non frangitur: vitia quoque communia filiorum optimo displicent parenti, sed condonantur facillime: iustus ergo, amicus Dei, et filius, non sublicitur damnationi sempiternae, et filiorum iure exoliatur, ob leues transgressiones.

Secunda: nequit protus percipi, velle Deum tanto à se praetio redemptos perpetuis gehennae flammis addicere ob verbum otiosum, mendacium officiosum, vel simile aliquod peccatum.

Tertia: peccatum infirmitas quaedam est, de qua regius Psalmes aiebat, *sana animam meam, quia peccaui tibi*: quemadmodum ergo in morbis carnis alii leues sunt, alii vehementiores, accipites alii; sic et dantur animae aegritudines, leues aliae, aliae grauiore.

COROLLARIUM.

At, peccati lethalis a veniali differentia excessuque designatis, quam grauis sit illius praetio nequitia deducitur. Itaque, licet Theologi communiter adstruant eam finitam, peccato pro ipsa physica actione, vel pro gratiae, aliorumque donorum spiritualium priuatione accepto: tamen, vt Dei offensa est spectato, infinitam eisdem nequitiam esse dictis conformius cum Scholae nostrae Doctoribus arbitramur. Sed habemus vterius pro hac sustinenda opinione Isthac argumenta. I: peccator aufert a Deo rationem finis ultimi, eamque bono creato tribuit: quod perinde est, ac Dei locum habere viliissimam, et honorem soli Deo debitum impendere creaturis: nequit autem hac iniuria maior alia excogitari. Ita argumentatur Habertius. (12)

II: peccatum, quantum est in se, Deum interimit, vt loquitur Bernardus. (13) III: per peccatum lethale Christus in nobismetipsis crucifigitur. IV: illudque ceteris robustius: offensae qualitas dignitati personae, quae iniuria afficitur, commensuratur; honoris autem

Tom. III.

Pp

am-

(12) Comment. in locum Matth.

(13) Serm. 3.

(12) De vitis, et peccatis, cap. 6. q. 1.

amplitudo a conditione, et honestate illius, qui honorem praestats aestimatur: vt enim liquet ex communi proloquio; »honor est in honorante, offensus in persona offensa.« Sed et liquet id ipsum ex auctoritate, et opinione prudentum; qui iniuriam viro praeclaro illatam maiorem existimant ea, quae alicui ex plebe infertur; honorem vero a viro principe exhibitum illi praefertunt, quem a populari recipiunt: igitur quum mortale peccatum Dei offensa sit, cuius maiestas ac dignitas infinita est; oportet, vt peccatum ipsum induat maximae, et infinitae iniquitatis rationem.

CAPVT VI.

*Contra haec catholica dogmata pugnantes errores adducit.
Eorundem momenta infirma demonstrat.*

Peccata omnia paria in grauitate esse Stoici, Augustino teste, (1) primo dixerunt. Sic enim ad Hieronymum scribens loquitur: »hoc autem de paritate peccatorum soli Stoici ausi sunt disputare, contra omnem sensum generis humani.« Adserit id ipsum S. Thomas dicens: (2) »opinio Stoicorum fuit, quam Tullius prosequitur in paradoxis, quod omnia peccata sunt paria. Et ex hoc etiam deriuatus est quorundam haeticorum error, qui ponentes omnia peccata esse paria, dicunt etiam omnes poenas inferni esse parias.«

At inter haeticos, qui hunc Stoicorum errorem in Ecclesiam intrudere sunt conati, prior exiit Iouinianus, aduersus quem Hieronymus libros duos scripsit, laudatus propterea a S. Augustino. (3) Erupit autem Iouinianus hic circa finem seculi III. anno videlicet 382. e Monasterio Mediolanensi, fuitque variorum errorum auctor; quorum praecipuus, quod nuptias virginitati coaequabat, caelibatui detrahens. Alter eiusdem error fuit, aequalem omnino futuram in coelis remunerationem, omniumque gloriam. Tertius hinc consequens fuit, omnia peccata esse paria.

Alios praeterea disseminauit errores; videlicet, ieiunia, et a certis cibis abstinentiam nihil prodesse; eos quoque, qui plena fide in

(1) Epist. modo cxxvii. cap. 2.

(2) Prim. Sec. quaest. lxxviii. art. 2.

(3) Epist. clix.

in baptismo renati sunt, peccare non posse: demumque B. Mariam Virginem in partu non mansisse Virginem aderebar. A Siricio autem in Concilio Romae celebrato an. cccc. Iouinianus cum suis erroribus damnatus est, Patribus anathematizantibus; atque a Hieronymo, Augustino, aliisque Patribus strenuissime conuictus.

Tamen, quoniam haeresim Iouinianam, iam iam deuictam, incineratamque, in vitam denuo duxerunt recentiores haetici, Lutherus, Caluinus, Anabaptistae, eorumque asseclae, muneris nostri erat et denuo eorum errorem refutare, ac cauilla modo dispellere. Ergo Iouinianus, et haetici recentiores ex eo, his argumentis suum errorem firmare contendebant. I: Matth. xxv. duo distinguuntur genera hominum; bonorum vnum, qui sempiternam vitam ingredientur, malorum alterum, qui in ignem aeternum mittentur; nullo facto discrimine, sintne alii magis mali, alii minus.

II: omnium peccatorum in inferno vna est poena, secundum illud Isaiae xxiv: »congregabuntur in congregatione vnus fascis in lacum, et claudentur ibi in carcere.«

III: omnia peccata lethalia crimina vocantur et delicta; omnia itidem capacia sunt indulgentiae: paria igitur omnia sunt.

IV: genus aequae a suis participatur speciebus: quum ergo peccatum genus ad omnes peccati species sit, aequae ab omnibus peccatis participatur.

V: peccatum lethale mors animae est: sed mors corporis non suscipit magis, et minus; quum omnes sint aequaliter mortui: nec ergo peccatum.

VI: Isidorus scribit: (4) »quod ille tam nocens est, qui paleas furatus fuerit, quam qui aurum: qui mergum occiderit, quam qui equum.«

VII: nullum infinitum alio infinito maius est: si igitur quodlibet lethale peccatum infinitum est, nullum alio maius est. Ita in prioris erroris subsidium arguunt.

Pro secundo vero haec vrgent. Primo: Christus Matthaei v. dixit: »qui ergo soluerit vnum de mandatis istis minimis, et docuerit sic homines, minimus vocabitur in regno coelorum:« at minimum in regno coelorum esse, ac vocari, nihil est aliud, quam vbi regni coelestis aduenerit consummatio, nullum reparari, atque cum maledictis in ignem aeternum mitti, vt explicat Chrysostomus:

Pp 2

mus:

(4) Lib. viii. orig. cap. 6.

mus: (5) qui ergo minimum quoque soluit mandatum, reus erit gehennae ignis.

Secundo: in eodem Matth. Euangelio cap. xii. legitur: «dico autem vobis, quoniam omne verbum otiosum, quod loquuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die iudicii: ac otiosum verbum peccatum minimum est: ergo etiam de minimo peccato tenemur reddere rationem.

Tertio: Ioannis xiii. Christus ait Petro: «si non lauero te, non habebis partem mecum:» sed pedum lotio, ex Augustino, venialium emundationem designat: ergo.

Quarto: Iacobus Epist. cap. ii. ait: «quicumque totam legem seruauerit, offendar autem in vno, factus est omnium reus.» Ergo censendus est vniuersae legis reus, quisquis vnum, etsi minimum, peccatum patrauerit.

Quinto: de peccato indefinite dicitur in Scripturis, quod mortem inferat animae, atque affinia: igitur, si peccata, quae leuia appellamus, reuera sunt peccata, lethalia absdubio erunt.

Sexto vrgent quaedam Patrum dicta, ac sententias, quae adseritur, tribuendum Dei misericordiae, si nos crimina illa minima non obruant: in euangelio neutiquam reperiri istud venialia inter et mortifera peccata discrimen: sed omnia nobis fugienda proponi: leui quoque flagitio diuinae maiestati irrogari iniuriam: ac propterea non esse minimi faciendum.

Denum sic a ratione argumentantur: quaecumque peccatum est offensa facta Deo summe bono: est igitur quaecumque peccatum summum malum.

Practerea: quidquid boni facit homo iustus; aeternam vitam promeretur: ergo quamcumque noxam impius admittat, morti subicitur aeternae, ac perpetuo supplicio.

Rursus: est primum maximumque praecipuum Deum ex toto corde diligere: qui ergo minimum peccatum committit, primum hoc praecipuum transgreditur, ac contra illud peccat.

Postremo: nonne quisquis peccat a Deo auertitur, et ad creaturas conuertitur? Fruitur igitur ille vtendis, vltimumque finem in re creata constituit; quod est crimen maximum.

Quae tamen diluere non est operosum. Primum itaque, quod aduersus primam adsertionem opponebant, hoc pacto erit solutum:

YO-

(5) Hom. xvi. in Matth.

voluit Christus iis Matthaei verbis distinguere bonos vita aeterna donandos a malis igni aeterno addicendis; non vero distinguere magis bonos a minus bonis, aut magis malos a minus malis: hoc enim ex aliis Scripturae textibus colligitur; nempe, vnumquemque iudicandum, et mercedem recepturum secundum sua merita: legitur siquidem Matthaei xvi: «tunc reddet vnicuique secundum opera eius.» Et ad Corinth. iii: «vnusquisque autem propriam mercedem accipiet secundum suum laborem.

Ad II. dicendum: damnatorum vnam fore poenam quantum ad substantiam, et durationem; omnes enim, siue paruuli non baptizati, siue adulti, in aeternum Dei visione priuabuntur: adulti autem, vt omnium vox est, igne torquebuntur, aeternaque combustione: ac non vnam fore quantum ad quantitatem, et intentionem, si de poena sensus maxime sermo est: sed grauius igne punientur, qui grauius peccauerunt.

Nec allatus Isaiae locus obstat: nam, teste Hieronymo, (6) significatur ibi, omnes etiam Reges, ac Principes: «qui suum non seruauerunt gradum, congregabit Dominus in die iudicii, quasi in vna fascie pariter obligatos, et mittet in lacum inferni: vt in illis quoque impleatur, quod de impiis scriptum est, lacum aperuit, et effudit eum, et incidit in foueam, quam fecit.» Quod tamen haud tollit, quin ibi secundum demeritorum inaequalitatem inaequalibus poenis sint puniendi; nam neque eiusdem fascie omnia ligna aequaliter ardent, sed prout sunt disposita.

III. soluit Augustinus Nectario scribens: (7) «si propterea sunt paria, quia vtraque delicta sunt; mures, et elephantum pares erunt, quia vtraque sunt animalia; muscae, et aquilae, quia vtraque sunt volatilia.» Quod vero omnia capacia sint indulgentiae, ait S. Doctor, est propter abundantem Dei miserationem, quae de sceleris inhumanissimo, atque impio recte ac vere poenitentibus christiano iure debetur; non propter peccatorum parilitatem. «Hinc neganda est argumenti illatio.

IV. his S. Thomae verbis exponitur: (8) «omnia animalia sunt aequaliter animalia; non tamen sunt aequalia animalia, sed vnum animal est altero malus, et perfectius: et similiter non oportet, quod omnia peccata propter hoc sint paria.» Itaque genus

(6) Comment. in locum Isaiae.

(7) Epist. modo cit. cap. 4.

(8) Quaest. ii. de malo, art. 9. ad 16.

nus adeo aequaliter a suis speciebus participatur, vt omnes aequaliter rationem generis habeant; non sic tamen, vt omnes in perfectione suae speciei aequales sint, quum species sint sicut numeri.

V. quoque S. Thomas soluit scribens: (9) »mors animae est »privatio gratiae, per quam anima Deo vniebatur: privatio autem »gratiae non est essentialiter ipsa culpa, sed effectus culpae, et poe- »na; vt supra dictum est. . . . Vnde peccatum dicitur mors ani- »mae, non essentialiter, sed effectiue; essentialiter vero peccatum »est actus deformis, vel inordinatus.« Hinc scholae methodo distinguenda est probatio maior sic: est mors animae causaliter, esto; essentialiter nego.

Ad VI. responderetur: Isidorum ibi non in propria, sed in Stoicorum sententia loqui: ait enim: »omne peccatum vniforme esse »adserunt, dicentes sic: ille tam nocens erit,« cetera. Quae nam vero fuerit Isidori sententia ex sententiarum libris colligi valet, vbi scribit: (10) quod »gravius est infirmitate, quam ignorantia quem- »quam delinquere; grauiusque industria, quam infirmitate pec- »care.«

Nec difficilius sane est argumenta secundam adsertionem oppugnantia soluere. Primo enim ex Christi verbis apud Matthaeum depromptum hanc habet expositionem: »qui soluerit vnum de man- »datis istis minimis,« id est, quae minima putantur a Pharisaeis, graua sunt tamen in se, aut ob rerum circumstantias; »minimus »vocabitur in regno coelorum, concedo: qui soluerit vnum de »mandatis istis minimis,« scilicet, quae reapse minima sunt, nego. Etenim Christus perstringit eo loco hypocrisim, et fallacem Pharisaeorum iustitiam; siquidem iactabant, seruari legem non occidendo, non moechando, non iurando per terribile Dei nomen; fas tamen esse irasci, conuictari, concupiscere, et iurare per coelum, per Hierusalem, per caput suum. Haec vero, quae Pharisaei minima existimabant, graua esse, et mortifera vel vnius Augustini sententia certo constat. (11) Constat et Chrysostomi verbis. (12)

Secundum, quod opponitur, nihil prorsus concludit. Vtique de minimis culpis reddenda ratio est, debitum persoluendum; sed aliud est ad calculum vocari, aliud pro minimo debito plecti extremo supplicio. Deinde refutantur haeretici suorum commentariorum obserua-

(9) Ibidem ad secundum.

(10) Lib. II. cap. 17.

(11) Hom. xvi. in Matth.

(12) Hom. in arg. laudata.

tionibus. Clarius enim D. Basilii verba in hunc locum profert: videlicet: »verbum otiosum est, quod etiamsi bonum sit, ad aedificationem tamen fidelium non aptatur. Et huiusmodi verba in celeberrimo illo totius orbis terrae conuentu examinabuntur.« Quid scurrilibus et detrahentibus, et obscenis verbis fiet? Itaque verba Evangelii quaedam argumentatio a minori ad maius sunt, quae suademur, grauius supplicium deberi verbis maledicis blasphemisque Pharisaeorum aduersus filium hominis, quum et de verbis otiosis reddenda ratio sit. Zegeus verbum otiosum interpretatur, quod proferentem mendacio coinquinat, et ad calumniam dicitur; alioquin non cohaerent, ait, cum praecedentibus proxima verba: »ex verbis enim tuis iustificaberis, et ex verbis tuis condemna- »beris.«

Ad tertium dicendum: venialia peccata a regno excludere, sed non exilio sempiterno ac perpetuo. Augustinus autem intelligit nomine pedum lotionem indigentium »humanos affectus, sine quibus »in hac mortalitate non viuunt.« (13)

Quartum ex Iacobi loco deductum, soluit Augustinus, (14) vbi demonstrat, quod quum legis plenitudo dilectio sit, qua Deus proximusque diligitur, atque in praecipis charitatis tota lex sita sit, »merito sit reus omnium, qui contra illam facit, in qua pendet »omnia.« At quemadmodum rectus amor nunc vehemens est, nunc tepescens, nec semper charitas quaeque iustificat; ita peruersus amor quosdam quasi ardoris gradus habet, nec semper sanctificantem gratiam absument.

In quinto soluendo haud immerabimus. Vbi quum enim Scriptura affirmat, peccatum in damnationem nos trahere, sermo fit de peccato lethali, quod antonomastice peccatum appellatur; eo pacto, quo vbi charitati tribuitur vita, et Dei inhabitatio, charitas habitualis, aut saltem vehemens designatur. Ita dicitur hominem mori febre, vulnere, veneno; quamquam mortem non inferat quaecumque febris, quodcumque vulnus, venenum quodlibet.

Ad sextum respondemus: iure meritoque commonere Patres, ne peccata, etiam minima, foueamus, et aequae parui momenti esse arbitremur. Nam neglectus huiusmodi maiorem arguit erga illicita propensionem, culpamque quodammodo adauget; quae enim magis diligimus, minus insectamur; quae autem odio habemus, vituperamus,

(13) Tract. lvi. in Ioan. (14) Epist. modo clxvii.

mus, et redarguimus. Atque ipsa negligentia insuper ad lapsum irreparabilem infirmam hominum voluntatem saepe trahit. Deinde, leuitia haec, et quotidiana peccata sunt fere innumera; et licet scip-sis non perdant, tamen vt aqua paulatim subrepens nauim implet ac mergit, peccata illa parua crebro commissa grauant atque opprimunt peccatorem. Legatur Augustinus. (15) Ergo diuinae misericordiae tribuendum, si ob venialia peccata non perimus, quatenus in grauiora prolabimur.

Et his tandem Basilii, aliorumque Patrum sententiae faciles intellectu sunt: quod enim aiunt aliqui, laudatum Regularum librum (quod in medium duci solet) non esse Basilii, infirmum refugium ac inane videretur; sapit enim per omnia Basilii pietatem, ac scilum.

Ad argumentationes e ratione ductas sic responderetur: ad primam, veniale peccatum esse quidem offensam Deo illatam, sed leuissimam in re; neque charitatis lege penitus violata.

Ad secundam dicimus: minimum opus bonum iusto patrum vitam aeternam promereri, non per se quidem, sed propter charitatem habitalem, ex qua elicitur; eo ipso pacto, quo minimum peccatum ex vehementi cupiditate commissum poenam sempiternam promeretur. At differt in hoc meritum a demerito, quod illud pendet a Dei voluntate, istud vero ex ipsa operis conditione: Quum enim Deus misericors sit, coronat in miserationibus, et ultra condignum; et quum sit iustus, seruata aequalitate, et iuxta demeritum punit.

Ad tertiam respondemus: quod minimis peccatis transgreditur primum, maximumque praeeptum transgressione minima, et leuis non autem graui, et mortifera. Quemadmodum enim non semper summum bonum diligimus charitate adeo flagranti, vt nostrorum peccatorum labes abstergatur; ita non semper fluxa bona amamus tam vehementi cupiditate, vt penitus amittamus iustitiam.

Ad vltimam dicendum: quod qui venialiter peccat, finem amoris sui in re creata constituit, huiusque vere adhaeret; ita tamen, vt ab amore boni increati nequaquam diuellatur: hoc enim est peccati mortalis a veniali discrimen, quod per illud consensu, et delectatione adeo rei creatae haeremus, vt hanc summo bono proponamus; per istud vero languida quadam dilectione flectimur in bona creata, quum ab increato bono penitus recedamus.

CA.

(15) Epist. ad Seleuc. tunc cclxv.

CAPVT VII.

Quaedam resoluit, quae pro pleniori peccatorum notitia faciunt.

Horum primum esto: quomodo peccata in grauitate differant? Nam hoc multis resoluti a nostris solet. Itaque putant nonnulli, differre illa quidem per ordinem ad obiecta, alii per ordinem ad virtutes quibus opponuntur, alii denique per ordinem ad diuersas regulas legis incommutabilis. Quae posterior opinio haud pugnat cum praecedentibus: virtus enim est quidquid illius legis acquiriti, ac rationi conformatur; et in ipsa lege diuersae extant regulae, vt periculum est.

Atque duarum priorum opinionum nobis auctor S. Thomas est, cuius sunt haec argumenta. Primum: (1) peccatorum grauitas ex eo proportionaliter differre debet, ex quo vna corporis aegritudo altera grauior est; sed tanto grauior est aegritudo, quanto deordinatio est in altiori principio: vt enim S. Doctor scribit: «aegritudo, quae prouenit in corpore humano ex corde, quod est principium vitae, vel ex aliquo, quod appropinquit cordi, periculosior est:» ergo et peccatum, quod circa nobilissimum principium vitae moralis inordinate se habet, grauius erit: at obiectum actus humani, quum simul habeat rationem finis, principium actus moralis est: quanto igitur contra nobilissimum obiectum agitur, tanto et grauius est peccatum. Tamen accedat quandoque peccatum ex sua specie, et obiecto grauius, ex imperfectione; actusque indeliberatione, vel alia qualibet circumstantia esse leuius; sic detractio, et furtum in materia leui.

Secundum argumentum: (2) peccatum, quod principaliter, et directe opponitur virtuti praestantiori, aliis grauius est: nam peccatum huiusmodi opponitur quoque obiecto nobiliori, a quo virtus speciem, ac nobilitatem sumit; sed ab obiecto, a quo virtus accipit suam dignitatem, peccatum illi contrarium accipit suam grauitatem: vnde a Deo, a quo amor Dei accipit suam dignitatem, et praestantiam super actus omnium virtutum, odium Dei, quod est ei directe contrarium, grauitatem super omnia peccata accipit.

Tom. III.

Q1

quam-

(1) Prim. Sec. quaest. t. xxxiii. art. 3.

(2) Ibid. art. iv. in corp.

quam ob rem, concludit S. Thomas, non oportet, quod maximae virtuti directe contrarietur maximum peccatum, quasi maxime ab eodem distans in eodem genere.

Ut tamen peccatum ex oppositione cum virtute praestantissima grauissimum euadat, debet eidem directe opposi secundum obiectum, et actum eius primarium. Quare odium proximi, quoniam non contrariatur charitati, vt in obiectum primarium tendit, sed vt fertur in secundarium, non est peccatum grauissimum, neque grauius infidelitate, vel desperatione, quamuis charitas fide, et spe praestantior sit.

At, etiamsi peccatum inferiori virtuti sit oppositum, si tamen oppositionem quoque cum superiore virtute habeat, peccatum, quod maiori virtuti opponitur, superare poterit. Quapropter adulterium grauius peccatum est quam furtum; quoniam licet castitas, cui adulterium opponitur, sit virtus inferior iustitia, cui opponitur furtum, tamen in adulterio simul cum oppositione ad castitatem clauditur oppositio ad iustitiam.

Similiter, quamuis veniale peccatum nobiliori virtuti opponatur, haud erit grauius censendum peccato lethali, virtuti minus nobili opposito. Quia, quam S. Thomas comparat peccata inter se, docetque ea esse maiora, quae nobiliori virtuti opponuntur, loquitur, posito quod eodem modo procedant: quum autem peccatum mortale, et veniale diuerso modo procedant; etenim mortale ponit inordinationem circa finem, veniale vero solum circa media; quamuis peccatum veniale contrarietur nobiliori virtuti, non ideo erit grauius mortali.

Dubium secundum esto: Quenam sit peccatorum recta diuisio. Quod sic resoluimus: quum omne peccatum voluntarium sit, aliud est voluntarium originaliter, hoc est voluntate primi parentis, qui communem hominum naturam transgressione sua vitiauit; et hoc peccatum est originale: aliud est voluntarium actualiter, id est, propria, et expressa cuiusque hominis voluntate; et hoc appellamus peccatum actuale.

Istud autem diuidi solet aut ratione maioris, vel minoris nequitiae, aut ratione termini, vel obiecti; aut ratione impellentis causae; aut ratione affectionis, quam imprimit animo. Spectata itaque grauitate et nequitia, aliud est peccatum veniale, aliud mortale; quorum primo, vt saepe diximus, conuertitur animus ad creatu-

ras absque totali a Deo auersione, et absque eo, quod summum bonum postponatur bono mutabili; vt verbum otiosum, officiosum mendacium, aliaque his similia: altero violatur lex dilectionis, Deus contemnitur, et commutabile bonum ipsi praefertur; vt ebrietas, fornicatio, homicidium.

Ratione vero obiecti aliud est peccatum, quod homo aduersum Deum immediate committit, vt haeresis, idololatria, blasphemia; aliud, quod committit contra seipsum, vt intemperantia, et aliqua luxuriae species; aliud quod committit aduersus proximum, vt detractio, furtum, cetera.

Deinde ratione causae impellentis alia sunt peccata ignorantiae, alia infirmitatis, alia malitiae. Vel enim peccamus ob vincibilem ignorantiam, vel ob luctam concupiscentiae, cui libere succumbimus, vel ob malitiam, qua in rebus etiam turpissimis bonum aliquid aptum, et congruum apprehendimus. Quae manifesta ex se ipsis sunt.

Sunt quoque peccatorum causae facultates animae, et sensuum: vnde peccata diuidi solent in spiritualia, et carnalia; quorum illa internis potentis patrantur, vt superbia, et inuidia; haec vero sensuum illecebris, et ministerio, vt gula, et luxuria. Tandem ratione affectionis animorum aliud est peccatum habituale, ita vocatum ob maculam, et reatum animae inhaerentem; aliud est vitium, siue peccandi habitus permanens, deleta etiam illa macula.

Dubium tertium erit: Quidnam sit, et an detur peccatum philosophicum. Hoc vocatur actum humanum rectae rationi disconuenientem, absque eo quod sit legis transgressio. Deriuatum autem fuit huius peccati commentum ab illa quorundam Scholasticorum opinione, quod possit Deus inuincibiliter ignorari. Si enim quis Deum inuincibiliter ignoraret, atque sic ignorans, patretur homicidium, aut aliud crimen huiusmodi, naturae luminis repugnans, illud peccatum cum Dei ignorantia coniunctum rectae rationi aduersaretur, et non foret legis diuinae transgressio, quoniam non posset percipere peccator Deum esse, atque ipsius Dei aeternam legem, cuius participatio quaedam est lumen rationis.

Verum fictitium esse hocce peccatum ex eo praesertim demonstratur, quod Alexander VIII. an. 1690. tanquam scandalosam, temerariam, erroneam, piarumque aurium offensiuam confixit sequentem adsertionem: »peccatum philosophicum, seu morale, est

actus humanus disconueniens naturae rationali, et rectae rationis theologicum vero, et mortale, est transgressio libera diuinae legis. Philosophicum, quantumuis graue, in illo, qui Deum vel ignorat, vel de Deo actu non cogitat, est graue peccatum, sed non est offensa Dei, neque peccatum mortale dissoluens amicitiam Dei, neque aeterna poena dignum.

Deinde, peccatum illud commentitium esse declarat certa nobis et explorata sententia, scilicet, neminem esse, qui Deum ignoret inuincibiliter. Neque insuper concipi valet opus aliquod esse rectae rationi consentaneum, nisi etiam percipiatur, rationem ipsam a summa veritate, quae Deus est, non deflectere; quod si eueniat, ipsa summa veritas latere omnino non potest.

Atqui hoc peccatum hypothetice saltem posse propugnari, extiterit Theologi, qui contenderent. Alebant autem primo loco, huiusmodi peccati nomenclaturam ab ipso Praeceptore Angelico fuisse traditam, ubi ait: (3) «a Theologis consideratur peccatum praecipue secundum quod est offensa contra Deum: a Philosopho mortali secundum quod contrariatur rationi: ergo peccatum philosophicum illud est, quod si daretur, fieret contra rectam rationem cum inuincibili Dei ignorantia; proindeque et diuinae legis illud prohibentis.

Addebant: in eo, qui laboraret inuincibili Dei ignorantia, peccatum rectum ordinem peruertens, ut homicidium, vel adulterium, futurum Dei offensam: quia Deus non tantum creaturae rationalis est conditor, sed et iudex; quamuis contra illum perpetratum non agnoscat: quod sane necessarium non est, quum etiam homines inter optimo cuique peccata displiceant, non contra se modo, verum etiam contra alios commissa.

Demum opponebant: peccatum huiusmodi neque mortale foret, neque gratiam sanctificantem excluderet, neque hominem poenis aeternis subiceret: etenim S. Thomas docet: (4) quod si posset esse conuersio ad bonum commutabile sine auersione a Deo (quod sane contingeret si inuincibiliter Deus ignoraretur) quamuis esset inordinata, non esset peccatum mortale.

Sed quid roboris his argumentis insit videamus. Primum itaque eo tantum verum esset, quod dabilis foret hypothesis percipiibilis, et sese minime euertens. At hanc quis videt? Ex verbis enim S.

Tho-

(3) Prim. Sec. quaest. lxxxvii. art. 6. (4) Sec. Sec. quaest. xx. art. 5.

Thomae laudatis non nisi stultissime quis eam adstrueret. Consideratur peccatum a Philosopho, ut aduersatur rationi; a Theologo, ut est Dei offensa. Verum hoc certe est, et a S. Thoma dictum: sed quanam est consequutio inde ducta? ergo potest excogitari peccatum repugnans rectae rationi, quod non sit Dei offensa? Neque enim admittet cordatus quisquis rationem rectam, quae non sit cum participatione legis aeternae; atque cum hac participatione aeternae legis posse dari inuincibilem Dei ignorantiam.

Secundum absdubio falsum est: scilicet, quod illud peccatum esset Dei offensa. Non est enim offensa Dei, ubi non est diuinae legis transgressio; haec vero neutiquam esset, quoniam inuincibiliter lex ignoraretur. Admittere autem peccatum, quod Dei offensa non sit, nec item libera diuinae legis transgressio, temerarium, et erroneum iudicamus.

Nec verius censendum, quod tertio loco fuit obiectum; siquidem illud peccatum, dummodo esset in materia graui, mortale foret; nam dissolueret Dei amicitiam, atque poenam promeretur aeternam, ut ex damnata propositione liquet. Quod et S. Thomas adductis verbis docet. Ibi enim probat S. Doctor desperationem esse quidem maximum, grauissimumque peccatum, quoniam pugnat cum virtute theologica, cuius obiectum est Deus; proindeque importat auersionem ab ipso Deo, in qua potissima peccati ratio posita est.

Addit tamen S. Thomas, desperationem non esse peccatum adeo graue, ut est infidelitas, vel Dei odium, quia infidelitas, et odium Dei sunt contra Deum secundum quod in se est: desperatio autem secundum quod eius bonum participatur a nobis. Ergo iuxta S. Thomam sane est ad mortale peccatum, quod sit auersio a Deo, in quantum a nobis participatur: atqui peccatum philosophicum esset auersio a recta ratione, quae est legis aeternae participatio; proptereaque esset auersio a Deo, in quantum a nobis participatur: foret igitur aeterna poena dignum, atque mortiferum.

Quartum dubium sit: Num hominum aliquis sui compos ignorantia iuris naturae, inuincibilis quidem, laborare queat? An etiam ignorantia huiusmodi a peccato exeuset? Atque primum impossibile vndeque esse Augustini auctoritas docet. Scribit enim: (5) „nullus est, qui faciat iniuriam alteri, nisi qui sibi fieri nolit: etenim

(5) In Psalm. cxvii.

„nim in hoc transgreditur naturae legem, quam non sinitur igno-
rare, dum id facit, quod non vult pati.“

Deinde demonstrat idipsum ratio ex Apostolo, et Augustino ipso deprompta; videlicet: tametsi per originis peccatorum ignorantia; et difficultas in singulos Adae posteris promanarit, nihilominus etiam gentes nullis legalibus praeceptis imbutae „ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis, testimonium reddente illis conscientia ipsorum, et inter se inuicem cogitationibus accusantibus, aut etiam descendentibus,“ vt Apostolus ait ad Rom. II. : ideoque nulla est anima, quantumuis peruersa, quae tamen ratiocinari potest, in cuius conscientia non loquatur Deus; vt ex Paulli verbis infert Augustinus. (6) At illa ratiocinandi vis, intima illa Supremi Numinis ad singulorum conscientiam alloquitio, testimonium illud animi, ac propria vnusquisque cognitio, nihil sunt aliud, quam diuini luminis irradiatio, seu naturae lex: igitur hanc legem ignorare inuincibiliter non possunt, qui valent ratiocinari, ac peccandi libertate, intimaque conscientia praediti sunt.

Atque impossibilem huius legis ignorantem opinamur, quod attinet ad vniuersalia eiusdem principia, et inde proxime ductas consequtiones; cuiusmodi sunt: „quod tibi non vis, alteri non feceris: diligendus est Deus: parentes honorandi sunt,“ cetera. Non ita quoad consequtiones, quae remore ducuntur; quae videlicet, non nisi difficulter ex illis principiis deducuntur, vti sunt complura ad legitimos contractus pertinentia.

Quam quidem opinionem communis S. Thomae discipulorum sensus non docet. Sed potissimum in eam descendimus hac apertissima ratione ducti: quod conclusiones iuris naturae remotiores deducuntur ex principiis longiori, implexoque discursu, quem rudes quamplurimi, etiam ordinariis gratiae adiuuentis non desituti, nequam efformare valent; quemadmodum in multis ad vsuram, et matrimonij impedimenta spectantibus euenire solet.

E contrario alii Theologi, quos inter Genetus (7) opinantur. Argumentatur enim: Ambrosius apertis verbis affirmat: (8) „Ignorantia iuris naturalis in omnibus adultis damnabilis est.“ Augustinus: (9) „ignorantia neminem sic excusat, vt sempiterno igne non ardeat.“

S.

(6) Lib. II. Serm. Dom. in Monte. cap. 9.

(7) Tract. I. Mor. cap. 2.

(8) In C. Turbarur, dist. 1.

(9) De grat. et lib. arb. cap. 3.

S. Thomas quoque scribit: (10) „quod agitur contra legem, semper est malum, nec excusatur per hoc, quod est secundum conscientiam.“ Denique Gerson ait: (11) „concors est sententia nullam in iis, quae legis diuinae sunt, cadere ignorantiam inuincibilem.“

His accedit ratio: quia, vt ignorantia reputanda sit inuincibilis, requiritur, quod superari nequeat viribus naturae, vel gratiae: ergo quamuis darentur aliqui tali ignorantia laborantes, vt lumine naturae non possent illam dispellere, tamen nemo mortalium est, qui id nequeat superna suffultus illustratione.

Ita Theologi nobis oppositi arguunt: eorum nihilominus argumenta non videntur admodum valida. Omnia etenim laudata Patrum dicta intelligi debent de iure naturae, quantum ad vniuersalia principia, proximasque conclusiones spectato, ac quoad ignorantiam homini propria culpa, ac negligentia incidentem.

Praeterea, vt de singulis loquamur, Ambrosius hoc tantum ibi docuit, quomodo cauere debeamus proditores, ne per eos plurimi fluctent; nam, ait, „licet Petrus esset firmus suis meritis, perturbatur tamen criminibus proditoris.“ Desideratur itaque eo loco quod de ignorantia addiderunt Canonum Collectores: etsi et hi loqui videantur de iure naturae primario, et de honore dominis exhibendo.

Augustinus deinde tantum docet, eorum ignorantiam, qui non crediderunt in Christum, nequaquam ipsis infidelibus praestitutam, vt non ardeant igne sempiterno; non quia non crediderunt, id enim ipsis non imputatur ad culpam, dummodo nescire noluerint; sed quia legem naturae inscriptam cordibus suis libere transgressi sunt, mitius tamen ardebunt, quoniam fidelium peccata grauiora sunt ob fidei, et vocationis beneficium.

S. Thomas disputans, an omnia praecepta moralia ad naturalem legem pertineant, communem sententiam his verbis illustrat: (12) „quaedam enim sunt in humanis actibus adeo explicita, quod statim cum modica consideratione possunt approbari, vel reprobati per illa communia, et prima principia; quaedam vero sunt, ad quorum iudicium requiritur multa consideratio diuersarum circumstantiarum, quas considerare diligenter non est cuiuslibet, sed sapient-

(10) Quodlib. VIII. art. 13.

(11) De vita spirit. lect. 4.

(12) Prim. Sec. quaest. c. art. 1.

»pientum ; sicut considerare particulares conclusiones scientiarum
»non pertinet ad omnes, sed ad solos Philosophos : quaedam vero
»sunt, ad quae diiudicanda indiget homo adiuuari per instructio-
»nem diuinam, sicut est circa credenda.

»Sic igitur patet, quod quum moralia praecepta sint de his,
»quae pertinent ad bonos mores, haec autem sunt, quae rationi
»conueniunt ; omne autem rationis humanae iudicium a naturali
»ratione deriuatur ; necesse est, quod omnia praecepta moralia per-
»tineant ad legem naturae, sed diuersimode. Quaedam enim sunt,
»quae statim per se ratio naturalis cuiuslibet hominis diiudicat esse
»facienda, vel non facienda ; sicut *honora patrem tuum, et*
»*matrem tuam, et, non occides, non furtum facies*, et huiusmodi
»sunt absolute de lege naturae. Quaedam vero sunt, quae subti-
»liori consideratione rationis a sapientibus iudicantur esse obseruan-
»da ; et ista sic sunt de lege naturae, vt tamen indigeant discipli-
»na, qua minores a sapientioribus instruantur ; sicut illud, *coram*
»*mano capite consurge.* ceter. Haec S. Thomas. Si ergo nequeat
»rudis homo sapientum instrui disciplina, eamque requirere, et ad-
»pisci non negligat, quis ambigit eius ignoracionem inuincibilem esse
iuxta Doctorem Angelicum ?

Gerson tandem in laudato libro, post ea verba, »concors est sen-
»tentia, nullam in his, quae legis diuiniae sunt, cadere ignorantiam
»inuincibilem, »statim profert hanc suae adsertionis rationem : »quo-
»niam facienti quod in se est, Deus semper assistit, paratus illus-
»trare mentem, quantum oportebit ad salutem, et erroris euitatio-
»nem. » In illorum itaque sententia, qui propugnant, dari infideles
»omni gratiae lumine destitutos, et falsa est allata ratio, et prae-
»cedens adsertio. Quamquam certum vndequaueque sit, infideles illos
»damnari, non propter id, quod ignorant inuincibiliter, sed propter
»id, quod libera voluntate committunt, aut dignoscere negligunt :
»enim si aliqui sunt ob originale peccatum negatiuae, vt dicitur, re-
»probati, iustoque iudicio derelicti, nihil eis imputari potest ad cul-
»pam, praeter originariam noxam, nisi quod libera voluntate pa-
»trauerint.

Si tamen quis in peccatorum profundum demersus talem meri-
»tis calliginem contrahat, vt omnino ignoret quod tenetur scire, is
»laborabit ignorantia aliquo vero sensu inuincibili : quia vero eiusmodi
»ignorantia poena peccati est, non quidem originalis, sed actualis,
»nul-

nullam excusationem habebit eorum peccatorum ; quae aut com-
»mittit indifferentia iudicii, et cum optione maiorum, aut a se com-
»mittenda praeciderat.

Ex his autem quaecumque aduersantia argumenta manent solu-
»ta ; adeo vt hic eadem subnectere superuacaneum sit.

Iam vero, si ignorantia haec admittatur in aliquibus, a pecca-
»to excusare, quod secundo loco firmabamus, constat primo ex
»damnata ab Alexandro VIII. positione, quae haec est : »tametsi
»deret ignorantia inuincibilis iuris naturalis, haec in statu natu-
»rae lapsae operantem ex ipsa non excusat a peccato formali. »
»Huc quoque spectant proscripti articuli Bala negantis necessarium
»esse ad imputationem peccati, quod sit voluntarium.

Constat deinde ex Augustino, qui nedum constanter affirmat,
»nullum dari absque propria voluntate actuale peccatum, sed etiam
»hanc de ignorantia quaestionem aperte desinit, dicens : (13) »non
»tibi deputatur ad poenam quod inuitus ignoras, sed quod negli-
»gis quacere quod ignoras. »

Constat rursus demonstrando aduersarios in perscrutando Au-
»gustini mentem, alucinatos prorsus esse. Siquidem affirmantibus
»Pelagianis nullum hominem nasci obnoxium originali peccato ; hinc-
»que concupiscentiam, atque ignorantiam spectare ad naturam ins-
»truiti hominis, non vero esse poenam damnati, vt Augustinus lo-
»quitur, (14) contendit S. Doctor, et concupiscentiam, et ignoran-
»tiam malam esse, et posse dici peccatum, in quantum peccato in-
»ductae sunt, atque ad peccatum trahunt videntes libero arbitrio.
»Ceterum, inquit, neminem ob ignorantiam illam damnari, nisi
»propria negligentia tenebras sibi accessat. Qui vero haec docet, ne-
»que adfirmat ignorantiam inuincibilem esse actuale peccatum, ne-
»que opus ex ea patratum deberi ad culpam imputari. Perperam igitur
»contra firmissimam Augustini auctoritatem aduersarii obstrepunt.

Nec desunt in huius veritatis confirmationem rationes plurimae.
»Prima est : quod poena consequens originale peccatum, nisi acce-
»dat liberi arbitrii consensus, nocere nequeat ; remaneatque etiam
»in renatis, in quibus originariae labis nihil remanet. ®

»Secunda : quod nullum est actuale peccatum, nisi voluntarium
»sit. Tertia : quod si ad imputationem peccati sufficeret ignorantiam
»contrahi ob Adami culpam, peccatum esset dementia ipsa, furor,

Tom. III.

Rr

ac

(13) Lib. III. de lib. arb. cap. 19. (14) Cap. XI. de dono perseu.

ac phraenesis, quibus in poenam primi peccati complures subiecti sunt.

Quae vero contra veritatem istam haeretici homines reponunt? Atunt: definitum fuisse in Synodo Palaestina, »obliuionem, et ignorantiam subiaccere peccato.« Pergunt, vt demonstrant Augustinum hocce adsertum variis in locis expressisse: potissimum (15) vbi ait: »inexcusabilis est omnis peccator, vel vitio originis, vel additamento propriae voluntatis, sive qui nouit, sive qui ignorat.« Cuius rei proferens causam subiungit: quoniam »in iis, qui intelligere noluerunt, sine dubitatione peccatum est: in his vero, qui non potuerunt, poena peccati.« Saepissime etiam, addunt, appellantur ab Augustino peccata, quae per ignorantiam etiam inuincibilem perpetrantur. (16) Pluribus quoque S. Doctor demonstrat, omnem ignorantiam esse damnabilem. (17) Et in libris Confessionum (18) plura deslet peccata infantiae, »quae nec mos reprehendi, nec ratio sinebat.« Tandem adducunt Hieronymum, qui demonstrat (19) ex Scripturis, omnem errorem, omnemque ignorantiam, peccatum esse.

Sed ad haec non erit valde operosum respondere. Et quidem Palaestina Synodus proscribens septimum Caeslesti Capitulum; nempe, »obliuionem, et ignorantiam non subiaccere peccato.« duplex Pelagianorum paradoxon damnat: vnum, quod ignorantia non subiaccet originali peccato, sed est naturae conditio: eo quod secundum necessitatem, non secundum voluntatem eueniat: alterum, quod ignorantia, sive iuris sit, sive facti, possit quandoque perfecta iustitia appellari.

Relicti autem Synodi Palaestinae definitione duplex illud adsertum Augustinus in libro de gestis Pelagii testis est. (20) Ibi enim ad Caeslestium reuolucendum, et eius damnationem comprobendam haec verba Davidis profert: »delicta iuuentutis meae, et ignorantias meas ne memineris: et sacrificia memorat, quae pro ignorantiae peccatis in Leuitico praecipuntur. Haec vero de ignorantia iuris naturae intelligi nequeunt. Perperam itaque ad hanc ignorantiam Caeslesti Capituli damnatio detorquetur.

Quae autem Augustini mens in his, quae ex eius scriptis Ad-

(15) Epist. nunc exim. ad Sixtum.

(16) Lib. III. de lib. arb. cap. 19.

(17) Lib. III. adu. Iulian. cap. 16.

(18) Lib. I. cap. 7.

(19) Lib. I. cont. Pelagianos.

(20) Cap. XVIII. num. 42.

uersarii congerunt? In Epistola ad Sixtum affert primum verba Ioan. xv: »si non venissem, et eis loquutus non fuisset, peccatum non haberent: nunc autem excusationem non habent de peccato suo.« Ex quo subinfert, nequam ad culpam imputari infidelitatis peccatum iis, qui Christi euangelium non audierunt.

Quaestionem deinde instituit, num excusabiles sint, qui non audierunt; ac respondet, esse quidem excusabiles in eo, quod non crediderunt; ac non esse excusabiles ob alia peccata. Enim vero vel damnantur ob originale peccatum, quod iusto quidem Dei iudicio illis imputatur; ideoque non admittit de hoc peccato excusationem Deus; vel damnantur propter peccata propria, seu personalia; de quibus sane nullam excusationem habent, vel il, qui legem naturae frangunt, nec euangelium audierunt, vel il, qui audierunt, et tamen voluntate propria in infidelitate permanserunt.

Quid autem si Augustinus peccata appellat, quae per ignorantiam inuincibilem perpetrantur? Peccatum ibi dicit, quod peccato factum est, »sicut linguam dicimus non solum membrum, »quod mouemus in ore, dum loquimur, sed etiam illud, quod huius membri motum consequitur, id est, formam, tenoremque verborum,« ait ipse Augustinus. (21) Quo quidem sensu et concupiscentia dicitur peccatum, quoniam ex peccato est, et ad peccatum inclinat.

Ast contra Iulianum disputans Augustinus, (22) demonstrat concupiscentiam, et ignorantiam esse intrinsece malas, vt subinfert peccati originalis existentiam, atque diuinae gratiae necessitatem. Itaque haeretico opponenti, cur hoc malo non caret, qui baptizatur, reponit: (23) »horum malorum omnis reatus sacro fonte diluitur. Remittantur ergo in renascentibus, minuuntur in proficientibus. Ignorantia minuitur veritate magis, magisque lucentes; concupiscentia minuitur charitate magis, magisque ferente.« Quibus sane concupiscentiam, et ignorantiam malas esse Augustinus pronuntiat, sed in baptizatis virique malo non assentientibus, a peccati reatu selungit, probans gratiae necessitatem, ex quo ad lucem illae remaneant.

De sola autem vincibili ignorantia affirmat culpandam esse, apertis verbis dicens: (24) »quia id homo nescit negligentia sua,

Ss 2

»quod

(21) Lib. III. de lib. arb. cap. 19.

(22) Lib. III.

(23) Cap. XVI.

(24) De nat. et grat. cap. 17.

quod adhibita diligentia scire debuisset; dum tamen omnia potius disputet, quam ut oret, et dicat, da mihi intellectum, ut discam mandata tua.

Demum, in libro Confessionum peccata vocat Infantiae opera, quatenus reuera naturali legi, ac rationis lumini repugnant; atque originis miserimae consecrata sunt, cuius meminit David Psal. l. dicens: in iniquitatibus conceptus sum, et in peccatis concepit me mater mea. Ceterum peccata eiusmodi imputari posse ad culpam negat: adeo ut nullam illa reprehensionem, atque accusationem promeruerint, quatenus a puero absque usu rationis operante facta, licet reprehendenda quidem in se inspecta fuerint.

Hieronymum autem quam callide haereticis interpretantur! Demonstrat ille quidem aduersus Pelagianos plura peccata a nobis per ignorantiam committi, profandeque malum hoc esse nobis vitio origine instrum; quod sine Reparatoris gratia haud possit vitari. Hoc ut praestet per Scripturas discutens, praecipuis probat, dari peccata ignorantiae, ductus testimonio cap. v. Leuitici, vbi praecipitur offerendum esse arietem pro anima, quae per ignorantiam aliquid immundum tetigerit, et legis caeremonias praenarrata fuerit; cap. xxi. Exodi, vbi mulctatur ex illo, qui per ignorantiam absque voluntate, et insidiis aliquem occiderit; et i. Regum cap. xiiii. vbi Ionathas a Patre damnatur, quod paullulum mellis in summitate virgae gessauerit, etiamsi paternum mandatum, ac iuramentum nesciret. Probat idipsum ex aliis locis: inde concludens aptissime, et in vniuersum, ignorantiae malum, ut commoneat in nobis proclitatem ad vitia, atque supernorum auxiliorum necessitatem.

CAPVT VIII.

De altero hominis officio, cui virtutis nomen datur, disputat. Quid illud sit; quotuplex etiam resoluit.

Est virtus amoris ordo, quo seruato, vel Deo fruimur, vel vitmur creaturis.

Virtutes omnes, vel ad tres Theologales, vel ad quatuor Cardinales reducuntur.

Ideam virtutis prima propositione expressam exhibet Augustinus his verbis: (1) vnde mihi videtur, quod definitio breuis, et vera virtutis, ordo est amoris. Et alio loco: (2) nihil omnino esse virtutem affirmauerim, nisi summum amorem Dei. Quam, si commune necesse est, ductis ex Augustino ipso argumentis id facimus. Primum argumentum: non aliud certe virtus est, nisi recta, et contentiens ratio viuendi. Scribit enim Augustinus: (3) ipsa vere, recteque viuendi virtus a veteribus definita est: vnde ab eo, quod a Graecis virtus dicitur, nomen artis Latinos traduxisse putauerunt. At non viuatur recte, nisi ordine charitatis seruato, bono summo fruamur, bonisque vitmur commutabilibus: ergo in hoc quod est frui, et vti, amoris ordine seruato, virtutis natura sita est.

Il: auersio ab incommutabili bono ad bona commutabilia vitium est; contra vero conuersio a bonis commutabilibus ad incommutabile bonum virtus est: sed auertimur a summo bono, quotiescumque Deo vitmur ad fruendum creaturis, et a creaturis auertimur, dum iisdem vitmur ad fruendum Deo: igitur in hoc virtutem consistere nouimus. Dicit enim Augustinus: (4) proinde rationalis creatura, siue in Angelico spiritu, siue in anima humana, ita facta est, ut sibi ipsa bonum, quo beata fiat, esse non possit, sed mutabilitas eius, si conuertatur ad incommutabile bonum, fiat beata, vnde si auertamur misera est; auersio eius vitium est, conuersio eius virtus est.

Sunt

(1) Lib. xv. de Ciuit. Dei, cap. xv.

(3) Lib. iiii. de Ciuit. Dei, cap. 22.

(2) De morib. Eccl. Cath. cap. 15.

(4) Epist. cxx. ad Honorat.

Sunt his similia, quae diuersis in locis tradidit Augustinus; ex quibus Theologi hanc definitionem aptarunt: »virtus et bona qualitas mentis, quae recte viuatur, et qua nullus male vitur, quam »Deus in nobis sine nobis operatur.« Quod enim virtus sit bona qualitas mentis, desumtum est ex libris ad Iulianum: (5) quod virtute recte viuatur, et nullus ea male vitur ex libris de libero arbitrio: (6) quod virtutem Deus in nobis sine nobis operetur ex Epistolis desumtum est. (7) Item et ex Concionibus. (8)

Nec facit contra huius definitionis conuenientiam, quod aliqui interdum male virtutibus vitantur: vt quum de ipsis male sentiunt, vel superbiunt. Nam, vt S. Thomas responder: (9) »virtute potest aliquis male vti tanquam obiecto; puta quum male sentit de »virtute, quum odit eam, vel superbit de ea; non autem tanquam »principio vsus; ita scilicet, quod malus sit actus virtutis.« Prae- iuerat autem Thomae Augustinus scribens: (10) »ideo virtute ne- »mo male vitur, quia actus virtutis est bonus vsus istorum, qui- »bus etiam non bene vti possumus. Nemo autem bene vitendo ma- »le vitur.« Ex quo habetur elemosynam factam ob vanam glo- riam non habere pro principio virtutem misericordiae.

Nequa rursus facit, quod Augustinus dicat: (11) »qui fecit »te sine te, non te iustificat sine te« quod euincere videtur, vir- tutem, etiam infusam, non operari Deum in nobis sine nobis. Si- quidem, vt S. Thomas responder: (12) »virtus infusa causatur »in nobis a Deo sine nobis agentibus, non tamen sine nobis con- »sentientibus. Et sic est intelligendum quod dicitur: quam Deus »in nobis sine nobis operatur. Quae vero per nos aguntur, Deus »in nobis causat non sine nobis agentibus; ipse enim operatur in »omni voluntate, et natura.« Hinc in forma hoc pacto Augustini dictum exponendum est: sine te cooperante ad iustificationem, es- to: sine te eam agente, nego.

Quod autem virtutes omnes, vel ad quatuor Cardinales, vel ad tres Theologales redicantur, quod posteriore adseritione firma- tum est, hoc pacto demonstratur: Virtus, vel immediate fertur in finem, quo frui debemus, vel in media, quibus vitendum est.

Quod

(5) Lib. IIII. cap. 8.

(6) Lib. II. cap. 19.

(7) Epist. modo cxxxv. ad Sixt. c. 2.

(8) Concione xxv. in Psal. 118.

(9) Prim. Sec. q. lv. art. 4. ad quint.

(10) Lib. II. de lib. a. b. cap. 19.

(11) Sem. de verb. Dom. nunc 169.

(12) Laudato loco ad sextum.

Quod si virtus immediate in finem fertur, reduci debet ad vnam ex tribus Theologicalibus; si vero in media, ad vnam ex quatuor Cardinalibus. In Deum enim immediate tendimus, vel cognitione bonorum supernaturalium, vel cordis motione, ac desiderio, vel vnione amoris: quorum primum praestat fides, alterum spes, tertium charitas; quae ideo enacuatis fide, ac spe, manet in patria: vnde Paulus in 1. ad Corinth. ait: »charitas numquam excidit.«

Si vero virtus tendat in media, vel exercetur seligendo sagaciter media, quae ad finem conducunt ab iis, quae illius consequutionem impediunt, aut impedire possunt; et in hoc sita est virtus prudentiae; cuius partes sunt ex S. Thoma sollicitudo, vigilantia, memoria, intelligentia, docilitas, solertia, prouidentia, circumspectio, et cautio: vel exercetur virtus vnicauique suum tribuendo, Deo scilicet cultum, parentibus honorem, proximo quidquid ei alio titulo debetur, et id ad iustitiam pertinet; vel ad ipsius partes, nimirum religionem, poenitentiam, pietatem, humilitatem, obseruantiam, gratitudinem, vindicationem, veracitatem, amicitiam, et magnificentiam: vel exercetur virtus integrum se praebendo ei, quod amatur; atque haec est virtus temperantiae, sub qua veluti sub genere comprehenduntur abstinentia, castitas, sobrietas, pudicitia: vel denique exercetur virtus aduersa omnia patienter tolerando; in quo sita est fortitudo, vel ad fortitudinem pertinentes, magnanimitas, patientia, perseuerantia.

CAPVT IX.

Theologorum contra sententiam argumenta diluit.

Pugnans vero haec potissimum cum virtutis idea prima propositio- ne capitis superioris data. Primum: si absque amoris ordine nulla daretur vera virtus, sequeretur inde, fidem non operari nisi per charitatem, atque ab amore sciunctam, non virtutem, sed vitium esse: quod damnatum est.

II: sequeretur quoque, charitatem solam actiones reddere christianas, et inter virtutum opera connumerandas; solam charitatem Deum honorare, ac solam remunerari; quod pariter proscripsum est.

III: rursus sequeretur, non esse sine amore virtutem spei; imo nec Religionis: quod et damnatum scimus.

IV: tandem sequeretur, timorem supplicii nec virtutem constituere, nec donum Dei esse, nec peccatum cohibere, saltem in corde; quod etiam damnatum est. Igitur virtutis idea eadem est, quam Lutherani primum, deinde Baius, et Quesnellus praeformarunt.

V: opinio eiusmodi virtutis naturam constituens in recto amoris ordine, aduersatur decretis Alexandri VIII. atque cum propositionibus ab ipso confixis anno 1690. cohaeret. Enim in septima, quae est huiusmodi: «omnis humana actio deliberata est Dei dilectio, vel mundi: si Dei, charitas Patris est: si mundi, concupiscentia carnis, id est mala,» proscribitur etiam eorum opinio, qui non virtutem, sed vitium esse contendunt, quidquid ex amore, et dilectione Dei non procedit.

In nona propositione, videlicet: «reuera peccat, qui odio habet peccatum mere ob eius turpitudinem, et disconuenientiam cum natura rationali, sine villo ad Deum offensum respectu,» damnata agnoscitur eorum opinio, qui aiunt absque dilectione peccatorum detestationem nequaquam habere decorem, atque honestatem virtutis. Idem de aliis propositionibus dicendum venit. (1) Istiusmodi enim propositiones illorum prauam continent doctrinam, qui negarunt virtutem esse christianam fidem, quae per dilectionem non operatur; deficere ipsam fidem amore deficiente; neque carere vitio, quod caret amore ipso: quae omnia vel maxime huic opinioni similia sunt.

His tamen in hunc modum valet fieri satis. Primum verum illud est, si hoc tantum concludatur, dari scilicet plures virtutes, quae non sunt formaliter amor; at nulla virtus ab ordine amoris diuellitur; seu nulla virtute recte vitium nisi ordinate amando: fieri enim non potest vt sine aliquo affectu, aut credamus, aut speremus, aut timeamus: quum semper primum voluntatis motus amor sit. Quare plures virtutum supernaturalium habitus dantur absque charitate: aut nulla virtus in suos actus absque vitio penitus erumpit, nisi rectus aliquis amor voluntatem moueat, ac trahat. Sed necesse non est, vt amor huiusmodi sit habitualis iustificans; alioquin numquam peccator posset credere, aut sperare, aut saluari timore concurri. Ergo sat est si fuerit actualis aliqua boni cupiditas, sed tenens ordinem: id est, non directa ad fruendum bonis commutabilibus.

Ita-

(1) Scilicet xi. xii. et xiii.

Itaque iure meritoque omnes Quesnelli propositiones proscrip-tae sunt, quoniam adseruit: (2) «primam gratiam, quam Deus concedit peccatori, esse remissionem peccatorum.» Et etiam: (3) «amore Dei in corde peccatorum non amplius regnante, necesse esse vt in eo carnalis regnet cupiditas, omnesque eius actiones eorum» pat. «Ex quibus sequitur, nullum peccatorem virtutem exercere posse, antequam eidem peccata remittantur; quod impium, haereticum, atque blasphemum est. Atque haec doctrina quatuor prioribus obiectionibus aptari potest.

Nihilominus ad II. dicimus: non solam charitatem, sed quoque spem, timorem Domini, ceterasque virtutes facere actiones christianas, quum omnes habitus sint, ac bonae affectiones animi, propriarumque operationum principia: sed vt operationes huiusmodi veram virtutem sapiant, seu officio, ac sine rectae sint, atque mercedem promereantur, necesse est ad finem vitium tendant, et auxilium charitatis habeant; inchoatam quidem, actualem, sine qua nihil fieri posse, quod ad pietatem pertineat, veramque iustitiam, Augustini doctrina decretoria est. (4)

Ad III. respondemus, spem pariter cum merito futurae beatitudinis coniunctam sine charitate non esse, ex Augustino. (5) Verum id dictum esto sensu vero, ac catholico, quam longe à sensu Quesnelli dissito: etenim vt spei actus a virtute diuisus non sit, sat superque est si a recto voluntatis impulsu in bonum procedat: nemo quilibet sperat, quae non amat.

Ad IIII. dicendum: timorem non aliam, nisi amorem, agnoscere causam: mala enim timemus, quoniam nos ab aliquo bono diuellunt: hinc apertissime S. Thomas: (6) «timor ex amore nascitur.» Itaque vel timemus, eo quod mundo amore haereamus, aut temporali vitae, fluxisque voluptatibus: vel timemus poenam sempiternam, quoniam timorem nobis ingerit vindex Dei iustitia? Horum primus timor mundanus est, proindeque vitiosus; secundus est timor seruilis, substantia quidem bonus, quum donum Dei sit, et a malo coerceat, et amori viam sternat; ceterum nondum virtutis perfectionem habet: non quidem ipsius timoris, sed timoris defectu: vel demum timemus ob culpae horrorem; et timor hic filialis ap-

Tom. III.

Ss

pcl-

(2) Prop. xxviii.

(3) Prop. xlv.

(4) De grat. Chr. cap. 26.

(5) In Enchir. cap. 8.

(6) Secunda Sec. q. lxxviii. art. 3.

pellatur, propterea quod filiorum est timere patris offensam, estque timor rectus, castus, ac tandem virtutum loco reponendus; quandoquidem ex honesto amore, ordinataque charitate oritur.

Ad vitium respondemus ex dictis: haud negare nos alios adesse virtutum habitus a charitate distinctos; cuiusmodi sunt fides, spes, timor, cetera. Neque vitis nos accensemus peccatorum detestationem ex eorundem turpitudine excitatam, aut bonum opus mercedis aeternae intuitu per actum, aut fidem, quae a charitate disjungitur; quae omnia illarum propositionum Adsertores propugnabant: profitemur nos e contrario omnia haec virtutum habitus esse, bona etiam in se considerata; contententes insuper, formam, ac perfectionem virtutis illa habere ab amore, seu charitate; non habitu illa quidem, sed actuali, vt saepius adnotauimus.

Itaque merito damnata est ab Alexandro VIII. septima ea propositio; quoniam multa opera deliberata recte fiunt absque charitate habitu, et sine inhabitantis Spiritus Sancti gratia: plurima etiam spectato officio, et secundum operis substantiam recta sunt; neque a noxia cupiditate proficiuntur; tamen virtutis laudem ex alio quouis capite minime promerentur, eo quod recto relationis ordine destituta sint.

Proposito vero nona, non ob allatam rationem tantum scripta est, sed potissimum, quoniam peccatum philosophicum adstruere videretur, quod idem Pontifex damnat ibidem. Sed et falsa in hoc est, quod supponit peccati detestationem ob eius turpitudinem non ortum ducere ex amore honestatis; quem esse rectum, atque ad virtutem constituendam idoneum non denego, his tamen seruatis, quae de virtutis norma tradita sunt. Hinc quicumque intuitu coelestis beatitudinis operatur, amoris ordinem tenet; nam rectum sane est aeternam diligere beatitudinem.

Denique damnatae sunt aequo iure ceterae propositiones, cum doctrina Ecclesiae catholicae aperissime pugnant; vt vel ex sola earundem lectione intelligitur. Adstruant enim illae, quod etiam sine charitate remaneant habitus fidei, aliarumque virtutum, ac istarum actus ex se vitio labefactentur. Quid vero doctrina a nobis iamiam exposita? Contrarium explicare firmat, testaturque.

LIBER VIII.

Qui de theologis virtutibus ex instituto pertractat.

CAPVT I.

Quid Fides sit; cuius insuper necessitatis ad salutem, resoluit.

Fides est sperandarum substantiarum rerum, argumentum non apparentium.

Necessaria fuit semper fides Mediatoris ad salutem: explicita quidem Incarnationis, et Trinitatis in lege noua; non ita in veteri.

Definitionem fidei prima adsertione firmatam tradit Paulus ad Hebraeos scribens cap. xi. At Erasmus putat non definiti verbis illis fidem, sed laudari. Et ex Theologiae Tractoribus sunt qui dicant, definitionem istam esse descriptiuam, minus etiam accuratam esse; vt Iuenius, (1) et L' Herminier. (2) Ac id probat auctor iste ex eo, quod Apostolus non explicat ibi fidei naturam per genus, et differentiam; quod fides non se extendat ad res sperandas tantum; nam fide credimus etiam infernum, quem timemus; quod fides non modo versatur circa ineuentia, sed et circa res euidentes; cuiusmodi sunt Dei existentia, et animorum immortalitas. Hinc existimant hi Theologi accuratius ab eisdem definiti fidem sic: "fides est virtus diuinitus infusa, per quam intellectus firmiter assentitur his, quae a Deo reuelata sunt, propter ipsius reuelantis auctoritatem."

Verum quis istiusmodi sine stomacho audiet? Non tradidit Paulus definitionem suam ad Dialecticis regulas verbo exactam; sed quod ad sensum attinet, longe Paullina definitio accuratior, ac sublimior videtur, ac sit illa scholasticorum. Quid si ab illo fides

Ss 2

subs.

(1) Tom. vi.

(2) Tom. viii.

pellatur, propterea quod filiorum est timere patris offensam, estque timor rectus, castus, ac tandem virtutum loco reponendus; quandoquidem ex honesto amore, ordinataque charitate oritur.

Ad vitium respondemus ex dictis: haud negare nos alios adesse virtutum habitus a charitate distinctos; cuiusmodi sunt fides, spes, timor, cetera. Neque vitis nos accensemus peccatorum detestationem ex eorundem turpitudine excitatam, aut bonum opus mercedis aeternae intuitu per actum, aut fidem, quae a charitate disjungitur; quae omnia illarum propositionum Adsertores propugnabant: profitemur nos e contrario omnia haec virtutum habitus esse, bona etiam in se considerata; contententes insuper, formam, ac perfectionem virtutis illa habere ab amore, seu charitate; non habitu illa quidem, sed actuali, vt saepius adnotauimus.

Itaque merito damnata est ab Alexandro VIII. septima ea propositio; quoniam multa opera deliberata recte fiunt absque charitate habitu, et sine inhabitantis Spiritus Sancti gratia: plurima etiam spectato officio, et secundum operis substantiam recta sunt; neque a noxia cupiditate proficiscuntur; tamen virtutis laudem ex alio quouis capite minime promerentur, eo quod recto relationis ordine destituta sint.

Proposito vero nona, non ob allatam rationem tantum proscripta est, sed potissimum, quoniam peccatum philosophicum adstruere videtur, quod idem Pontifex damnat ibidem. Sed et falsa in hoc est, quod supponit peccati detestationem ob eius turpitudinem non ortum ducere ex amore honestatis; quem esse rectum, atque ad virtutem constituendam idoneum non denego, his tamen seruatis, quae de virtutis norma tradita sunt. Hinc quicumque intuitu coelestis beatitudinis operatur, amoris ordinem tenet; nam rectum sane est aeternam diligere beatitudinem.

Denique damnatae sunt aequo iure ceterae propositiones, cum doctrina Ecclesiae catholicae aperissime pugnant; vt vel ex sola earundem lectione intelligitur. Adstruant enim illae, quod etiam sine charitate remaneant habitus fidei, aliarumque virtutum, ac istarum actus ex se vitio labefactentur. Quid vero doctrina a nobis iamiam exposita? Contrarium explicite firmat, testaturque.

LIBER VIII.

Qui de theologicis virtutibus ex instituto pertractat.

CAPVT I.

Quid Fides sit; cuius insuper necessitatis ad salutem, resoluit.

Fides est sperandarum substantia rerum, argumentum non apparentium.

Necessaria fuit semper fides Mediatoris ad salutem: explicita quidem Incarnationis, et Trinitatis in lege noua; non ita in veteri.

Definitionem fidei prima adsertione firmatam tradit Paullus ad Hebraeos scribens cap. xi. At Erasmus putat non definiti verbis illis fidem, sed laudari. Et ex Theologiae Tractoribus sunt qui dicant, definitionem istam esse descriptiuam, minus etiam accuratam esse; vt Iuenius, (1) et L' Herminier. (2) Ac id probat auctor iste ex eo, quod Apostolus non explicat ibi fidei naturam per genus, et differentiam; quod fides non se extendat ad res sperandas tantum; nam fide credimus etiam infernum, quem timemus; quod fides non modo versatur circa ineuentia, sed et circa res euidentes; cuiusmodi sunt Dei existentia, et animorum immortalitas. Hinc existimant hi Theologi accuratius ab eisdem definiti fidem sic: «fides est virtus diuinitus infusa, per quam intellectus firmiter assentitur his, quae a Deo reuelata sunt, propter ipsius reuelantis auctoritatem.»

Verum quis istiusmodi sine stomacho audiet? Non tradidit Paulus definitionem suam ad Dialecticis regulas verbo exactam; sed quod ad sensum attinet, longe Paullina definitio accuratior, ac sublimior videtur, ac sit illa scholasticorum. Quid si ab illo fides

Ss 2

subs.

(1) Tom. vi.

(2) Tom. viii.

substantia dicitur? Est triplici, eoque veru sensu. Nam virtus haec firmam adeo sperandarum rerum gignit persuasionem, vt iis tam firmiter assentiamur, ac si reuera iam subsisterent, ac oculis nostris obuersarentur praesentia. Praeterea et substantia dicitur, quoniam spei nostrae basis est, et fundamentum. Demum et dicitur substantia, quoniam beatitudinis inchoatio est, et quemadmodum substantia est in rebus qualitarum omnium substratum, sic et fides est prima virtus infusa, cui aliae superadduntur.

Primam interpretationem tradunt Chrysostomus, Theodoretus, Theophilactus, alii inueniunt Estius, et Hieronymus. Iuxta secundam expositionem communiter traditam intelligimus fidei virtutem, quae salutis initium est, non esse fiduciam illam, quae est actus spei, atque fidem praeeistentem supponit. Tertiam intelligentiam apud Lyranum legere est.

Nomine autem rerum sperandarum, quo Paulus vtitur, fidei obiectum intelligitur, Deus primum, in quem tendimus, gloriam, resurrectionem; et ne quis putet haec tantum esse credenda, addit Apostolus, argumentum non apparentium: hoc est, non solum indicium, sed etiam firma persuasio, et assensus firmissimus; ita vt sensus sit, quod sicut in dialecticis est elenchus, seu ratio explorandi argumenta, vnde scientiae firmitudo pendet, ita in credendis fides est illa, per quam habetur certa probatio eorum, quae non apparent, nec mouent sensum.

Habemus igitur quid reponamus scholae Doctoribus praefaram definitionem notandis. Primo quidem, substantiae, seu hypostasis vocem in ea appositam, metonymice esse accipiendam; atque ita non tantum significare christianae spei fundamentum, et basin, sed insuper virtutem, ac supernaturalem qualitatem, quae causa est firmissimae illius persuasionis, qua reuelata mysteria nostro intellectui firmissime inhaerent. Substantia enim metonymice idem est ac virtus, seu causa faciens subsistere in intellectu.

Secundo dicimus: addidisse Paulum argumentum non apparentium, vt demonstraret pertinere ad fidem plura, quae non apparent, ea item omnia, quae non apparent, et reuelata sunt.

Ad tertium respondemus: animorum immortalitatem, Deique existentiam, sicut et alia his similia, et nobis euidentia, ad fidem pertinere, quatenus ob solam Dei reuelationem creduntur, ab iis etiam, qui demonstrationis vim non percipiunt: non vero quate-

nus

nus a nobis certo argumentorum genere comprobantur. Itaque retinenda, ac ceteris quibuscumque praeferenda Paullina fidei definitio est.

Altera propositio illud principio supponit, quod extra omnem dubitationem est; scilicet, necessariam esse internam fidem in adultis, vt aeternam beatitudinem consequantur. Scribit enim Apostolus ad Rom. x. »corde enim creditur ad iustitiam;« et ad Hebr. xi. »sine fide autem impossibile est placere Deo.« Atque hanc fidem necessariam esse ad iustificationem Tridentina Synodus definiit: (3) cuius definitio nequit de fide exterius tantum expressa intelligi; nam fidem dicit, qua libere, animoque mouemur in Deum, credentes quae diuinitus reuelata, et promissa sunt.

Supponit insuper necessariam fidem etiam externam ei, qui in Ecclesiae gremio nutritur, ac sensuum integritate pollet: nam si mysteria hic negligat, neque donatur gratia, neque gloria donatur ob voluntarium negligentiae crimen. Quia, huius iure praescribitur Ecclesiastico, vt memoriter teneat Symbolum, Decalogum, et Orationem Dominicam. Vnde Augustinus: (4) »nescio, inquit, qua fronte se christianum dicat, qui paucos versus in Symbolo, vel oratione Dominica parare dissimulat.« Itaque in vniuersum haec propositio statuit necessitatem fidei ad salutem, vt qui ea careat, aeternam salutem non assequatur.

Iam veto in hoc nouae legis statu necessariam ad salutem esse fidem explicitam Dominicae Incarnationis, ac Trinitatis, probatur primo ex Scripturis. Legimus enim Marci xvi. »euntes in mundum vniuersum, praedicare Euangelium omni creaturae: qui crediderit, et baptizatus fuerit, saluus erit: qui vero non crediderit, condemnabitur.« Euangelium autem fidem explicitam Incarnationis, ac Trinitatis insinuat; eamque fidem Matth. vltimo profiteri debemus in baptismo suscipiendo, sine quo regnum Dei non obtinetur Dominus ipse adfirmat Ioan. iii.

Probat secundum ex Augustino scribente: (5) »postea vero quam magnum pietatis sacramentum manifestatum est in carne, et vocandis omnibus gentibus Christi aduentus illuxit, in quem vet illi Patres crediderant, sed huius fidei aliam suo tempore manifestandam, in illius arboris, de qua Apostolus loquitur, tamquam

(3) Sess. vi. cap. 4. et 8.

(4) Serm. nunc ii.

(5) Epit. nunc clvii.

quam radice seruabant, « ceter. Deinde: (6) »puto autem fidem Christi, quae postea in reuelationem venit, in occulto fuisse temporibus Patrum nostrorum, per quam tamen etiam ipsi Dei gratia liberati sunt. « Augustino subscribit S. Thomas, dicens: (7) »in secundo autem statu post peccatum ante aduentum Christi quidam habebant fidem explicitam de Redemptore, quibus reuelatio facta erat, qui maiores dicebantur. Quidam autem, ut minores, fidem implicitam habebant in fide maiorum: unde et eis sacramentum Redemptoris sub signis sacrificiorum proponebatur. »In tertio autem statu, post aduentum Christi, quia iam Mysterium Redemptionis impletum est, et corporaliter, et visibiliter, et praedicatum, omnes tenentur ad explicitam credendum. Et si aliquis instructorem non haberet, Deus ei reuelaret, nisi ex sua culpa remaneret. «

Ex quibus hoc eruitur argumentum: si fides explicita Christi necessaria non esset, et quidem necessitate quam vocant medii, ad salutem, ille qui non haberet instructorem, vtpote inuincibiliter Christum ignorans, posset sine fide in illum saluari: non igitur oporteret, quod Deus eum per semetipsum instrueret. Ergo quum sentiat S. Thomas, Deum talem instructorem missurum, nequit ille homo sine fide eiusmodi saluari. Quare S. Augustinus loquens de Cornelio, ait: (8) »si posset sine fide Christi esse saluus, non ad eum aedificandum mitteretur architectus Apostolus Petrus.

Huic argumentationi ex his, quae sequuntur, robur accedit. Prima: si promulgato euangelio non esset necessaria fides Christi explicita omnibus adultis ad salutem, frustra Apostoli tot tantisque labores mundum vniuersum circumeundo suscepissent, ut euangelium praedicarent, nomenque Christi promulgarent. Sic quia in lege veteri sat erat implicita Mediatoris fides pro iustificatione, Patriarchae, ac Prophetae, quibus vtrumque Mysterium fuerat reuelatum, non curarunt explicitam proponere populo, et haec Mysteria eidem exponere.

Secunda: quia nullus in lege gratiae saluari potest sine Baptismo, aut in re, aut in voto suscepto: sed Baptismus est professio explicita Christi, et Trinitatis, et votum Baptismi fidem Christi implicitam includit: ergo necessaria haec ad salutem est. Hinc Bernar-

(6) Epist. clxxvii.

(7) In III. Sent. dist. xxv. q. 2. art. 2. q. 2.

(8) Lib. de praedest. Ss. cap. 7.

nardus ait: (9) »fidem euangelii solam interdum sufficere ad salutem, et sine ipsa sufficere nihil. «

Postrema: peccati enim rationi opinio contraria innuitur? Huic scilicet, sine fide explicita Christi posse etiam in lege gratiae homines iustificari, et saluari; quoniam fides explicita Christi ex ipsius natura non requiritur ad iustificationem, et salutem; quum in lege veteri sine illa cum sola fide implicita iustificarentur, et saluantur.

At quam inefficax haec ratio non est? Neque enim Baptismus, siue in re, siue in voto, ex sui natura requiritur ad iustificationem, et salutem, quum in lege veteri sine illo iustificarentur, et saluantur; et tamen sine Baptismo, siue in re, siue in voto, nemo in lege gratiae potest iustificari, et saluari. Ergo quum eadem ipsa lege, et mandato iusserit Christus euangelium, et fidem suam praedicari, dicens Marci xxi. »praedicate euangelium omni creaturae: qui crediderit, et baptizatus fuerit, saluus erit: qui vero non crediderit, condemnabitur. « euincitur inde, sine explicita fide Christi neminem posse salutem adipisci: nequid enim est in euangelio nisi explicita Christi fides?

Verum, quam falso insuper haec ratio supponit non esse in hoc nouae legis statu necessariam Christi explicitam fidem ad iustificationem? Clamat Apostolus ad Galatas scribens cap. ii. »scientes autem quod non iustificatur homo ex operibus legis, nisi per fidem Iesu Christi; et nos in Christo Iesu credimus, ut iustificemur ex fide Christi. « Clamat Synodus Tridentina dicens: (10) »disponuntur autem ad ipsam iustitiam, dum excitati diuina gratia, et adiuti, fidem ex auditu concipientes, libere mouentur in Deum, credentes vera esse, quae diuinitus reuelata, ac promissa sunt, atque illud in primis, a Deo iustificati impium per gratiam eius, per redemptionem, quae est in Christo Iesu. «

Clamat Augustinus, vbi scribit: (11) »itaque sine ista fide, hoc est, sine fide vnius Mediatoris Dei, et hominum, hominis Christi Iesu, sine fide inquam Resurrectionis eius, quam Deus hominibus definiuit, quae vtiq; sine Incarnatione eius, et morte non potest veraciter credi: sine fide ergo Incarnationis, et mortis, et Resurrectionis Christi, nec antiquos iustos, ut iusti essent,

» a

(9) Tract. de Bapt. cap. 2.

(10) Sess. vii. cap. 6.

(11) De peccat. orig. cap. 14.

na peccatis potuisse mundari, et Dei gratia iustificari veritas christiana non dubitat. « Quid clarius dici poterat? »

De cetero necessariam quoque hanc fidem fuisse in veteri lege, etsi non explicitam, multipliciter in secundae eiusdem adsertionis partis probationem demonstratur. Primo enim, Paulus ad Galatas scribit cap. iii. « quoniam autem in lege nemo iustificatur apud Deum, manifestum est, quia iustus ex fide vivit. » Et ad Hebr. xi. « in hac enim testimonium consequuti sunt senes. » Profecro, Apostolum loqui etiam de fide Mediatoris liquet ex cap. iii. epistolae ad Romanos, ubi ait: « iustitia Dei per fidem Iesu Christi in omnes, et super omnes, qui credunt in eum: non enim est distinctio. » eest. Et paulo infra: « vnus est Deus qui iustificat circumcisionem ex fide, et praecipuum per fidem. »

Secundo: Augustinus haec habet: (12) « etiam antiquos iustos habuisse ipsum spiritum fidei, hoc est incarnationis Christi. » Et: (13) « ipsum antiqui Sancti Venturum in reuelatione spiritus cognouerunt, et prophetauerunt, et sic salui facti sunt credendo quia veniet, sicut nos salui efficiuntur credendo quia venit. »

Tertio: ratio id ipsum suadet: nam fides est vna, et vnum spiritum ingenerat, eandem salutem affert, et ab exordio generis humani vna semper, et invariata fuit, vt ipse Augustinus commonstrat. (14) Fuit igitur et omni tempore necessaria.

Verum, non fuisse necessariam fidem explicitam diuinitatis Christi primo docet Paulus, scribens ad Hebraeos cap. x. legem habuisse vnam futurorum bonorum. « Docet secundo Augustinus, ubi ait: (15) « erat tamen antiquis iustis aliquod occultum, quum tamen et illi eadem fide salui fierent, quae fuerat suo tempore reuelanda. » Docet tandem discrimen inter vtrumque testamentum in quorum primo mysteria, quae nunc sunt reuelata, inuolueris regebantur legalium.

COROLLARIA.

Ex his autem, quae in priore propositione diximus, colligitur apertissimae assensum fidei firmissimum esse: per quod ab opinione, quae animi haesitationem non excludit penitus, secernitur. Quod si quis insuper ex nobis quaerat, num assensus huiusmodi liber sit, an

(12) Epist. cxi. ad H. lat.

(13) De catechiz. rudibus 28.

(14) In Pal. 2. aliis etiam in locis.

(15) Epist. cxxxvii. ad David.

an supernaturalis, an discursiuus; (nam ista quaereret quibusdam in delictis est) hoc habemus responsum: aliam scilicet esse euidetiam diuini testimonii, diuinae etiam reuelationis, aliam obiecti, et rei reuelatae. Euidens nobis est, Deum nec falli, nec falleres institutum ab ipso Ecclesiam, hancque eius spiritu duci; certissimum proinde quidquid ea credendum nobis proponit, vt Trinitatem, Incarnationem, Eucharistiam. At haec obscura sunt, et tenebris inuoluta, velut quae sensum nostrum subterfugiant, et rationem nostram longe excedant, neque ad ea inuestiganda pertinere aliquo modo possumus.

Hinc assensus fidei nostrae liber vel maxime est, quoniam licet Dei reuelantis auctoritas certa sit et explorata, tamen obiectum non est euidens, sed imperium, atque valde obscurum. Est quoque assensus nostrae fidei supernaturalis, quum ratione reuelationis, nam nullo rationis lumine fidei mysteria, Deo non reuelante, apprehendi possunt; tum ratione firmissimae certitudinis, quia haec nulli rationis momento innititur, sed praedicationi Apostolorum, miraculorum virtuti, et Spiritus Sancti subministrati; tum denique ratione pie morionis, quoniam voluntas nostra trahi ad humanae assensum debet, repugnantibus rerum sensibilibus imaginibus, aliis etiam contradicentibus.

Est denum assensus noster suo modo discursiuus: nam mens ad credendum inflectitur ob euidetiam diuinam reuelationem; et ex principio noto veritatem infert, quae ex naturalium scientiarum principis duci nequitiam valet.

Colligitur praeterea; obiectum fidei, quod materiale vocant, esse veritatem omnem a Deo reuelatam, siue ad credendum propositam: haec si sensum, humanamque rationem excedat, atque ineuidens sit, fidei obiectum est necessario, vt dicitur, et per se: cui scilicet certum, ac constantem assensum haud praebemus, nisi reuelatum esset; cuiusmodi est Trinitatis Mysterium: si autem sit aliunde euidens, fidei obiectum per accidens tantum est, ac quatenus ei assensus praestatur ob Dei reuelantis auctoritatem; quum tamen illud per naturalem quoque rationem comparetur; cuiusmodi Dei existentia est. Hinc liquet quam molesta, ac inuoluita quaestio ea sit, an videlicet, fides valeat cum euidetiam obiecti consistere: quam otiosi scholastici in infinitum protrahunt.

Quodnam autem sit obiectum formale fidei Theologi non vna Tom. III. Tt tri-

nimīter resoluunt, quibusdam affirmantibus esse summam Dei veracitatem, aliis diuinam reuelationem. Momenta quibus vtriusque opinionis adsertores mouentur, notissima sunt. Hinc placet nobis, tot metaphysicis partitionibus omissis, prima sententia; nam diuinam reuelationem potius vt medium agnoscimus, per quod nobis credenda proponuntur, vt lumen medium est ad visionem corporum coloratorum. Quod innere videtur Apostolus ad Romanos scribens cap. x. v. 17. : »fides ex auditu, auditus autem per verbum Christi.«

Hic vero, quandoquidem de fidei obiecto quaestio mota est, vtiliter nimis cum clarissimis Theologis discutiendum, an credibilia obiecta temporis successu creuerint: in quo dissidentes mutuo Theologos inuenimus. Ex vna parte stant Magister, S. Thomas, Scotus, et alii, adserentes, etiam ab ipso mundi exordio vnā, eandemque fuisse fidem quoad substantiam credibilium.

Ex altera Theologi Recentiores tenent vsque ad Apostolos. Spiritusque Sancti aduentum semper per nouas reuelationes obiecta fidei creuisse; post illud vero tempus eandem fidem perpetuo mansisse. Existimo vtramque sententiam veram suo sensu esse. Si enim obiecta fidei secundum substantiam accepta intelligantur praecipua Mysteria, aut explicite, aut implicite credenda, eadem semper fuerunt: enim vna fides est, sine qua impossibile est placere Deo; omnesque antiqui foederis Patres eundem cum nobis fidei spiritum habuere, vt Apostolus ait: ideoque, vt loquitur Augustinus, (16) »tempora variata sunt, non fides.« Quod si fidei obiecta explicite accipiuntur, haud dubium quod semper creuerint vsque ad Euangelii promulgationem. Plura enim in lege naturae Abrahamo, aliisque Patribus reuelata sunt; plura per Moysen, et Prophetas patuerunt; plura sub Christo Domino patefacta sunt ac completa: nec tamen credendorum substantia immutata est.

Quidni autem ab aetate Christi Domini, et Apostolorum? Adeo manifeste expressa, et reuelata omnia fidei mysteria sunt, vt non nisi accidentaliter mutatio euenire potuerit, aut rerum particularium euentu, aut singularium propositionum definitione, eadem semper veritate perseverante, in qua omnia religionis capita, et vniuersalia omnium dogmatum fundamenta inuariata consistunt. Ergo quidquid temporis decursu ab Ecclesia statutum est, Apostolica Traditione, diuinisque Scripturis praecontinebatur.

CA-

CAPVT II.

Quaestionem de fidei resolutione, ac analysi, ad quam haeretici nos inuitos prouocant, resoluit, ac firmat.

Fidei nostrae resolutio nec in humanum ratiocinium, nec in priuatum spiritum fit.

Sed neque iudicium de fidei quaestionibus ex solis Scripturis repeti valet; viui iudicis auctoritate sublatā.

Prioris propositionis primam partem testantur apertissime Scripturae, Matth. enim xi. ait Christus: »confiteor tibi, Pater, Domine coeli, et terrae, quia abscondisti haec a sapientibus, et prudentibus, et reuelasti ea paruulis.« Et cap. xvi. : »beatus es Simon Bariona, quia caro, et sanguis non reuelauit tibi, sed Pater meus, qui in coelis est.« Deinde Paulus in priori ad Corinth. ii. scribit: »et sermo meus, et praedicatio mea, non in persuasibilibus humanae sapientiae verbis, sed in ostensione spiritus, et virtutis; vt fides vestra non sit in sapientia hominum, sed in virtute Dei.« Sunt et alia Scripturarum testimonia his affinia.

Ex quibus istud conficitur argumentum: si fides nostra in ratiocinium humanum tandem resolueretur, ita vt humana ratio norma foret ad quam fides exigenda esset, mysteria fidei non essent abscondita sapientibus; imo ad ea percipienda magis idonei essent viri docti, quam mansueti, ac humiles. Nec opus esset ad credendum diuina reuelatione, sed sufficerent hominum ratiocinia, et philosophorum argumentationes. Neque confirmanda apostolica praedicatio esset signis in Christi nomine patris, sed tantum eruditione, qua vritur hominum sapientia. Neque inseretur fidei donum virtute Dei, et munere Spiritus Sancti, sed humana institutione, et naturali intelligentia; ac secundum Christi Domini, et Pauli testimoniū omnia haec in fidei negotio eueniunt: non ergo in humanum ratiocinium fidei resolutio fit.

Tr 2

Idem

Idem docuerunt Patres. Basilus enim, (1) appellat fidem »as-
sensum nulla praeuia inquisitione intentum.« Augustinus haec ha-
bet: (2) »fides . . . debet praecedere intellectum, vt sit intellec-
tus fidei praemium. Propheta enim apertissime dixit Isaia vii. v. 9.
»nisi credideritis, non intelligeris.« Item scribit: (3) »credimus vt
»agnoscamus; non cognoscimus, vt credamus: quid enim est fi-
des, nisi credere quod non vides?« Athanasius quoque dicit: (4)
»non enim de re euidenti concepta, fides dici poterit.« Et Am-
brosius: (5) »rationem praeuentat fides.« Tandem Gregorius Mag-
nus: (6) »fide, inquit, velut fama Deum cognoscimus.« Et: (7)
»nec fides habet meritum, cui humana ratio praebet experimen-
»tum.«

Suffragatur Scripturae, ac Patrum testimonis multiplex ratio.
Prima: fides, Apostolo commendante, est confictio, seu argumen-
tum rerum non apparentium; sed quae ratione percipiuntur, non
solum apparent, sed etiam scientiam generant: non ergo in huma-
nam rationem fides nostra resolunda est.

II: Si non essent credenda ea, quorum rationem reddere non
possumus; habenda essent tanquam falsa ea, quorum causam non
valemus ostendere; vt de plurimis naturae mirabilibus, quae com-
memorat Augustinus, (8) infideles negantes poenarum aeternitatem,
quod rationem id superet, his verbis perstringens: »hi tamen fidei
»reprehensores, exactoresque rationis, quid ad ista respondent, de
»quibus ratio reddi ab homine non potest, et tamen sunt, et ipsi
»rationi naturae videntur esse contraria?«

III: Si ad fidem necessaria esset disquisitio rerum, quae propo-
nuntur, et ad trutinam rationis omnia reuocanda forent, neque cer-
tae, et exploratae auctoritati esset obsequenter acquiescendum: Im-
merito laudaretur Abraham, qui diuinis promissis de futura semi-
nis sui propagatione emortuo iam corpore contra spem in spem cre-
didit: immerito etiam Sancissima Dei Genitrix, quae Angelo nunti-
antem ratione fidem praeueniens, humilem praebuit assensum: Im-
merito Apostoli, qui ad vnus vocis imperium sequuti sunt Domi-
num; immerito denique Patres omnes, qui ad haec vsque tempo-
ra sola auctoritate ineffabili Trinitatis mysterium contra haereticos pro-

(1) Hom. in Psal. cxv.

(2) In Serm. de verb. Dom. nunc. 115.

(3) Tract. xi. in Ioan.

(4) Lib. de salut. Aduentu.

(5) Lib. 1. de Abrah. cap. 3.

(6) In lib. 1. Reg. cap. 4.

(7) Hom. xxvi. in Euang.

(8) Lib. xxi. de Ciuit. Dei, cap. 5.

propugnauerunt. Commendanda potius esset Sara, quae ait dubitans
»Num vere paritura sum anus?« Commendandus Zacharias, qui
fidem ratione tentauit, commendandi discipuli ob duritiam cordis,
Christi resurrectionem credere nolentes. »Ast haec quis adserere au-
deat? Hoc argumento vsus est Bernardus contra Petrum Abaelar-
dum; et Paulus ipse in cap. xi. ad Hebraeos, vbi fidem ex acis
Patrum antiquorum laudat.

IV: Si fidei capita ratione expendantur, aut occurrent menti
argumenta probabilia, aut demonstrationes certae: si primum, opi-
nionem gignent, non fidem corroborabunt; neque habebimus fir-
miorem propheticum sermonem, sed circumferemur omni vento
doctrinae. Si autem secundum, nullum erit fidei meritum, neque
christiana Religio sublimior erit Graecorum philosophia: igitur hu-
manum ratiocinium nullius vtilitatis esse potest in fidei analysi. In-
uicissimae sane contra haereticos argumentationes istae sunt.

Hinc tamen haud subinferendum fidem adeo inimicam ratio-
nis esse, vt ea, quae proponit, ratione quoque examinari non si-
nat. Hoc tantum fides exoptulat, quod naturae ratio fidem sequa-
tur, nequaquam praecedat: quod non moueat ad credendum, non
imperet fidem, sed eidem tanquam ancilla deseruiat. Quum enim
fides, esto supra rationem sit, rationi tamen non contrarietur, quia
verum vero non contrariatur; quamuis ea, quae dicat, non ratio-
ne, sed auctoritate dicentis credenda sint; tamen patitur, vt os-
tendamus, eadem rationi naturali non repugnare.

Iraque prius credendum vnice ob auctoritatem Dei dicentis,
quae sola ad assensum moueat; dein, si placet, ostendatur, ea,
quae credit, rationi naturali non repugnare. Ita Augustinus hortat-
ur, (9) vt qui quaestiones contra fidem proponit, prius sit chris-
tianus, et credat.

Secundam eiusdem propositionis partem, videlicet, fidei nos-
trae resolutionem non fieri in spiritum discretionis, qui cuilibet pri-
uato fideli adsit, haec argumenta euincunt. Primum: »Vndenam ha-
bent aduersarii, dicant amabimus, promissum a Deo Spiritum Sanc-
tum cuique fideli, etiam mulieri idiotae, vt ei specialiter adsistat,
ne in iis, quae fidei sunt, discernendis erret? Nos, vt probemus
Spiritum Sanctum specialiter assistere Ecclesiae ne in hoc erret, in-
ter cetera adferimus verba Christi ad Petrum Lucae xxii. scilicet:

(9) Epist. nunc. cvi. ad Deo gratias, q. 6.

ego autem rogavi pro te, vt non deficiat fides tua: et tu aliquando conuersus confirma fratres tuos. « Si autem Spiritus Sanctus cuiuslibet fidei adsiit, jcur pro solo Petro, Ecclesiae personam gerente, Christus rogat? Si quisque potest suo spiritu ea, quae fidei sunt, sine errore discernere, jcur ceteri confirmandi erant per Petrum?

At reponunt, hunc discretionis spiritum promissum haberi verbi illis i. ad Corinth. 2. : « spiritualis autem iudicat eximia, et ipse a nemine iudicatur. . . . Nos autem sensum Christi habemus. « Item verbis illis i. Ioan. 2. vbi sic fideles hortatur: « et vos vnctionem, quam accepistis ab eo, maneat in vobis. Et non necesse habetis, vt aliquis doceat vos: sed sicut vnctio eius docet vos de omnibus, et verum est, et non est mendacium: et sicut docuit vos, manete in eo. « Spiritum ergo vnctionis habent fideles, qui doceat ipsos, vt non egeant ab alio doceri, quo omnia iudicent, et ipsi a nemine iudicentur.

Quam autem falso haec reponunt? Esto homo vere spiritualis, quatenus vere agitur, ac regitur a spiritu Dei, recte omnia iudicet: et dum manet in vnctione spiritus, qui eum docuit, non egeat ab alio doceri: quis tamen certus est se semper agere vt spiritualem, seu a diuino spiritu agi? Vnde hanc habere valet certitudinem? Multi se a spiritu Dei agi purant, qui a diabolico spiritu aguntur, vel saltim a spiritu proprio. Ita iii. Reg. cap. 22. Dedit Deus spiritum mendacii in ore omnium Prophetarum Achab, qui tamen spiritum Dei se habere existimabant: hinc vnum ex eis Michaeam verum prophetam alloquens v. 24. ait: « me ne ergo dimisit spiritus Domini, et loquutus est tibi? »

Optime itaque i. Ioan. 4. monemur: « nolite credere omni spiritali, sed probate spiritus, si ex Deo sint. « Si igitur debemus probare, et diiudicare spiritum, non potest hic iudex noster esse: non enim licet iudicem iudicare. Vnctio autem, de qua ipse Ioannes loquitur, non est spiritus discretionis, quem sectarii excogitarunt: sed fides ipsa, quam Apostoli docuerant, a qua monet ne excidant, sicut illi fecerunt: quum ipsa doceat omnia, ne vltius egeant, vt doceantur: omnis enim doctrina ab ipsa distans, seu cum illa pugnans, mendacium est. Vnde praemiserat cap. 26. : « haec scripsi vobis de his, qui seducunt vos. « Ergo quando subiungit: « non necesse habetis, vt aliquis vos doceat, » sensus est: sufficienter edoc-

docti estis ea, quae credere debetis, ab Apostolis: neque opus est, vt aliam doctrinam audiat: haec in vobis maneat: nam quaecumque alia mendacium est. Imo si fideles illi spiritum discretionis, quo inter veram, et falsam doctrinam possent diiudicare, accepissent: non oportuisset, vt eos moneret Ioannes, vt a falsa doctrina cauerent, quam per spiritum discretionis nosse, et declinare poterant.

Secundum argumentum, a posteriori, vt dicunt, ductum, est huiusmodi: quum heterodoxi in tot discrepantes sectas dispersi sint, contrariis sensibus scripturas interpretantes; quatum vna quaelibet spiritum se discretionis habere iactat: vel dicendum, spiritum hunc sibi esse contrarium, atque in vna secta verum dicere, et in alia falsum; vel, quod verum est, nullam ex spiritu Dei loqui, sed ex spiritu mendacii.

Addendum quod hoc priuato spiritu admissio, ampla via adaperitur schismatibus, et haeresibus, atque omnis praeccluditur exitus pro illis extripandis. Si enim vnus affirmet, Scripturam ita, et in hoc sensu loqui, alter oppositum dicat; ac vtique se id a Spiritu Sancto interius sibi loquente excipere adserueret; quis poterit alterutrum erroris arguere? Certe, si hunc spiritum iactassent Ariani, Nestoriani, et quotquot ante Lutheranos, et Calvinistas haeretici exiterent, incassum aduersus ipsos Concilia coegisset Ecclesia.

Atque illud hac in re magis magisque mirandum, quod huiusmodi spiritus adsertores negent, spiritum hunc Ecclesiae adstere, quam tamen Christi testimonio, Matth. xviii. expresso, qui non audierit, vt ethnicus, et publicanus habendus est; eiusque respuant magisterium, quod postea collocant in vnoquoque, scilicet, in fabrico, barbitonsore, in verula etiam rudi, ac idiota: quod Apostolis hic spiritus datus non fuerit; qui Christi verba non intelligentes, non semel in erroris periculum adducti sunt, nisi a Christo fuissent edocti; et tandem, quod spiritus huiusmodi non adsit Ecclesiae Catholicae; adsit vero Ecclesiis Lutheranorum, et Calvinistarum; vti Pseudosynodus Dordrechtana sibi eum arrogat, anno 1618. contra Arminianos, his verbis: « Synodus inuocato Dei nomine sancto, suae auctoritatis ex verbo Dei probe conscia, » ceter. Quam autem inuicem pugnantia, inuerisimilia, impia etiam, ac blasphema haec non sunt?

Ad secundam propositionem quod attinet, qua adseritur iudicium de fidei quaestionibus ex solis Scripturis repeti non posse, vni-

iudicis auctoritate sublata, eam peruulgato hoc argumento Cl. Melchior Canus demonstrat. (10) Potest contingere, vt in quaestione veniat canon ipse Scripturarum: haec vero quaestio quoniam pacto ex sacris litteris componi poterit? Sit impius aliquis, qui vtrumque testamentum reiciat, per quam alterius testamenti auctoritatem poterit controuersia ista resolui? Per nullam scilicet.

Consimile argumentum formatur, si de authographia vnus libri, aut vnus textus oriatur contento; neque occurrit in alio libro; ex. gr. historiam Susannae, aut Adulterae: quomodo terminanda haec concertatio? Contendat praeterea aliquis recipiendos in canone Scripturarum libros apocryphos, aut ab haereticis confictos, vt inductos a Basilide Prophetas; Bartholomaei, et Nicodemi Euangelia, aut a nonnullis Patribus commendatos, vt Herman, Petri Apocalypsim, alios. Vnde nam momentum sumemus vt eos inter apocrypha scripta reponamus? Itaque quaestio de Scripturarum canone ambigua manebit; manebunt et quaestiones omnes relatae nisi ad Ecclesiae iudicium confugiatur.

Veritatem hanc hoc alio argumento commonstramus: Potuit institui quaestio erga intelligentiam vnus Scripturae textus, quem vtraque pars contendat diuersum sensum habere. Ex. gr. circa hunc textum »hoc est corpus meum;« quae quidem verba proprie, et ad litteram accipiunt Lutherani; Calvinistae autem symbolice, et figuratiue; aut circa hoc aliud testimonium, »baptizantes eos in nomine »Patris, et Filii, et Spiritus Sancti;« quod Anabaptistae de solis adultis accipienda esse dicunt, alii de omnibus promiscue: quod si sola Scriptura quaestiones istae deriuntur; quare haeretici eundem sensum non assequuntur? Cur idem dogma vnanimiter non propugnant? Quod si ambigui sunt textus allati, quare non profertur alii, tam expressi, vt eisdem aduersarij acquiescere teneantur?

At, tametsi profertur, nonne responderet Aduersarius, vt Fausto Augustinus: (11) »quomodo ille, cui non credo, profert mihi »Scripturas, quibus de illo credam; et eis ipse conatur dare auctoritatem, quum ego ipsi non credam!« Quomodo, inquit Calvinista, affert aduersus me Lutheranus Sacram Scripturam, qua ipsi credam, si ipsi sensum Scripturae non percipit? Atque similia contra Calvinistam reponit Lutheranus: vnde nullus litigatorum finis, sed bella, dissidiaque aeterna inter sectarios vigent.

Acl

(10) Lib. II. cap. 7.

(11) Lib. xiii. cap. 4.

Accedit tertia argumentatio: enim, vt possint vtrunque litigantium rationes audiri, distinguendum est iudex et norma. Sic dum testamento condito, et viro defuncto, qui de haereditate disposuit, neque in propinquum in concordiam duci; norma quidem ad litem dirimendam sunt tabulae a Notario conscriptae; sed neuter iure bona testatoris adquiret, si vnus aut negat producta instrumenta, aut ex his suae causae patrocinium petat, neque sit vnus iudex, qui dissidentes audiat, et sententiam dicat. Sic quoque post Christi Domini mortem litem nobis haeretici ad haec vsque tempora tentarunt, ac illorum vnusquisque sacram Scripturam pro se protulit; nos etiam eam tamquam Dei testamentum recipimus, fidei item regulam habemus.

Verum quomodo dignoscendum erit, ad quos haereditas pertineat, si producentibus nobis aliquos Scripturae libros sectarii respondent; non est hoc Domini testamentum; alia est testatoris mens! Indubium ergo quin iudicis viui sententia necessaria sit, qui sensum, et veritatem decernat. Hinc apposite Augustinus ait: (12) »quare litigamus? Non intestatus mortuus est pater: fecit testamentum, et mortuus est. Tandiu contenditur de haereditate mortuorum, quamdiu testamentum proferatur in publicum; et quum »prolatum fuerit, tacent omnes, vt tabulae aperiantur, et recitentur. Iudex intentus audit, aduocati sedent, vniuersus populus suspensus est, vt legantur verba mortui.«

Postremo comprobatur veritatem istam rerum euentus. In lege veteri, non ad mortuos codices dissidentes remittebantur, sed, vt legitur Deuter. xviii. ad »sacerdotes leuitici generis, et ad iudicem, »qui erat illo tempore.« Atque mentiuntur, more suo, haeretici, dicentes spectasse ad Sacerdotes tantum iudicium de legalibus, non de fidei controuersis. Quippe illorum erat iudicium ferre, vt dicitur II. Paralip. xix. »vbiicumque quaestio esset de lege, de mandato, de caeremoniis, de iustificationibus.«

Quid autem ex legis novae factis nouimus? Quaestione orta de necessitate circumcisionis, vt refertur Actor. xv. Antiocheni non ad Scripturam, sed ad Apo-tolos, Hierosolymis tunc commorantes appellauerunt: quisquidem sese controuersiae illius idoneos iudices declarauerunt, dum in concilio adunati dixerunt: »visum est Spiritui Sancto, et nobis.« Eadem iudicii forma, non ad Scripturam, sed ad

Tom. III.

Vv

Ec-

(12) In Psal. xxi.

Ecclesiam appellando, finita est causa Quartodecimanorum; anno 266: Samosatenses quoque similis iudicio anno 266: Nouatiani anno 255: Ariani anno 325: Nestoriani anno 431. verbo: Quotquot haereses damnatae sunt, quotquot finitae causae, viuorum iudicium examine, ac sententia damnatae, et finitae sunt.

SCHOLIION.

Hinc tamen non ita apte, iudicio nostro, quis inferret, vltimam fidei nostrae resolutionem in diuinum testimonium, ac in Ecclesiae propositionem ex aequo fieri: ita sane, vt haec causa etiam habeatur, ac sit, in assensum nostrum influens. Enim huiusmodi resolutio, a priori, vt dicitur, et vt in causa, in id vnice debet fieri, quod est formali ratio mouens ad assensum: Ratio autem ita mouens est vnice diuinum testimonium, diuinaque auctoritas: nam debet esse adaequata increata, ac diuina: alias fides nostra non esset adaequate diuina, nec fides esset virtus theologiae. Hinc Paulus 1. ad Thessal. 2. dicit: «Gratias agimus Deo sine intermissione, quoniam quum accepissetis a nobis verbum auditus Dei, accepistis illud, non vt verbum hominum, sed (sicut est vere) verbum Dei, qui operatur in vobis, qui credidistis.»

CAPVT III.

Errores his Ecclesiae dogmatibus contrarii recensentur; auctorum nomine dato; eorumdem cauilla discutuntur.

Fuere Manichaei, qui, S. Augustino attestante, (1) docebant, superstitiosum esse fidem ante rationem imperare; quasi nihil credendum sit, nisi quod humano ratiocinio credibile appareat. Hunc errorem excitasse videtur Petrus Abaelardus, qui, vt Bernardus narrat, (2) fidem definit assimilationem, quasi cuique in ea sentire, et loqui, quae libeat, liceat: aut pendeat sub incerto vagis, ac in variis opinionibus nostrae fidei sacramenta, et non magis certa veritate subsistant.»

Haec vestigia postea calcarunt Sociniani, haereticorum omnium perniciosissimi. Lutherani autem et Calvinistae vnicae fidei regulam admittere diuinam Scripturam, prout priuato spiritu, ac per-

sua-

(1) Lib. de vilitate credendi, cap. 1.

(2) Epist. cxc. cont. Abaelard.

suasione diuinitus immissa vnique clarescit, reiectis diuinis, et Apostolicis Traditionibus, atque Ecclesiae auctoritate omnino spreta.

Quae vero in sui erroris fulcimentum profuerunt momenta? Haec scilicet: Primum: Nisi omnia, quae credenda proponuntur, ad normam rationis ponderanda essent, non esset recte scriptum ab Ecclesiastico cap. xix.: «Qui cito credit, leuis est corde:» et a Ioanne 1. Epist. 4.: «Nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus si ex Deo sint:» igitur ad humanum ratiocinium fides nostra exigenda est.

II: Beatissima Virgo Maria, vt dicitur Lucae 1. non leuiter Angelo Mysrterium Incarnationis reuelanti crederit, sed «cogitabat qualis esset Isra saluatio.»

III: Si absque euidenti ratione obiectis propositis credendum, sit, plura credi poterunt contra manifestam rationem; excusandique erunt infideles, si plura contra rationem credant.

III: Apostolus in priori ad Corinth. ii. scribit: «Animalis homo non percipit ea, quae sunt spiritus Dei. Spiritualem autem iudicat omnia, et ipse a nemine iudicatur.» Et Ioannes Epist. 1. 2. cap. «Non necesse habetis, inquit, vt aliquis doceat vos, sed sicut vnctio eius docet vos de omnibus, et verum est, et non est mendacium.» Item in Euangelio cap. vii.: «Si quis voluerit voluntatem eius facere, cognoscat ex doctrina, vtrum ex Deo sit: an ego a me ipso loquar.» Quibus videtur comprobari iudicium priuati spiritus vnique fidelium proprii.

V: Scripturam apertissimam esse fidelibus singulis ex ipsis Scripturis cuineitur. Legitur enim Deuter. xxx.: «Mandatum hoc, quod ego praecipio tibi hodie, non supra te est, neque procul positum.» Igitur diuinae legis volumina, et consequenter sacri omnes libri vnique fidelium aperta sunt, et perspicua. Deside Isaias viii. mandat Dominus, vt in rebus ambiguis recurramus tanquam ad iudicem, ad legem magis, et testimonium. «Et Ierem. xxxi. nequis alienum iudicem quaerat, dicitur: «Dabo legem meam in visceribus eorum, et in corde eorum scribam eam.»

Rursus, legimus Psal. xviii.: «Praeceptum Domini lucidum, illuminans oculos.» Et Psal. cxviii.: «Lucerna pedibus meis verbum tuum, et lumen semitis meis.» Ac Petrus 1. Epist. cap. 1. dicit: «Habemus firmiorem propheticum sermonem, cui beneficentiam attendentes, quasi lucernae lucenti in caliginoso loco.»

Insuper: Ioan. v. Christus non ad Ecclesiae iudicium, sed ad solam Scripturam Iudaeos remisit, vt veritatem Incarnationis iam peractae, et Messiae aduentum cognoscerent, dicens, »scrutamini »scripturas.«

Dcum: Act. xvii. Bereenses, ac nobiliores Thessalonicenses ad Paulli praedicationem susceperunt verbum cum omni auiditate, »quotidie scrutantes scripturas, si haec ita se haberent.« Quod si ipsius Paulli verba ad Scripturarum iudicium sunt reuocata, quidni fas erit iudicium etiam ferre ex Scripturis de Ecclesiae Pastorum definitionibus?

VI: In nouo praesertim testamento omnia aperta esse fidelibus, Apostolus docet, scribens in ii. ad Corinth. iv. »Quod si etiam oportum est euangelium nostrum; in iis, qui pereunt.« Atque in Apocalypsi v. dicitur Agnum, id est Christum, aperuisse librum, et soluisse signacula eius; scilicet, post Christi mortem nullum amplius latere Mysterium.

VII: Quam Scriptura, inquit, sit verbum diuinum, nequit ab homine testimonium accipere: nam Christus Dominus Ioann. v. dixit: »Ego autem non ab homine testimonium accipio.« Nec enim quid absurdum magis excogitari posset, quam auctoritatem diuinam ab humana robur, et firmitudinem accipere.

VIII: Patres quoque adserere videntur, Scripturam vnicuique apertam esse, ac viuus iudicibus non indigere: ita Iustinus cum Tryphone disputans eundem solis testimoniis Prophetarum reuincit, quae adeo enucleata esse contendit, vt solo auditu, non interpretatione opus habeant. Chrysostomus (3) affirmat, »omnia ex Scripturis diuinis plana esse.« Augustinus ait: (4) »Magnifice, et subtiliter Spiritus Sanctus ita Scripturas sanctas modificauit, vt locis apertioribus fami occurreret, obscurioribus autem fastigia detegeret. Nihil enim fere de illis obscuritatibus truitur, quod non planissimae dierum alibi reperitur.«

Postremum argumentum e ratione ducunt haeretici, nobisque virtuosum circulum obiectant. Aiunt, probare nos Scripturam ex Ecclesia; Ecclesiam item ex Scriptura. Itaque versamur in fallaci, ineptaque circulatione; non minus ac vagaremur, qui comprobaret matris alicuius honestatem ex testimonio filii; et interrogatus, videntiam sciat filium esse testem idoneum, ac probum, reponeret, id

(3) Hom. iiii. in Epist. ii. ad Thessal.

(4) Lib. i. de Doct. Christ. cap. 6.

sibi constare ex matris attestacione. Addunt, penes Ecclesiam nullam haberi auctoritatem irreformabilem; quum omnis homo mendax sit: ac proinde ineptissimus ad ferendum iudicium de verbo Dei; quod nequit subici errori. Haec potissimum obliant.

Quae tamen eo ipso, quae obiecta sunt ordine, soluius. Ad I. dicimus: seruanda vtiq; Ecclesiastici, et Apostoli verba, monitaque, dum nos alloquuntur homines dubiae fidei, Pseudoprophetae, ac Nouatores: non ita dum proponuntur credenda ab Ecclesiae Pastoribus, quos in fidei diiudicandis controuersiis irrefragabili veritatis afflatu duci nouimus. Vltro tamen concedimus, quod si cuique Religio Christi primitus proponeretur, prudenter nimis se gereret, si credibilitatis motiua ad rationis naturalis trutinam reuocaret. Verum aliud est requirit veritatis criterium in aliqua eligenda religione; aliud, longeque distans, nihil credendum esse, nisi quod ratione percipitur, et ipsam religionem conculcare, quia plura de-predicat, quorum apertam causam reddere non valemus; atque in ratione, non in auctoritate locare fidei disquisitionem.

Quin, vt adserit Bernardus, (5) Ecclesiasticus memorato loco, »non de fide in Deum, sed de mutua inter nos loquitur credulitate.« Reuera quantum adferat detrimenti credere hominibus subdolis, Iosue a Gabaonitis decepto, et ex Crysso, et Hippolito in iusta caede sublatis, demonstrant in hunc locum Expositores. Quidem ea verba, »qui cito credit, ita sumunt, ac si diceretur.« Qui se committit scortis, scilicet, et fornicariis, de quibus est sermo.

Ioannes vero accipiendus est de Pseudoprophetais, qui a fide Christi Iesu tunc temporis abducebant; hunc in carne venisse negantes. Quorum, ac simillum scita probare Ioannes admonet, an nemphe catholice placitis illa adaptentur, conueniantque: sed et probare debemus priuatorum quorumcumque hominum placita, noua potissimum, et obscura, atque ad rationis trutinam renocare. At non ita de Religiois dogmatibus sentiendum: neque de illis Paulus, ac Ioannes loquuti sunt: Firmissimae enim ea sunt tenenda, non ad rationis tribunal transferenda.

Ad II. dicendum: B. Virginem prudenter quidem examinasse qualis esset illa saluatio; timere enim poterat primo aspectu, an qui loquebatur esset verus, an ementis Dei nuntius. Astatim, ac cognouit verbum Angeli esse verbum Dei, absque haesitatione, et

(5) Laud. cont. Abael. Epist.

ulteriore examine credens, « ecce, inquit, ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum. » Quare, nec citius, nec tardius credidit, quam oportuit.

Tertii sequela neganda est: Principio enim, ea, quae per fidem credenda proponuntur, sunt quidem supra, sed non contra rationem. Deinde, licet ratione demonstrari non possint, ostendi tamen potest rationi non repugnare; et demum ea esse, a Deo dicta; proindeque, prudentissime credibilia. Nihil autem horum habent infideles ut suos errores excusent.

Quae quarto loco obijciunt haud inuani heterodoxos. Itaque inquirendum primo est pro Paulli testimonii intelligentia, quid homo animalis, quid spiritualis sit. Dicitur autem primus, qui solum sensum, et naturale rationis lumen in iudicando sequitur; spiritualis e contrario, qui fide, et Spiritus Sancti illuminatione illustratus est. Ergo Paulli verborum sensus est, quod nec philosophi, nec sensuum ductum sequentes, fidei mysteria percipiunt, quae tamen credentes assequuntur. Verum non dicit Apostolus spiritualem hominem omnia Scripturarum arcana proprio spiritu peruenire, et ad omnes difficillimas quaestiones definiendas esse idoneum: quod licet alicui eximiae sanctitatis viro aliquando fuerit concessum; caeteri nos debemus, iuxta Augustini monitum, (6) « tales tentationes » superbiissimas, et periculosissimas, magisque cogitare, et ipsum » Apostolum Paullum, licet diuina, et caelesti voce postratum, » et instructum, ad hominem tamen missum esse, ut sacramenta » perciperet, et copulareretur Ecclesiae, » ceteri.

Accedit, quod illa verba, » iudicat omnia, » non idem sunt, ac omnia definit, sed recipit, approbat, plaque affectione diiudicat. Quod explicat S. Thomas (7) comparatione vigilantis, qui recte iudicat se vigilare, et aliud dormire, quoniam reuera, » non » sunt res quales videntur dormienti, sed quales videntur vigilantis; » alioquin si imbutus fide omnia diiudicat, » cur non expedit difficillima theoremata? » cur indiget cum Eunuchis, et discipulis euntibus in Emmaus expositore, et interprete?

Quod autem Ioannes dicit in Epist. i. verissimum est. Nam per fidei spiritum, internamque vnctionem, poterant dignoscere Parthi quicquid in illis mandatis implendis praestandum erat; distinguere etiam Pseudoprophetas negantes Verbi diuinitatem, et incarnationem:

(6) In Prolog. lib. de Doct. Christ. (7) Lect. m. in cap. ii. Epist. i. ad Cor.

nem: sed illis haec mysteria iam innotuerant per Apostolicam praedicationem; ait enim ibidem Ioannes: » Non scripsi vobis quasi ignorantibus veritatem, sed quasi scientibus eam. » Unde ex hoc loco hoc tantum inferitur; scilicet, habentes spiritum, et vnctionem Dei, nisi suis desint partibus, quicquid ad salutem necessarium sit, scire, neque in errorem ab haereticis induci, si acceptam a Pastoribus Ecclesiae doctrinam, institutionemque teneant.

Quid quod? Vnctio haec interna externum Ecclesiae magistratum nequaquam excludit, sed adiuvat mentem, atque inspiratione occultae virtutis efficit, ut quae dicuntur forinsecus, in corde fermentur. Quod si Ecclesiae magistratum non requiritur; » quid ergo nos facimus, quia docemus? Si vnctio eius docet nos de omnibus, quasi nos sine causa laboramus, » inquit subtilissime Augustinus. (8)

Insuper, Ioannis sermonem dirigi ad Ecclesias, non ad fideles singulos, Siluius tenet. (9) Itaque sensus verborum Ioannis est: Spiritus Sanctus vestras docet Ecclesias, neque opus est, Pseudoprophetae vos docturi sese ingerent inter vos.

Hac ipsa expositione soluitur testimonium de promptum ex Evangelio. Siquidem qui fecerit voluntatem Dei, doctrinam sibi in suo statu necessariam cognitam habebit, atque perspectam; non tamen sine externo doctore: quemadmodum Iudaei, quos Christus alloquitur, Evangelium tot tantisque argumentis annuntiatum, et comprobatum receperunt, si diuinis praeceptis obtemperassent, dum Deus illis dederat Filium suum in ducem, et praeceptorem. Testimonia item quinto argumento congesta, facili negotio exponi valent. In loco itaque Deuteronomii tantum adseritur, Deum non dedisse mandata impossibilia, sed litteris consignasse eadem praecepta, quae naturae lex singulorum hominum cordi inscripserat: quare non vrgent nos laudata verba, sed potius ipsos haereticos adserentes tam difficile esse implere, legis mandata, quam caucos transuolare. At legis praecepta acquirissima sunt, leuia, iucunda, et lata nimis, » si charitas, quae est plenitudo legis, inhabitet in corde, » ait Augustinus. (10) Et hanc quidem interpretationem confirmant haec, quae in textu sequuntur verba: » iuxta te est sermo » valde in ore tuo, et in corde tuo, ut facias illum. »

Apud

(8) Tract. iiii. in Epist. Ioan.
(9) Opusc. v. lib. i. q. 3. art. 6.

(10) Quaest. lxxiii. in Deut.

Apud Isalam vero loco citato damantur illi, qui ad Pythones, et maleficos confugiunt, vt cognoscant futurorum euentus: quod sane in lege Domini, Deut. xviii. v. 9. prohibitum est. Constat id ex verbis proxime praecedentibus; nempe: »et quum dixerint ad vos: quaerite a Pythonibus, et a diuinis, qui strident in incantationibus suis.«

A Hieremia autem praedicitur Testamentum nouum, in quo non solum lex forinsecus terret minitudo, sed etiam gratia intrinsecus adiuuat amorem iustitiae inspirando, neque cordi inscribitur atramento, sed spiritui Dei viuunt, vt inquit Apostolus II. ad Cor. 3.

Verissimum deinde est, quod in Psalmis dicitur; scilicet, Scripturam lucernam esse, et pedibus, ac semitis, seu peragendis operibus regulam exhibere; tamen reuelatione supposita, atque Ecclesiae Doctorum declaratione praemissa; quod idem Psalmista testatur, dicens: »reuela oculos meos, et considerabo mirabilia tua.« Itaque: »declaratio sermonum tuorum illuminat, et intellectum dat paruulis.« Petrus quoque non frustra caliginosum locum commemorat; sed vt demonstrat opus esse, vt qui lucem non habent, ab aliis, qui sacras literas callent, illam foeneretur: vii fecit Hieronymus, dum Alexandriam perrexit ad Didimum. Quod et fecerunt alii viros in Scripturarum intelligentia peritissimos consulentes, vt eos erga dubia sua audirent. Et his quidem exhibita est in caliginoso loco lucerna: quam contemnent sectarii, in tenebris, et in vmbra mortis sedent.

Ex testimonio insuper Ioannis nihil euincitur. Primo, quoniam nec Romana Ecclesia prohibet, nec veritatis amatores sacrarum literarum studio, et intelligentiae vaccent; imo hoc maximopere commendat, Dei verbum tanquam fidei normam nobis proponendo. Sed aliud est Scripturam expendere, scrutari, discutere, et ex ea veritatem quaerere; aliud ipsius authenticitatem dignoscere, sensum ambiguum definire, et de fidei controuersis ferre iudicium.

Praeterea non remittit eo loco Christus Iudaeos ad solam Scripturam; sed primo ad testimonium Ioannis v. 33. post hac ad opera a se patrata v. 36. vltius ad testimonium, quod de illo perhibet Pater, v. 37. Quia igitur fronte solam Scripturam haeretici depraedican? Quomodo probant per illa verba Iudaeos ad sacrarum librorum lectionem remitti?

Quod tandem ex Apostolorum actibus additur sic est exponendum,

dum, vt Beroenses non ad Scripturas legendas se conuerterint, vt crederent Paulo; iam enim verbum cum omni auditate susceperant; sed vt in fide proficerent, videntes omnia quae de Christo ab Apostolo nuntiabantur, vaticiniis Prophetarum fuisse praedicta. Vidit hoc Grotius, quem tanti Nouatores fauunt, atque in hunc locum haec scripsit: (11) »non quod dubitarent de veracitate Pauli, et Silae, sed vt prophetica scripta cum illorum verbis conferendo, magis magisque in veritate confirmarentur, et haberent vnde alios conuincerent.«

Pro sexto soluendo dicendum: Apostolum tantummodo affirmare, praedicationem euangelii, ac Christi fidem opera discipulorum per orbem terrarum diffundi; ac si plurimi mysteria redemptionis non percipiunt, abscondi illis, ob idololatriae, ac aliorum peccatorum perpetrationem. Liquet hoc ex sola Epistolae lectione. In Apocalypsi autem dicitur agnus occisus accepisse librum, et signacula eius soluisse, quia in Christi morte typi veteris Testamenti completi sunt; vt demonstrauit etiam scisso vili templi, iuxta communem Patrum, ac Interpretum expositionem.

Ad septimum dicimus: testimonium accipere, apud Ioannem duplicem habere sensum; primus est, alterius testimonium admittere; secundus, alterius testimonium requirere, eoque indigere. Priori sensu ait Ioannes cap. iii. »testimonium eius nemo accipit.« Et in Epist. i. »si testimonium hominum accipimus, testimonium Dei maius est.« In altero sensu ait Christus: »ego non ab homine testimonium accipio;« de ipso siquidem propria opera perhibebant testimonium, vt ibidem ait, »maius Ioanne.«

Negandum itaque, quod Christus non admittat aliud testimonium, et si illud non requirat, quasi aliunde ipsius veritas non consistat. Imo Christus ipse ait v. 32. »alius est qui testimonium perhibet de me, et scio quod verum est testimonium, quod perhibet de me.« Et cap. xv. alloquens Apostolos dicit: »et vos testimonium perhibetis, quia ab initio mecum estis.« Licet ab hoc testimonio robor, ac firmitatem veritas in se non habeat, magis tamen explicatur, proponitur, exhibeturque.

Octauum argumentum dum soluere aggredimur, miramur, vel maxime, quod ad Patrum auctoritatem Sectarii confugiant; adeo aperte aduersum illorum insaniam Patres loquuti sunt. Obscurissimam

Tom. III.

Xx

(11) Tom. II. Op. Th. pag. 630.

mam illam, Scripturam scilicet, dixerunt Irenaeus, (12) Origenes, (13) alii. Chrysostomus ait esse agrum, in quo sapientiae thesaurus absconditur; eiusque profunditatem miratur. (14) Ambrosius scribit esse mare habens in se profundam altitudinem prophetarum aenigmatum. (15) Hieronymus ad Paullinum ait, eam sine magistro ac Doctore intelligi non posse; ac tot, tantisque obscuritatibus inuolutas esse Paulli epistolas alibi dicit, ut ad illas intelligendas Dei auxilio indigeamus. (16) Atque Augustinus, eodem, quem obiciunt, loco, inquit quaedam Scripturarum dicta densissimam obducere caliginem; atque in illius operis Prologo exemplum nobis Paulli, et Cornelii proponit, ut nos Ecclesiae magisterio imbuendos subiciamus, vitemusque praesumptiones periculosissimas. Exit ergo ex Patrum mente, et sententia Scriptura adeo clara, ut non indigeat Ecclesiae approbatione?

Quando igitur auctoritas Iustini obicitur, dicendum, loqui illum de Messiae aduentu, ac cum Iudaeo recipiente prophetarum oracula, quae euidenter demonstratur promissum in lege Reparatores aduenisse; ex quo vnice infertur quaedam in Scripturis praenuntiata posse aduersus inimicos veritatis propugnari, dum tamen et hi ex maiorum suorum traditione Scripturas ipsas suscipiant. Chrysostomus autem intelligendus est de ea Scripturarum parte, quae praecepta moralia continet, quaeque ut plurimum dilucide proponuntur: sed et in his quoque Ecclesiae institutionem necessariam agnoscit, dum ait: (17) «si non potueris assiduitate lectionis inuenire quod dicitur, accede ad sapientiores, vade ad Doctorem.» Demum Augustinus, neque de omnibus Scripturae locis accipiendus est, ut constat ex particula, *ferè* ab ipso apposita; neque Scripturas absque Ecclesiae auctoritate, ac consultatione commendat. Scribit enim post pauca: (18) «in canonicis autem Scripturis Ecclesiarum catholicarum quamplurimum auctoritatem sequatur.

Similiter: (19) «quisquis falli metuit obscuritate quaestionis, Ecclesiam de illa consulat, quam sine vlla ambiguitate sacra Scriptura demonstrat.» Quid tamen in expiscandis Augustini sententiis immoramur? Sat sit tritam omnium ore ipsius Doctoris, sen-

(12) Lib. ii. cap. 47.

(13) L. b. m. cont. Celsum.

(14) Hom. xi. in Ioan.

(15) Epist. xl. iiii. ad Constanium.

(16) Quaest. x. ad Hedib.

(17) Laud. Hom. iii.

(18) Cap. viii. Laud. Operis in arg.

(19) Lib. i. cont. Cresc. cap. 33.

tentiam audire: (21) «ego vero euangelio non crederem, nisi me catholicae Ecclesiae commoueret auctoritas.»

Ad vltimum hoc esto responsum: Nequaquam nos obiecto circulo agi: committitur enim circulus eiusmodi dum hoc per illud, illudque vicisim per hoc probatur, apud illum, qui neutrum concedit; et ita quidem circulantur haeretici, qui priuatum spiritum ex Scripturis aperitissimis, ac iridem Scripturas ex spiritu priuato nobis demonstrare contendunt. Quod si nos ad Paganum refellendum veritatem christianae Religionis ex Scripturis, veritatem insuper Scripturarum ex fide, quae in christiana Religione viger comprobaremus, circularerem vtiq;e. Sed hunc nos tali methodo ad fidem trahere haud conaremur, sed propositis credibilitatis motibus, ac summa Dei reuelantis auctoritate vna ac veracitate demonstrata. Atque consimili demonstrandi ratione cum haereticis vtimur. Quod certe non, circulari, sed recta oppugnatorem aggredi est. Vel si circulariter vagari hoc sit, omnis omnino ratiocinatio, in qualibet illa formetur scientia, tali vitio laboret erit opus.

Illud autem, quod superaddunt Sectarii, omnem scilicet hominem mendacem esse, si quid probat sane mendacem esse probat Lutherum, Caluinum, ac omnium quorumcumque haereticorum spiritum, qui proculdubio humanus est. Nam Ecclesiae Pastores diuino reguntur spiritu ex repetitis Christi Domini promissis: vnde irreformabilis eorum auctoritas habetur; praesertim vbi de fidei, morumque quaestionibus iudicium intercedit, ferturque.

UNIVERSIDAD NACIONAL AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

CAPVT IV.

Externum fidei actum, seu confessionem considerat. Quid erga hunc liceat, necne, resoluit. De Sinenſium ritibus ad caſum loquitur.

Numquam licitum eſt fidem negare: ſed nec licet v-
ſurpare ritus, veſtes, cetera, vbi ſuperſtitioſi cul-
tus ſunt indicium, ad fidem ſimulandam.

Nihilominus inculpatim quis perſequentibus ſe ſubri-
peret, niſi aliter fidei cauſa, aliorumque pericu-
lum ſuadeat.

Primae proſitionis priorem partem ſic ex Scripturis demonſtra-
mus. Paulus enim ad Rom. ſcribens cap. x. ait: « corde creditu-
» ad iuſtitiam; ore autem confeſſio fit ad ſalutem. » Neceſſaria ergo
eſt oris confeſſio, ſeu exterior fidei actus. Deinde: Domini ſen-
tentia eſt, Matth. x.: « qui negauerit me coram hominibus, ne-
» gabo et ego eum coram Patre meo: » illa quoque, quam legimus
Lucae ix.: « qui voluerit animam ſuam ſaluam facere, perder il-
» lam: » quibus quidem nihil proferri poteſt expreſſius. Etiam A-
poſtolus in ij. ad Timoth. 2. inquit: « ſi negauerimus, et ille nega-
» bit nos. »

Id confirmat exemplum S. Petri, et Marcellini Primi; quorum
vterque exterius tantum fidem negauit, vt Patres omnes teſtantur,
ac ſacrae hitoriae Scriptores. Primus quidem, verbo, vbi ait,
« non noui hominem; » alter facto, thus enim idolis obtulit: ſa-
men vterque lacrymoſa poenitentia peccatum ſuum deleuit Petrus
ſiquidem, vt in Euangelio dicitur, *ſeuit amare*. Et Marcellinus,
ſuum crimen publica humiliatione coram conſilio diluit.

Accedit ſeueriſſima antiquae Eccleſiae diſciplina, quae gratis-
ſimis poenis eos ſubiciebat, qui exterius fidem negabant. Colligi-
mus enim ex Cypriano, (1) Libellarios, ſcilicet, habentes de facta
idolis immolatione chirographum, quod ſaepe numero a Tyrannis
ad

(2) Lib. de lapsis.

ad mortem euitandam pecunia extorquebant, etiam ſcelere non pa-
trato, ad poenitentiam vix Eccleſiam recipiſſe poſt vehementem, no-
tiſſimamque concepi doloris amaritudinem.

Insuper Innocentius XI. hanc conſixit proſitionem: « ſi a po-
» teſtate publica quis interrogetur, fidem ingenuè confiteri, ut Deo,
» et fidei glorioſum conſulo; vt peccaminosum per ſe non damno. »

Præterea ſuadet hanc veritatem Patrum auctoritas. Pro illa enim
ſtrenue, et conſtanter militarunt, Cyprianus, de quo ſupra, et
Tertullianus, qui hæc in re iſta prorulit: (2) « ſed quidam de-
» mentiam exiſtimant, quod quum poſſimus, et ſacrificare in præ-
» ſenti, et illaeſi abire, manente apud animum proſito, obſti-
» nationem ſaluti præferamus. » Cui obiectioni reſpondet: « Datis
» conſilium, quo vobis abutamur: ſed agnoſcimus vnde talia ſug-
» geruntur, quis totum hoc agitet; et quomodo nunc aſtutia ſua-
» dendi, nunc duritia ſaeniendi, ad conſtantiam noſtram deſicien-
» dam operetur: ille ſcilicet ſpiritus angelicae, et doemoniacae pa-
» ratuæ, qui noſter ob diuortium acmulus, et ob Dei gratiam in-
» uidiſ, de mentibus veſtris aduerſus non præliatur. » Et merito
exterius ſiquidem aliquem colere, vt Deum, et cum interius de-
reſtari, alterius conſilium eſſe non poteſt niſi daemoniſ, qui ſolus
cultu irriſorio, ac mendaci poteſt delectari.

Et Auguſtinus Præſcillianiſtas arguens, (3) quod abuterentur ver-
ſiculo m. Pſalmi 14. nempe, « qui loquitur veritatem in corde ſuo, »
quasi ſatis eſſet ad iuſtitiam coram proximis non mentiri; coram
alienis vero liceret; in prauum ſenſum detorquentes etiam dictum
Apoſtoli ad Ephesios m.: « deponentes mendacium, loquimini ve-
» ritatem vnusquisque cum proximo ſuo, quoniam ſumus inuicem
» membra: » Ita loquitur: « quae ſententia Sanctos Martyres exho-
» norat, imo vero ſancta omnino martyria. Iuſtius enim, ſapientius
» que facerent ſecundum iſtos, ſi perſequentibus ſuis non ſe con-
» ſiderentur eſſe chriſtianos, nec eos ſua confeſſione facerent ho-
» micidas; ſed potius mentiendo, et negando quod erant, et ipſi
» ſaluam haberent carnis commodum, cordisque proſitum et il-
» los conceptum animo ſcelus implere non ſinerent. » Suffragatur ra-
tio: Nam maior obligatio eſt fidem proſitendi in ſtatu legis nouae,
quam fuerat in ſtatu veteris, vt ex ſe liquet: at in huius ſtatu
non erat licitum, etiam inſtante perſequutione fidem negare: vt
enim

(2) In Apolog. cap. 17.

(3) Lib. cont. mendacium, cap. 2.

enim lib. II. Machab. legimus, cap. 6. Eleazarus, quum ore hi ante compellaretur carnem porcinam manducare, » destinavit non admittere illicita propter vitae amorem, « vt dicitur v. 20. Et licet ab amicis suasus, vt clam tales carnes comederet, et sic externe secreto legem iudaicam eitraret, respondit, se velle potius in infernum praemitti, quam maculam hanc nomini suo inurere, atque scandalum hoc posteritati relinquere, quae suo exemplo id sibi licitum hoc suaderet: concludens v. 26. quod haec faciens: » et » si de praesenti tempore supplicii hominum eripiat, sed manum » omnipotentis nec viuus, nec defunctus effugiam. « Ex re autem licita, nec maculam sibi acquireret, nec scandalum pareret, nec iram omnipotentis prouocaret.

Deinde, in nullo casu potest esse licitum, quod pluribus vitibus ex suamet natura contrariatur: huiusmodi autem est negare externam fidem. Contrariatur enim fidei, cuius actus, saltem secundarius, est ipsa exterior fidei confessio; contrariatur fortitudinis quia qui fidem negat, humanum timorem summae honestati praeponeat: contrariatur iustitiae legali; per quam Ecclesiae obligatur, cui illa negatio est maxime iniuriosa: contrariatur Religioni; quia Dei veracitas suo cultu priuatur, dum magis timetur hominis potestas, quam ipsa aestimetur: contrariatur tandem veritati; quia qui exterius fidem negat contra id, quod in mente gerit, grauissimè mentitur.

Secunda propositionis pars ex Apostolo in I. ad Corinth. cap. x. colligitur. Ait enim: » si quis autem dixerit, hoc immolatum est » idolis: nolite manducare, propter illum, qui indicauit, et propter conscientiam. « Colligitur et ex eo, quod Matth. x. prohibemur non solum Christum negare, sed et iubemur illum confiteri; et Lucae ix. Christus adserat: » qui me erubuerit, et meos sermones, » hunc filius hominis erubescet, quum venerit in maiestate sua. « Fidem autem simulare absdubio filium hominis erubescere est.

Verum hanc veritatem demonstrat quoque antiquae Ecclesiae usus: haec enim seuerissime animaduertit in eos, qui sacrificiis, cibis, aliisque damnatae sectae caeremoniis, ac ritibus, quomodolibet sese immiscuerunt; tamen non ex animo falsam fidem protestandi hoc fecerint. Hinc in Concilio Hierosolymitano praeciperunt Apostoli, Act. xv. vt fideles abstinerent ab immolatis simulacrorum.

Insuper Ss. Ecclesiae Patres hanc ipsam veritatem testantur. Vescen-

centes enim immolatas carnes, quamuis illas simulate comedissent, Irenaeus, (4) Tertullianus, (5) Cyprianus, (6) Augustinus, (7) antiqua etiam Concilia damnant, et reproband. Deinde docent confessionem fidei nulla ambiguitate, nulla adhibita simulatione esse faciendam. » Non enim satis est, ait Ambrosius, (8) inuoluta res » ponsio confidentis Iesum, sed aperta confessio. » Quid prodest verba inuoluerit, si videri vis denegasse? «

Et Augustinus, (9) illorum consuetudinem retundens, qui vt facilius haereticos Ethnicosque vitent, et resellant, horum dogmata, et ritus approbant mentiendo, ait: » sed multo facilius, inquires, » eorum latibula penetramus, si quod sunt, nos esse mentiamur. Hoc » si liceret, aut expediret, potuit Christus praecipere ouibus suis, vt » lupinis amictae pellibus, ad lupos venirent, et eos huius artis fallacis inuenirent. «

Corroborantur dicta multiplici ratione Prima: In vsu praedictorum rituum, atque actionum exercitio est vere peccatum simulationis falsae sectae: non ergo licet fideli eis vti. Constat antecedens propositio ex S. Thoma dicente: (10) » ad virtutem veritatis pertinet, vt quis talem se exhibeat exterius per signa exteriora, qualis est. Signa autem exteriora non solum sunt verba, sed etiam facta. Sicut ergo veritati opponitur, quod aliquis per verba exteriora aliud significet, quam quod habet apud se, quod ad mendacium pertinet, ita etiam opponitur veritati, quod aliquis per aliqua signa factorum, vel rerum aliquid significet contrarium eius quod in eo est, quod proprie simulatio dicitur. Vnde simulatio proprie est mendacium quoddam in exteriorum signis factorum consistens. «

Secunda ratio: Sub eodem praeepto affirmatiuo, sub quo cadit actus internus credendi, cadit quoque externa fidei confessio: ergo et sub eodem praeepto negatiuo, sub quo cadit actus internus non adorandi idolum, et non faciendi interius illum actum protestantium falsae religionis, cadit etiam externa non adoratio, et protestatio: at vetitum est, adeo vt nullo in casu, nulloque praetextu liceat interne colere idola, aut interne fidem falsam protestari: Ver-

(4) Lib. I. cap. 1.

(5) De Idololat. cap. 13.

(6) De Lapsis.

(7) De bono coniug. cap. 16.

(8) Lib. x. in Lucam.

(9) Cont. Mend. cap. 6.

(10) Secunda Sec. q. III. art. 1.

hoc licite ab eo peragetur. Commonet id, probatque egregie Augustinus, (13) ubi verba Domini dicentis, »quum persequantur vos in ciuitate ista, fugite in aliam,« non ita seruanda dicit, »vt necessario ministerio, sine quo viuere nequeunt, deserantur greges, quos suo sanguine comparauit. Ostenditque eo casu non valere exemplum Christi in Aegyptum fugientis,« qui nondum Ecclesias congregauerat; neque Apostoli, qui per fenestram in sporta submissus est, quoniam deserta non fuit Ecclesia, quae ibi erat, necessario ministerio. Deinde urget charitatis praeceptum, de quo Ioann. Epist. 1. : »quoniam ille, inquit, animam suam pro nobis posuit: et nos debemus pro fratribus animas ponere:« commonstratque id non aptari iis, qui »dum fugiunt, vel suis deuincti necessitatibus fugere non possunt, et comprehensi patiuntur:« sed illis tantum, qui propterea patiuntur, quia fratres, qui eis ad christianam salutem indigebant, deserere noluerunt. Quod profecto per se satis compertum est.

Insuper demonstrat, Episcopos nequ aquam debere imitari mercenarium, »qui videt lupum venientem, et fugit, quia non est ei cura de ouibus.« Vt Christus ait Ioan. x. : »quum enim, inquit Augustinus, plebs manet, et ministri fugiunt, ministeriumque subtrahitur; quid erit nisi mercenariorum illa fuga damnabilis, quibus non est cura de ouibus?« Excusatque ibidem fugam Athanasii, de qua supra, quoniam fugit, »nequaquam a ceteris ministris deserta plebe catholica, quae in Alexandria commanebat.«

CAPVT V.

Haereticorum irritos conatus demonstrat.

Eusebio, (1) et Augustino (2) attestantibus, extirpare haeretici, Ecclesiae cognominati, qui fidem in persecutione negandam ore, et corde seruandam dixerunt. In eodem luto haesisse Priscillianistas, ex Augustino ipso didicimus: (3) Hi enim, propter occultandas contaminationes, ac turpitudines suas, haec verba in dogmatibus habebant:

»Iura, periura, secretum prodere noli.«

Qui:

(13) Epist. ad Honor. nunc cccxviii.

(1) Lib. vi. Hist. Eccl. cap. 38.

(2) Haeresi xxxii.

(3) Haer. lxx.

Quibus adlungendos iure optimo opinamur Georgium David Anabaptistam, Anglosque libertinos. Ex altera parte haud defuere, qui licitum vndequaue dicerent, etiam fidei causa, ac christiana plebe periclitantibus, fugam in persecutione arripere, Episcopis quidem ipsis, Ecclesiaeque Pastoribus. Memoratur pro hac opinione, seu aptius errore, Honoratus ille, cui suas Augustinus circa rem istam direxit epistolas.

Nec defuere sane, qui fas esse iudicauerint ritus superstitiosos obseruare, cibos, vestes, nomina idololatrarum gentium, etiam ubi cultus superstitiosi indicium sunt, in usum vocare. Eiusmodi fuisse, qui pro Sinensium ritibus sustinendis, qua artibus, qua minis, et terroribus, (ne quid grauius dicamus) decertarunt, dicit non nemo. Sed nolumus nos Sanctae Matris Ecclesiae anteuertere iudicium; nec vero debemus.

Quae autem contra superiore capite firmatas veritates facere, specie saltim, videntur, huiusmodi sunt. Primo: Christus haud exigit a nobis, vt martyrium pro ipso subeamus: Quum enim pro nobis semel mortuus sit, morte nostra non indiget: At si nos ad non negandam fidem coram Tyranno obligaret, quoque et ad martyrium compelleret: Sicut ergo non requirit ex nobis sanguinem hircorum, et taurorum, quia maculas nostras sanguine suo expiauit; ita nec nostrum sanguinem requirit. Et quidem, si hominum sanguinem Deus requireret, et crudelis esset, et hominem sine causa vellet perire.

Secundo: Exterior fidei confessio solum necessaria est propter proximos: sed non tenemur vitam propter istos dare: nec igitur fidem coram Tyranno profiteri.

Tertio: Et est argumentum Priscillianistarum post Elcesaitas, vt refert Augustinus: (4) licet exterius falsam religionem simulare: ergo et licebit exterius negare veram: nam simulatio falsi est quaedam veri negatio, ac certa mendacii species. Atque licet falsam religionem exterius simulare, aiunt, exemplum Iehu commonstrat qui, vt legitur iiii. Regum cap. 10., quum simulasset cultum Baal vna cum sacerdotibus eius, vt eos occideret, laudatus est a Domino dicente: »quia studiose egisti, quod rectum erat,« cert.

Quarto: Reus potest mentiri in iudicio illegitime interrogatus: sed quilibet Tyrannus Ecclesiae persequitur illegitime in fidei ma-

Yy 2

te.

(4) Lib. cont. Mend. cap. 11.

teria interrogat: potest ergo Catholicus coram illo mentiri, fidem nempe exterius negando.

Quinto: Scriptum est, inquit, Psalmo xiiii.: »qui loquitur »veritatem in corde suo,« tanquam id ad iustitiam sufficiat. Addunt: Christus Dominus nullum responsum dedisse Herodi, ac Pilato interrogantibus, vt constat ex Lucae xxiii. et Ioannis xix: igitur et licet cuiumque fideli negare fidem exterius a Tyranno interrogatus.

Sexto, et contra secundam propositionis partem, proferunt exempla in Scripturis laudata; vt Thamaris, quae coram Iuda simulauit se esse meretricem; et Dauldis, qui coram Rege Achis simulauit amentiam.

Septimo: Apostolos post Christi mortem ad stabiliendos Neophytos, et facilius ad fidem trahendos Iudaeos, ad vsque Euangelii promulgationem, caeremonias legales, iam abrogatas, exterius simulatorie obseruasse; licet interius vere sentirent nullam in eis laudandam spem esse, ex Scripturis habemus.

Octavo: iiii. Regum cap. 5. refertur, quod Elisaeus concessit Naaman Syro, vt Rege Syriae adorante in templo idolum Remnon posset ipse cum Rege adorare; ac proinde cultum idolo exterius simulatorie adhibere: at Elisaeus id non permisisset, nisi licitum esset: est ergo huiusmodi.

Nono: apud Abyssinos in Aetlophia pueri nedum baptizantur, sed etiam nunc temporis circumciduntur; qui fuit antiquus Cerinthi, et Ebionis error; et tamen talis cultus ab Ecclesia Romana toleratur: ergo et tolerari potest ritus falsae, et mortiferae sectae protestarij.

Decimo: qui exterius simulat falsae religionis cultum, per se, et ex parte colentis, seu adhibentis cultum, falsam religionem non protestatur: licet enim hoc exterius appareat, interius tamen immobiliter conseruat religionem veram; adeo vt talis cultus non sit protestarij, nisi respectu eorum, qui videntes, existimant aliter ac est, et ipse colens intendit: at hoc licitum videtur: multi enim S. Martyres ore tenus fidem negare, et idolis sacrificare visi sunt: ita vt qui videbant, purarent hoc reuera eos facere; et tamen quia faciebant animo, vel irridendi Tyrannos, vel idola euertendi, innocenter faciebant. Sic Iulianus Martyr, vt Surius refert, (5) finxit vel-

(5) Sub die viiii. Ianuarii.

velle se Diis sacrificare; vt oratione sua secundum quod praeciderat, omnia idola comminueret, et omnes idolorum sacerdotes sub templi ruina opprimeret: quod adeo serio visus est velle facere, vt praeses crederet, reuera cum Diis sacrificare velle. Sic pariter septem mulieres sanguinem Sancti Blasii colligentes, deprehensae, quod Christianae essent, dixerunt velle se idolis sacrificare, vt idola perderent. Sic et Eusebius Vercellensis Episcopus, qui finxit se haereticum Arianum esse, vt nomen S. Dionysii Episcopi Mediolanensis deleret de catalogo haereticorum.

Vndecimo, ducunt tamquam huius simulationis testem Apostolum in i. ad Corinth. 9. v. 10. de se dicentem: »factus sum tamquam Iudaeus, vt Iudaeos lucrifer: iis, qui sub lege sunt, tamquam sub lege essem (quum ipse non essem sub lege) vt eos, qui sub lege erant, lucriferem: iis, qui sine lege erant, tamquam sine lege essem (quum sine lege Dei non essem, sed in lege essem Christi) vt lucriferem eos, qui sine lege erant. . . . »omnibus omnia factus sum, vt omnes facerem saluos.« Ergo Paulus licitum sibi iudicabat cum Iudaeis simulare se Iudaeum esse, cum Gentilibus Gentilem, vt eos Christo lucriferet: igitur et hoc licebit omni fideli, nempe veram religionem coram Tyranno simulare, vt eos professores ad Christum trahat.

Duodecimo: Honorati argumentum est, Episcoporum praesentiam, grassante persecutione, nihil aliud efficere, nisi vt irriterentur magis persecutores; ita vt pastoribus spectantibus vir cadar, foeminae construpentur, Ecclesiae incenduntur: ergo sine culpa fugam tunc ille arripere. Haec obiciunt.

Quorum omnium primum, si quid valeret, concluderet quoque, quod quum Deus humiliatus sit, et factus obediens pro nobis, non posset ex nobis requirere humilitatem, obedientiam; et mandatorum obseruantiam. Sicut ergo ista requirit a nobis, et quia ipse prior pro nobis fecit, et quia ipsius maiestati, et excellentiae debeat: ita, quum oportuerit, pro ipso mori debemus; et quia ipse pro nobis mortuus est, et quia hoc ei debetur, vt eum plus diligamus, quam animam nostram, et vt pro eius honore tuendo eam tradamus. Si enim, vt dicitur in i. Ioan. 3. v. 16.: »quoniam »ille animam suam pro nobis posuit, et nos debemus pro fratribus »animas ponere.« quanto magis eas ponere debemus pro ipso, eiusque honore tuendo?

Neque hinc sequitur, Deum, id nobis praecipientem, crudelium esse, sed iustum: iustum enim est, ut animam nostram pro eo ponamus, qui animam suam pro nobis posuit. Et sicut crudelis Deus non fuit, quum filium suum pro nobis tradidit: sic neque crudelis est dum a nobis exigit, ut pro eius fide, ac honore tuendo vitam tradamus.

Non ergo a nobis sanguinem nostrum sine causa exigit Deus, nec sine causa vult nos perire: sed vult nos perire temporaliter, ne in aeternum moriamur: imo ut in aeternum viuamus, iuxta illud Matth. x. : »qui perdidit animam suam propter me, inueniet eam.« Et Ioan. xii. : »qui amat animam suam, perdet eam; et qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam aeternam custodit eam.«

Ad secundum dicendum, falsum esse quod assumitur probandum: nam fidem non negare non est necessarium tantum propter proximum, sed propter ipsum Deum, cuius honorem tueri debemus. Deinde et propter utilitatem spiritualem proximi vitam corporis tradere tenemur, iuxta laudatum dictum Ioan. i. cap. 3. : »quoniam ille (Christus) animam suam pro nobis posuit, et nos debemus pro fratribus animas ponere.«

Tertium sic soluendum est: nequaquam licere falsam religionem exterius simulare; atque Iehu sic facientem, vere peccatum mendacii commisisse. Commendatur tamen, et temporaliter a Deo remuneratur, non pro simulatione, sed pro zelo destruendi cultum Baal. Finis itaque fuit rectus, sed medium iniquissimum. Consultatur S. Thomas, (6).

Quarto respondendum: quod nullo in casu licitum est facere, quod est malum ab intrinseco, sicut mentiri, et maxime quando agitur de causa Christi, et Ecclesiae. Tunc enim, non ob auctoritatem interrogantis, sed ob Dei, et Christi honorem, pro quo testis vocatur, nec dissimulare, nec negare Christianus potest. Sic Christus mittens Apostolos suos testes in omnem terram eos praemonuit, ut non timerent, sed coram Tyrannis veritatem fiterentur: in Apostolis autem Ecclesiam, eiusque singula membra edocuit, ut ante praesides, ac iudices verba spiritus veritatis, non mendacii loquerentur.

Quinti argumenti solutio ex eodem Psalmo sumpta est: post verba enim adducta prosequitur regius vates dicens: »qui non egit do-
lum

(6) Secunda Sec. quaest. iii. art. 1. ad secundum.

lum in lingua sua.« Cui consonat Paulus scribens: »ore autem confessio fit ad salutem.« Quod vero addunt de Christi Domini silentio coram Herode, et Pilato, hanc habet solutionem: quod nempe tunc non de fide Dominus interrogabatur; ut supra Lucae xxiii. et Ioan. xviii. quando ad interrogata respondit: Fuitque in ceteris eius silentium singularis humilitas, summa prudentia, ac derisionum, contumeliarum mortisque contentus.

Quae in sexto loco citantur exempla, nihil conuincunt. Thamar enim non potest a peccato excusari; vere enim mendacium fuit simulatio, qua finxit se meretricem. Quod autem Iudas eam laudauit, dicens, »iustior me est,« noluit significare eam non commisisse peccatum, quum simulauerit se meretricem, ut ipse fornicarie accederet ad illam; sed solum indicare quod minus peccauerit, quam ipse.

Ast Davidis simulatio mendacium non fuit, ut docet S. Thomas; (7) »sed fictio figuralis:« figurabat siquidem vel Dei transformationem in Incarnatione; vel Christi in Eucharistia, ut exponit Augustinus. (8)

Ad septimum dicendum: legales caeremonias post Christi mortem fuisse quidem mortuas, sed non statim mortificas; ideoque potuisse per aliquod tempus vere, et absque vlla simulatione obseruari. Hinc esto ritus Mosaei illo tempore non obligarent, adhuc tamen erant liciti, poterantque obseruari: at idololatrici ritus, vel alicuius sectae per se falsae, mortiferi, et illiciti sunt; et ideo sicut istos Apostoli numquam permiserunt, et sicut modo non permitteretur Neophyto Iudaeo, ut ritus iudaicos adhuc exterius seruaret, ita nec permitti poterit obseruantia, vel simulatio rituum sectae, quae vel semper fuerit, vel modo sit mortua simul, et mortifera.

Octaui solutio est: nec Elisaeus concessit, nec Naaman perit ab eo, ut cum Rege idolum adoraret: sed quum esset famulus, cui in officium erat Regem sustentare, etiam dum adorabat, scrupulo motus, an sibi hoc liceret, Elisaeum consuluit; a quo hoc accepit responsum, »vade in paces;« seu ne super hoc anxieris. Et prudenter quidem: nam si famulus solitus seruitium domino praestaret, vel Pagano, vel haeretico, tam intra, quam extra templum, officio utique ciuili, ipso in templo genuflectente, quoniam id officium postulat, genuflecterat, nullius criminis reus est: erit hoc materialiter (si sic loqui licet) adorare; quandoquidem non ut idolo cultum praes-

(7) Secunda Sec. quaest. iii. art. 1. ad secundum. (8) In Psal. xxxiii. Serm. 1.

praestet hoc facit, sed vt Domino solitum exhibeat famularum.

Equidem Ioseph, et Daniel, quorum primus, vt minister Regis Aegypti, secundus, vt famulus Regis Babylonis, praefatos Reges, tam extra, quam intra templum comitabantur, spectatores aderant sacrificiis absque idololatriae labe.

Neque huic doctrinae contrarium est, quod Innocentius XI. statuit; videlicet peccare famulum, qui submissis humeris scienter adiungat herum suum ascendere per fenestras ad strupandum virginem aperiendo ianuam, vel deferendo scalam; et oppositum sentientes damnat. (9) Non enim ex hoc sequitur peccare cum famulum, qui domino deseruiret in actione per se non ordinata ad idololatrium sacrificium; vti ministrando ignem, vinum, cetera; nam delatio scalae, vel ianae apertio ad strupum ea in circumstantia ordinatur: actio autem illa famuli, etiam in templo, ex sui natura moraliter indifferens est, et abusus domini famulus cooperator non est, sed solum spectator, et muneris tantum suo intentus implendo.

Nonum duplici hac via potest solui. Prima: quod Abyssinorum Ecclesia schismatica est, ac multis erroribus contaminata; quos Romana Ecclesia prorsus detestatur: vnde nihil inde concluditur. Secunda: dato quod apud Abyssinos Catholicos pueri etiam nunc circumcidantur, hoc non faciunt in protestationem iudaicae caeremoniae, vel in eiusdem obseruantiam, sed ad dolorem, quem Christus in Circumcisione passus est, imitandum. Hinc, si Ecclesia talem ritum tolerat, non ritum damnatae sectae, sed pietatis protestatum tolerat.

Ad decimum principio dicendum: quod, qui exterius falsae religionis cultum simulat, etsi animo falsam religionem non protestetur, facto sane protestatur. Nam Christi fidem exteriori facto negat, quem nedum interiori, sed exterius confiteri debet, atque tueri: ideoque in re graui mentitur, Deo honorem debitum subtrahit, et fidem in proximis, quantum est in se, facit periclitari.

Ad exempla autem Sanctorum Martyrum sunt qui reponant, eos hoc fecisse speciali Spiritus Sancti motione; quemadmodum de quibusdam Sanctis foeminis legitur mortem sibi consciuisse, ne violarentur: quod tamen in regulam trahendum non est. Quae responsio facilis esset, ac expedita, si mente assequi posset, posse aliquem ex Spiritus Sancti motione mentiri, sicut potest se occidere. Enim se

ip-

(9) Proposit. 11.

ipsum occidere non ita peccaminosum est, vt a labe purgari non possit; si non fiat priuata auctoritate, sed publica, et maxime Dei, qui mortis, et vitae dominus est: at mentiri ex sui natura ita malum est, vt nequeat a malitia purgari: quare nequit aliquis mendacium ex Spiritus Sancti motione proferre.

Itaque praefata Ss. Martyrum gesta, seu dicta, a mendacio liberanda sunt. Quod vt commodius praestemus, aduertendum ex Augustino, (10) quod »mendacium est falsa significatio cum voluntate fallendi: non est autem falsa significatio, vbi etsi aliud »ex alio significatur, verum est tamen, quod significatur, si recte intelligatur.« Sic si aliquis ironice, vel tropice diceret, quod non statim intelligatur apud incautos, vel non sufficienter attendentes; dummodo ex processu discursus, vel facti, qui audit, si bene attendat, possit in cognitionem veritatis venire; qui sic loquitur, dummodo fallendi voluntatem non habeat, nec causa deceptionis est, neque mentitur; licet praeuideat plurimos incaute ac temere fore decipiendos.

Hoc igitur pacto Ss. Martyres se gesserunt. Iulianus quidem adeo patenter totius facti telam ironice contextit, vt qui praesentes aderant non solum ex praecedente eius constantia, ex multitudine miraculorum, et irrisionibus, quibus idola subsanauerat, sed et ex formulis verborum dignoscere possent, si animum vertissent, verba, quibus vtebatur, illusoria esse. Quod si decepti fuere, ipsorum crassae, supinaeque intelligentiae tribuendum est.

De illis autem septem mulieribus, eas quidem illusorie fuisse loquutas, apertum est: quum sciamus petiisse illas, idola elandi in sacco et dari sibi; ex qua petitione facile conicere Praeses, aliisque potuissent, id ab eis nec serio dici, nec fieri.

De S. Eusebio Vercellensi haud adserere dubitarem, alios Theologos sequutus, peccasse illum se Arianum mentiendo, tamen si ex fine bono; neque enim sanctissimos viros impeccabiles in hac mortali vita omnino facimus. Sed malum in eius defensionem respondere, promissionem Eusebii de Arianismo amplectendo ironicam fuisse, et facillime ab Arianis, si attendere voluissent, intelligi potuisse. Agnita siquidem eis erat Eusebii displicentia de Dionysii subscriptione: agnita quoque Eusebii constantia in Athanasii defensionem: vnde asseuerando se subscripturum fore, si nomen Dio-

Tom. III.

Zz

ny4

(10) In lib. cont. mend. cap. 11.

nysii deleissent, facili negotio comprehendere potuissent illusorie eum, non serio loqui. Quod ita certe euenit, vt Ambrosius narrat. (11)

Vndecimo argumento, quod Priscillianistarum erat, responder Augustinus: (12) quod S. Paulus ait, omnibus omnia factus sum, vt omnes lucrifacerem, »compatriendo id fecit, non mentiendo. Fit enim quisque tamquam ille cui vult subuenire, quando tanta misericordia subuenit, quanta sibi subueniri veller, si esset ipse in eadem miseria constitutus. Itaque fit tamquam ille, non quia falsit illum, sed quia se cogitat sicut illum, » cett.

Debet igitur vir Apostolicus, dum agit cum professoribus falsae sectae ex charitate fieri sicut ipsi compatriendo eorum errori, vt eos Christo lucrifaceret; non autem fieri sicut ipsi, aliquid eorum ritibus, si superstitiosi sint, et falsae sectae protestatiui, admittere, aut suis Neophytis indulgere. Horum primum Paulus fecit. Quapropter, quum Missionarii nonnulli apud Sinas concederet Neophytis ex illa gente conuersis, vt quosdam retinerent ritus, quos ante conuersionem obseruabant; quum demum constiterit superstitiosos esse, Ecclesia eos anathematizauit.

Ad vltimum responder Augustinus: »propter huiusmodi, quae incerta sunt, non deberi nostri officii esse certam desertionem. »Si certa mala illa forent, quae in argumento sunt allata, omnes absdubio fugam arrepturos, atque Antistiti tunc non futuram mandendi necessitatem: magis timendum ne lapides viui extinguantur deserentibus Episcopis, quam ne illis praesentibus incendiantur lapides, et ligna terrenorum aedificiorum: maius fore detrimentum, »si interiori sensu pareat castitas fidei, quam si foeminae violenter construpentur in carne: denique in persecutione magnum fieri in Ecclesia viriusque sexus concursum, aliis baptisma flagitantibus, aliis reconciliationem, aliis quoque poenitentiae ipsius actionem, omnibus consolationem, Sacramentorumque erogationem. » Haec Augustinus. (13) Atque quaerenti, insuper, num liceat fugere, vt seruentur alii, qui residuis fidelibus ministrent; responderet: quod quando est commune periculum, cauendum Episcopo ne magis fugiendi obsit exemplo, quam viuendi prosit officio. Fugiendum si

(11) Serm. LXXVIII.

(12) Lib. cont. mend. cap. 12:

(13) Epist. ad Ho. not. nunc CCXXVIII.

sint alii, qui ecclesiasticum ministerium suppleant: quod si desint, non est Ecclesiae nauis deserenda. Alia insuper resoluit his similia.

SCHOLIION.

Et hac quidem, quam hucusque tradidimus, doctrina innumera ferme, quae in theologicis scriptis vtramque implent paginam, soluta sunt. Obiicienti enim, licere veste ad protestationem falsae sectae insitura vti, quandoquidem Ioseph, et Daniel his vestibus vsi sunt, ex dictis occurri potest, adserendo, vestes illas honoris tantum fuisse, in quibus nulla est fidei denegatio; cuiusmodi absdubio reperitur in vsu vestium ad falsae Religionis protestationem institutarum.

Opponenti praeterea, licere viro catholico templa adire infidelium, et haereticorum ex motiuo legis a Principe latae, qua iubentur omnes templa ingredi, ibi cum infidelibus psallere, eorumque caeremoniis superstitiosis assistere, in suae sectae protestationem, quoniam indifferens hoc est; ex dictis responsum esto, in his circumstantiis esse exterius falsam Religionem profiteri, proindeque malum intrinsece. Cui responsioni suffragatur decretum Pauli, quo formulam iuramenti a Rege Angliae praescripti, his verbis irritauit: »cogimur monere vos, et obtestari, vt nullo pacto ad templa haereticorum accedatis, aut eorum conciones audiat, vel cum ipsis in ritibus communicetis: non enim licet vobis hoc facere sine detrimento diuini cultus, et propriae salutis.»

Rursus obiicienti, licere catholico ad occultandam fidem vincti coram infidelibus cibis prohibitis, respondendum iuxta dicta: quod si ab haereticis inuitatur animo experiendi cuiusnam Religionis sit professor, et hoc ipsi innotescit: haud debet cibos illos comedere. Tunc enim inuitatio illa interrogatio circa eius fidem esset; atque comedendo responderet se haereticum esse; proindeque testis falsus esset, Deo, et fidei iniurius. Non ita si ab haereticis nescientibus eum esse catholicum inuitatur eo tantum animo, vt eum prandeat: tunc siquidem vrget solum praecipuum ecclesiasticum, quod non obligat cum adeo imminenti periculo.

Quidni autem si catholico ea die non adessent alii cibi, vel eadem denegarentur; ita vt si cibis vetitis non vteretur, mortis periculo sese subliceret? Reponendum ex dictis: quod si aliterius cibi defectus ex industria ab haereticis disponitur, vt eius fidem experian-

riantur, debet, Eleazari, et Martyris Luciani exempla emulando, mortem potius subire, quam fidem suam maculare. Extrat enim eo casu diuinum praeceptum, a cuius adimplerione haud video quomodo quis possit dispensari.

Sequitur et ex doctrina tradita tria potissimum peccata virtuti fidei esse opposita, scilicet infidelitatem, haeresim et apostasiam. Quis enim non assentitur rebus a Deo reuelatis, vel Fidem, et Baptisma nunquam suscepit, vt Paganus, Mahometanus, et Iudaeus; et carentia fidei in eo dicitur infidelitas; vel ex parte recedit a fide, quam amplexus fuerat, et priuatio fidei in eo dicitur haeresis; vel denique catechumenus, vel baptizatus totaliter fidem, et auctorem eius Christum abiecit, transitque sine ad Paganismum, siue Mahumerismum, siue Iudaismum; et illa fidei abdicatio dicitur apostasia. Ad di possit quarta peccati contra fidem species, nempe Atheismus, quo quis nullum agnoscit Deum, ne quidem falsum: quae tamen ad Paganismum reducitur. Sed haec obiter.

CAPVT VI.

Num infideles, atque haeretici compellendi ad fidem sint.

Haud possunt Christiani Principes subditos sibi infideles compellere ad fidem.

At haeretici, et apostatae poenis etiam temporalibus coërcendi ad fidem sunt.

Constat prior propositio ex illo Matth. x. et Luc. item x. vbi mittens Dominus ad praedicandam fidem, iis etiam, qui ex lege data Messiam recipere tenebantur, armauit eos, non vi coactiua, et terrificata delendi idololatrias, quali munuit Israëllitas, Deut. vii. dicens: «haec facietis eis: aram eorum subuertite, et confringite statuas, «locosque succidite, et sculpilla comburite:» sed communiuit eos potestate miracula faciendi, vt his hominum intellectum illuminarent, docerentque credibilem esse quam nuntiabant, fidem. Munuit et mansuetudine, eos tamquam agnos in medio luporum mittens, vt gentium feritatem emollirent, eorumque voluntates flecterent.

rent. Voluit, vt intrantes domum, pacem primo offerrent, dicentes, «pax huic domui:» quod si pacem noluerint, non dixit, vt eis bellum, vimque intimerent; sed «pax vestra, ait, reuertetur ad vos.» Si ciuitas, vel domus eos recipere detrectauerit, vel audire, dixit: «exeuntes foras de domo; vel ciuitate, excutite puluerem de pedibus vestris:» ac tantum voluit, vt eos monerent. Neque eis dixit, quod Israelitis Deuter. xx. vt ciuitatem illam oppugnarent, et percuterent in ore gladii omnem animam, quam in ea inuenirent: imo, quum Lucae cap. ix. Samaritani cum recipere nolissent, dicentibus Iacobo, et Ioanne, «domine, vis, dicimus, vt ignis descendat de coelo, et consumat illos:» increpans eos respondit: «nescitis cuius spiritus estis: filius hominis non venit animas perdere, sed saluare.»

Nec est cur aliquis dicat, hoc esse exponendum de infidelibus non subditis: nam Apostoli mitrebantur ad oues, quae perierant domus Israel, quae quidem lege tenebantur Christum, vt Messiam, recipere, eique subiecti, qua etiam Rex Christus erat, et tamen potestate regia erga illas noluit vt. Vnde Ioan. xviii. Pilato ipsum interroganti: «ergo Rex es tu?» respondit: «tu dicis, quia Rex sum ego.» Sed addit: «ego in hoc natus sum, et ad hoc veni in mundum, vt testimonium perhibeam veritati.» Quasi diceret: non veni, vt homines regia auctoritate compellerem, sed vt veritatis testimonium eos lucraret.

Hanc prouidentissimam Christi institutoris regulam Ecclesia perpetuo sequuta est, infideles subditos, monendo quidem, sed si fidem suscipere nolint, patienter tolerando: quemadmodum Romae etiam Iudaeos secundum suos ritus viuere sinit.

Eapropter, quum Rex Hispaniarum Sisebutus Iudaeos ad fidem Christi suscipendam compellere coepisset, sancitum est a Concilio Toletano iii: (1) «de Iudaeis autem hoc praecipit Sancta Synodus, nemini deinceps ad credendum vim inferre. . . . Nec enim tales inuiti saluandi sunt, sed volentes, vt integra sit forma Iustitiae. «Sicut enim homo propria arbitrii voluntate serpenti obediens perit; sic vocante gratia Dei propriae mentis conuersione homo quisque credendo saluatur. Ergo non vi, sed libera arbitrii voluntate, vt conuertantur, suadendi sunt, non potius impellendi.»

Nec vero huic obest, quod Synodus verbis sequentibus vocet

SI-

(1) Cap. lvii.

Sisebutum Principem religiosissimum. Fuit enim Sisebutus Princeps vere religiosus; ac ex religionis zelo motus iudicauit compellendos ad fidem Iudaeos; et Synodus merito zelum eius pro fide laudat; sed minime laudat compulsionis medium, quo vsus fuerat: alioquin Synodus non prohiberet, quod laude dignum iudicaret.

Hoc idem adscribitur dist. xlv. cap. *qui sincera*: ubi S. Gregorius dicit, quod »qui extraneos a christiana religione ad fidem rectam »cupiunt perducere, blandimentis, non asperitatibus debent studere.« Et alio in loco ipse Gregorius inquit: (2) »noua et inaudita est ista praedicatio, quae uerbis exigit fidem.« Clemens III. (3) »statuimus, ait, ut nullus inuitus, vel nolentes Iudaeos ad Baptismum venire compellatur.« Et Innocentius III. (4) »id est, inquit, religioni christianae contrarium, ut semper inuitus, et penitus conuincens ad recipiendam, et seruandam christianitatem aliquis compellatur.« Ambrosius: (5) »eos, scilicet Apostolos, dicit, enim misit ad seminandam fidem, qui non cogent, sed doceant.« Idem tradidit Chrysostomus, (6) et Augustinus, (7)

Accedit multiplex ratio. Prima est: quoniam, ut S. Thomas docet, (8) »credere uoluntatis est: ut enim Paullus ait ad Rom. x. v. 10: »corde creditur ad iustitiam: atque, ut ipse S. Thomas exponit, (9) »uoluntate creditur ad iustitiam. Nam cetera, quae ad exteriorem Dei cultum pertinent, potest homo nolens, sed credere non potest nisi uolens. Intellectus enim credentis non determinatur ad assentiendum ueritati ex necessitate rationis, sicut intellectus scientis, sed ex uoluntate: et ideo scire non pertinet ad iustitiam hominis, quae est in uoluntate, sed credere.«

Secunda ratio: ut coactio legitima sit, debet compellens iurisdictionem in eos habere, qui coguntur; alioquin erit potestatis usurpatio: at christiani Principes, imo Ecclesia ipsa, nullam iurisdictionem habet in eos, qui fidem nunquam susceperunt, secundum illud 1. ad Corinth. 5. : »quid mihi de iis, qui foris sunt iudicatis?« Et ut docet Concilium Tridentinum: (10) »Ecclesia in neminem iudicium exerceat, qui non prius in ipsam per Baptismi ianuam fuerit ingressus.«

(2) Lect. III. Epist. 93.

(3) Cap. *Sicut Iudaei*, tit. de Iudaeis.(4) Cap. *Maiores*, tit. de Bapt.

(5) In cap. x. Lucae.

(6) Hom. xxxiiii. in Matth.

(7) Scrm. xxi. de uerb. Dom. cap. 22.

(8) Art. 8.

(9) Lect. II. in Epist. ad Rom.

(10) Sess. XIII. cap. 2.

Et quidem quod ad seculi Principes attinet, etiamsi habeant potestatem politicam in sibi subditos, non tamen habent potestatem eos ad fidem compellendi. Non enim acceperunt potestatem hanc iure naturae, quum fidei praeceptum supernaturale sit; nec insuper ex lege aliqua posita a Christo instituta, quum, ut ostensum est, oppositum Christus instituerit, seruandumque suis Apostolis praeceperit.

Tertia ratio: quia si haec potestas esset, tenerentur christiani Principes ad fidem compellere infideles; praeceptum enim charitatis obligat, quum licite possumus proximos liberare ab imminente ruina, quum corporis, tum animae, nolentes etiam: ac multo magis Ecclesia, et Principes, qui legum humanarum, et diuinarum custodes sunt.

Et hinc sequitur, teneri christianos Principes infideles non baptizatos, sibi tamen subditos, ad obseruandam legem naturae compellere, quod hic etiam inquiri solet. Liqueat autem id praecipis exemplo Imperatorum pietate, et religione insignium, qui hac potestate vsi sunt; ut Constantinus qui legem tulit, (11) qua praecipit, ut claudantur Paganorum templa ne idolis sacrificent, cetera. Quam praeterea legem Valentinianus, alique Caesares confirmauerunt; et ualde laudant Ambrosius, (12) et Augustinus. (13) His legibus similes alias condidit Iustinianus. Imperatoribus sese iunxerunt Concilia, quae toto conatu idololatriae reliquias extinguerent studuerunt. Ex his est Carthaginense V. (14)

Suffragatur ratio: quoniam omnes nationes gentium legem aliquam ediderunt aduersus uitia pacem Reipublicae derurbantia; maxime contra blasphemos in Deos suos: ut constat ex Cicerone. (15) Et Plato (16) statuit, quod qui blasphemum audiret, Deum defenderet, et Magistratum nuntiaret. Indi quoque Occidentales, qui modo Hispaniae nostrae Regibus maiori ex parte obediunt, quibusdam legibus olim adulteros, sacrilegos, et blasphemos puniebant. Erant igitur potiori titulo in christiano Principe potestas vindicandi blasphemiam contra uerum Deum, et uitia contra naturae legem. Nam finis potestatis gubernatiuae est Reipublicam in pace, et iustitia continere, eam inducendo, ut secundum rationem, et uirtutem uiuatis quod

(11) In 1. Cod. de Paganis.

(12) Epist. xxx. ad Valenciam.

(13) Epist. cxv. ad Vincent. cap. 3.

(14) Cap. xv.

(15) De legibus.

(16) De Legib. cap. x.

quod sine cultu veri Dei, et legis naturalis obseruantia haberi nequit, docente S. Thoma, (17) fundamentum omnis recti regiminis esse cultum veri Dei. Vnde iure Gregorius XIII. in sua Constitutione, quae incipit: «antiqua Iudaeorum improbitas, potestatem dedit haereticæ prauitatis Inquisitoribus libere procedendi contra Iudaeos, aut alios infideles non baptizatos, plurimis in casibus ibidem relatis, videlicet: «si quis Iudaicus, aut infidelis, in his, quae «circa fidem cum illis nobis sunt communia, veluti Deum vnum, «et aeternum, omnipotentem, creatorem omnium visibilium, et invisibilium, et similia, non esse adseruerit, praedicauerit, vel priuatum alicui insinauerit. Si daemones inuocauerit, consuluerit, aut eorum responsa acceperit, ad illius sacrificia, aut preces obditulationem, aliamue causam dixerit, aut quid eis immolauerit, vel turis, alteriusue rei fumigationem obtulerit, «cert. Quibus pater potestas adigendi fideles non baptizatos ad obseruantiam eorum, quae nobis et illis communia sunt, consequenterque naturae lege praescripta.

Nec contra haec facit quod opponi solet: scilicet: lex naturalis non comparatur ad hominem, vt homo subditur homini, sed solum vt subditur Deo, qui solus condidit, et solum potest condere talem legem; proinde Paganus soli Deo in obseruantia legis naturae subditus est. Non inquam facit; nam esro non subdatur homo homini, vt legis naturae auctori, subditur tamen illi, vt custodi a Deo pro eius obseruantia constituto. Homo enim habens principatum in subditos, non est quidem legis naturae auctor, sed solus Deus; est tamen a Deo constitutus, vt eius obseruantiam in sibi subditos promoueat.

In quo certe discrimen inter legem naturae, et euangelicam apparet. Cur scilicet, Princeps constitutus sit a Deo custos pro legis naturae adimplerione apud quoscumque sibi subditos; non ita pro obseruatione legis euangelicae apud non baptizatos. Etenim ab infidelibus non baptizatis Euangelii lex non est acceptata; ideoque Ecclesia, vel christianus Princeps eos obligare non potest tanquam custos. At infideles etiam non baptizati naturalem legem vna cum rationis vsu acceptauerunt, et professi sunt: quis enim homo si rationis compos est, his principis non assentitur: «vlendum est secundum rationem: et quod tibi non vis, alteri ne feceris? «

Hae-

(17) De regim. Princip. cap. 16.

Haereticos autem, et Paganos poenis etiam temporalibus adhibitis ad fidem compellendos esse, secunda propositio resoluit. Contrarium olim Augustinum tenuisse exploratum est, ipso dicente: (18) «mea primitus sententia non erat, nisi neminem ad vnitatem «Christi esse cogendum, verbo esse agendum, disputatione pug-
«nandum, ratione vincendum, ne victos catholicos haberemus, quos
«apertos haereticos noueramus. « Verum hanc suam sententiam falsam esse, potiusquam contradicentem verbis, experientia, et exemplis se cognouisse confitetur; quum in sua ciuitate, «quae, inquit,
«quum tota esset in parte, (seu schismate) Donati, ad vnitatem
«catholicam timore legum imperialium conuersa est: « tum quoque plurimorum, qui siue humano respectu, siue consuetudine, siue securitate, siue maledicorum dictis, siue quia in errore nati, in eo detinebantur, quibus legum terror oculos aperuit veritati.

Quia autem Donatistae opponebant: «non inuenitur exemplum
«in euangelicis, et apostolicis litteris, aliquid petrum a Regibus
«terrae pro Ecclesia contra inimicos Ecclesiae: « Respondet Augustinus, (19) «hoc verum esse; sed quia nondum implebatur illa
«prophetia: et nunc Reges intelligite, erudimini qui iudicatis terram: seruite Domino in timore. Adhuc enim illud implebatur, «quod in eodem Psalmo paulo superius dicitur: astiterunt Reges
«terrae, et Principes conuenerunt in vnum, aduersus Dominum, et
«aduersus Christum eius. Verumtamen si facta praeterita in prophetis libris figurae fuerunt futurorum in Rege illo, qui appellatur Nabuchodonosor, virumque tempus figuratum est, et quod
«sub Apostolis habuit, et quod nunc habet Ecclesia, « cert.

Itaque prioribus Ecclesiae temporibus Imperatores infideles iniuste persequebantur pios fideles; posterioribus vero Imperatores fideles iuste persequantur impios infideles, mitiori tamen poena: nam illi poena capitis fideles muletabant, vt eos perderent; isti poena infideles coercerent, vt eos saluent.

Quod si quis audire iterum Augustinum velit, ipsum adeat; praesertim verba illa Lucae XIII: «exi in vias, et sepes, et
«quos inuenieris coge intrare; sic exponem: (20) «quos inuenieris, vt dignentur, noli expectare, coge intrare. Magnam
«coenam, magnam domum parauit; non ibi parior locum vacare.

Tom. III.

Aaa

«Ve-

(18) Epist. nunc XIII. ad Vinc. c. 5. (20) Serm. de verb. Dom. modo cxi.

(19) Ibidem cap. 5. cap. 7.

» Venerunt de plateis, et vicis gentes. Veniant de sepiibus haereticis:
 » hic inueniunt pacem. Nam qui construunt sepes, diuisiones quae-
 » runt. Trahantur a sepiibus, euellantur ab spinis. In septibus hae-
 » serunt, cogi nolunt. Voluntate inquirunt nostra intremus. Non hoc
 » Dominus imperauit: coge, inquit, intrare. Foris inuenitur ne-
 » cessitas, nascitur intrus voluntas. Igitur Augustino docente, hae-
 » retici, et apostatae, si ad fidem, ac Ecclesiam redire recusant, po-
 » nis etiam temporalibus coercendi sunt.

Augustinum autem sequitur S. Thomas, (21) ubi postquam do-
 cuit, infideles, qui nunquam fidem susceperunt, non esse compellen-
 dos vt credant, subiungit: » alii vero sunt infideles, qui quan-
 » doque fidem susceperunt, et eam profitentur, sicut haeretici, et
 » quicumque apostatae: et tales sunt etiam corporaliter compellen-
 » di, vt impleant quod promiserunt, et teneant, quod semel sus-
 » ceperunt. «

COROLLARIVM.

Quae autem in prima adsertionis probationem diximus, subin-
 ferre praeterea videntur, christianos Principes nullum ius habere in-
 fideles non subditos compellendi ad fidem, neque puniendi peccata
 illorum, quae cum naturae lege pugnant. Enim si subditos infide-
 les non baptizatos non possunt christiani Principes compellere ad fi-
 dem suscipiendam, multo minus infideles non subditos: et sicut sub-
 ditos non possunt punire ob peccata contra naturae legem patrata,
 priusquam legem ferant, nec poterunt punire non subditos, quos
 non valent obligare ad aliquam legem iam latam adimplendam.

Nec facit quod Sepulueda dicit: nimirum, filios Israel, Deo iu-
 bente, bella contra Chanaanos gessisse, eosque occidisse propter
 idololatriam, similiter et plurimas alias infidelium nationes. Nam Is-
 raelitae speciale Dei mandatum habuere, qui quum sit omnium Do-
 minus, voluit media illarum gentium interuentione tradere Israe-
 litis earum possessiones: ideoque hoc illis licitum fuit. At circa E-
 uangelii promulgationem oppositum Deus gentibus disposuit, vt dic-
 tum supra est.

Nec etiam obest dicere, quod si Hispaniae nostrae Rex mo-
 do Africanos inuaderet, eosque feliciori euentu ac anteacta habuit
 expeditio, vinceret, eosdem punire posset propter peccata antea

(21) Secunda Sec. quaest. x. art. 2.

commissa. Siquidem posset vtiq; eos punire, non quidem ob pec-
 cata infidelitatis, vel contra legem naturae patrata, sed propter com-
 missa contra Regni sui iura: vel tanquam iniustos usurpatores regio-
 rum, quae quondam sub iurisdictione christianorum Principum fuere.

CAPVT VII.

Contraria his adsertionibus momenta adducit, et diluit.

Religiose, et vtiliter facere christianos Principes infideles subditos
 compellentes, vt fidem christianam amplectantur, Ioannes Duns Sco-
 tus docuit. (1) Hanc autem sequuti sunt Gabriel Sepulueda Chro-
 nista Caroli V. alique pauci. Qui doctrinae apta consequitione ten-
 uerunt quoque, posse Principes christianos infideles, etiam non
 subditos ad fidem compellere, et eorumdem contra naturae legem
 peccata punire. Quin et posse eosdem sui bonis, et dominio ex-
 poliare Hostiensis, et Harmacanus existimarunt, putantes fidem di-
 uinam esse fundamentum domini, proindeque qui fide carent, et ca-
 rere dominio.

Quibus autem momentis opiniones istas communiunt? His scilicet:
 I. : Lucae xiii. legitur: hominem, qui fecit coenam magnam,
 quum deessent conuiuae, qui replerent mensam, seruo praecipisse
 dicentem: » exi in vias, et sepes, et compelle intrare. « At hi, qui
 sunt in viis et sepiibus, gentilis populus sunt, sicut qui in plateis,
 et vicis, populus iudaicus: compelli igitur Gentiles ad fidem, et Ec-
 clesiam possunt.

II. : saepe Deus minis, et terroribus aliquos ad fidem induxit: vt
 Saulum, Act. ix. Quo exemplo vtitur Augustinus, vt doceat, (2)
 infideles prius lenitate traxisse, nimirum praedicatione, et miracu-
 lis: postea tamen, quum huiusmodi non processent, terroribus com-
 pulsisse.

III. : omnes tenentur euangelicam legem suscipere: ergo omnes
 etiam ad eam suscipiendam compelli a Principibus possunt: sicut qui
 eam semel susceperunt, ad eam seruandam. Accedit: quod possunt
 Principes in sua ditione leges condere erga Dei cultum, quae non
 sint legi naturae contrariae: Possunt insuper humanas leges condere,
 atque ad has seruandas suos compellere subditos: igitur et possunt

Aaa 2

suis

(1) In iii. Sent. dist. 4. q. ult.

(2) Epist. nunc cxxxv.

» Venerunt de plateis, et vicis gentes. Veniant de sepiibus haereticis:
 » hic inueniunt pacem. Nam qui construunt sepes, diuisiones quae-
 » runt. Trahantur a sepiibus, euellantur ab spinis. In septibus hae-
 » serunt, cogi nolunt. Voluntate inquirunt nostra intremus. Non hoc
 » Dominus imperauit: coge, inquit, intrare. Foris inuenitur ne-
 » cessitas, nascitur intrus voluntas. Igitur Augustino docente, hae-
 » retici, et apostatae, si ad fidem, ac Ecclesiam redire recusant, po-
 » nis etiam temporalibus coercendi sunt.

Augustinum autem sequitur S. Thomas, (21) vbi postquam do-
 cuit, infideles, qui nunquam fidem susceperunt, non esse compellen-
 dos vt credant, subiungit: » alii vero sunt infideles, qui quan-
 » doque fidem susceperunt, et eam profitentur, sicut haeretici, et
 » quicumque apostatae: et tales sunt etiam corporaliter compellen-
 » di, vt impleant quod promiserunt, et teneant, quod semel sus-
 » ceperunt. «

COROLLARIVM.

Quae autem in prima adsertionis probationem diximus, subin-
 ferre praeterea videntur, christianos Principes nullum ius habere in-
 fideles non subditos compellendi ad fidem, neque puniendi peccata
 illorum, quae cum naturae lege pugnant. Enim si subditos infide-
 les non baptizatos non possunt christiani Principes compellere ad fi-
 dem suscipiendam, multo minus infideles non subditos: et sicut sub-
 ditos non possunt punire ob peccata contra naturae legem patrata,
 priusquam legem ferant, nec poterunt punire non subditos, quos
 non valent obligare ad aliquam legem iam latam adimplendam.

Nec facit quod Sepulueda dicit: nimirum, filios Israel, Deo iu-
 bente, bella contra Chanaanacos gessisse, eosque occidisse propter
 idololatriam, similiter et plurimas alias infidelium nationes. Nam Is-
 raelitae speciale Dei mandatum habuere, qui quum sit omnium Do-
 minus, voluit media illarum gentium interuentione tradere Israe-
 litis earum possessiones: ideoque hoc illis licitum fuit. At circa E-
 uangelii promulgationem oppositum Deus gentibus disposuit, vt dic-
 tum supra est.

Nec etiam obest dicere, quod si Hispaniae nostrae Rex mo-
 do Africanos inuaderet, eosque feliciori euentu ac antea habuit
 expeditio, vinceret, eosdem punire posset propter peccata antea

(21) Secunda Sec. quaest. x. art. 2.

commissa. Siquidem posset vtiq; eos punire, non quidem ob pec-
 cata infidelitatis, vel contra legem naturae patrata, sed propter com-
 missa contra Regni sui iura: vel tanquam iniustos usurpatores regio-
 rum, quae quondam sub iurisdictione christianorum Principum fuere.

CAPVT VII.

Contraria his adsertionibus momenta adducit, et diluit.

Religiose, et vtiliter facere christianos Principes infideles subditos
 compellentes, vt fidem christianam amplectantur, Ioannes Duns Sco-
 tus docuit. (1) Hanc autem sequuti sunt Gabriel Sepulueda Chro-
 nista Caroli V. alique pauci. Qui doctrinae apta consequutione te-
 nuerunt quoque, posse Principes christianos infideles, etiam non
 subditos ad fidem compellere, et eorumdem contra naturae legem
 peccata punire. Quin et posse eosdem sui bonis, et dominio ex-
 poliare Hostiensis, et Harmacanus existimarunt, putantes fidem di-
 uinam esse fundamentum domini, proindeque qui fide carent, et ca-
 rere dominio.

Quibus autem momentis opiniones istas communiunt? His scilicet:
 I. : Lucae xiii. legitur: hominem, qui fecit coenam magnam,
 quum deessent conuitae, qui replerent mensam, seruo praecipisse
 dicentem: » exi in vias, et sepes, et compelle intrare. « At hi, qui
 sunt in viis et sepiibus, gentilis populus sunt, sicut qui in plateis,
 et vicis, populus iudaicus: compelli igitur Gentiles ad fidem, et Ec-
 clesiam possunt.

II. : saepe Deus minis, et terroribus aliquos ad fidem induxit: vt
 Saulum, Act. ix. Quo exemplo vtitur Augustinus, vt doceat, (2)
 infideles prius lenitate traxisse, nimirum praedicatione, et miracu-
 lis: postea tamen, quum huiusmodi non processent, terroribus com-
 pulsisse.

III. : omnes tenentur euangelicam legem suscipere: ergo omnes
 etiam ad eam suscipiendam compelli a Principibus possunt: sicut qui
 eam semel susceperunt, ad eam seruandam. Accedit: quod possunt
 Principes in sua ditione leges condere erga Dei cultum, quae non
 sint legi naturae contrariae: Possunt insuper humanas leges condere,
 atque ad has seruandas suos compellere subditos: igitur et possunt

Aaa 2

suis

(1) In iii. Sent. dist. 4. q. ult.

(2) Epist. nunc cxxxv.

suis subditis praecipere, vt Evangelii legem seruent.

IV: Constantinus Magnus iure a scriptoribus laudatur, quod idolorum templa deleuerit. Item Carolus Magnus, quod Saxones, et Saracenos ad fidem compulerit. Et Ferdinandus, et Elisabetha Hispaniarum Reges, quod Mahumedanos, ac Iudaeos e suis Regnis expulerint: quod nolent ad fidem venire: imo maior Mauris vis illata: nam praecipuum eis est, vt si per mare abire vellent, non alia via abirent, nisi per mare Cantabriae: si autem per terram, per Pirenaeos montes.

V: Infidelium ad fidem compulsio, nec ex se mala habetur, et ex ea plurima consequuntur bona. Quidam enim fidem suscipiunt, qui nunquam illam suscepissent: alii esto suscipiant fidei, cessant tamen exterius blasphemare nomen Christi. Demum eorum filii, et nepotes christiani sunt, et salui fiunt.

VI: Ecclesiastici x. habetur: »regnum a gente in gentem transfertur propter iniustitias, et iniurias.« Rursus ad Hebr. vii. legitur: »translato enim sacerdotio, necesse est, vt et legis translatio fiat.« Sed reuera per mortem Christi sacerdotium ad Ecclesiam translatum est: ergo et lex, proindeque ad christianos Principes, eosque solos, legislatio, et iurisdictio pertransiit.

VII: Alexander VI. indulxit Catholicis Regibus Ferdinando, et Elisabethae dominium omnium omnino Insularum Oceani, et ad illud vsque tempus repertarum, et pro omni posteriore tempore inueniendarum: illae autem Insulae proprios habebant dominos, esto idololatrias: igitur ob infidelitatis peccatum infideles illi dominio spoliati, ac denudati sunt.

Quibus quidem argumentis sic respondemus. Ad primum, negando minorem propositionem. Vt enim obseruat Augustinus, (3) et post eum S. Thomas, (4) per eos, qui primo inuitati, sese excusare coeperunt, intelliguntur Iudaei: per pauperes, debiles, et claudos Gentiles: postremo per eos, qui in viis, et sepibus sunt, haeretici, et schismatici sunt intelligendi. Contra hos autem Ecclesia potestatem habet eos compellendi, vt tamquam fidei desertores ad eam redeant. Vnde Augustinus de Donatistis loquens, dicit: »hi, qui inueniuntur in viis, et sepibus, id est, in haeresibus, et schismaticis, coguntur intrare: non quia coguntur, reprehendat, sed quo cogantur, attendat.«

Ad

(3) Epist. modo excv. cap. 6

(4) In Catena aurea.

Ad secundum dicendum primo: Christi Domini exemplum Saulum de coelo terroribus ad fidem compellentis, quum rarum, ac mirabile sit, haud arguere, ipsum ordinariam facultatem Ecclesiae contulisse ita agendi aduersus infideles quoscumque. Nam, vt abunde ostensum est, haec methodum Apostolis non praescripsit.

Sed et dici secundo potest: quod Sauli exemplum affertur ad Augustino contra haereticos Donatistas: qui quum edictis Imperatorum ad fidem, et vnitatem redire cogerentur, conquerebantur dicentes: »liberum est credere, vel non credere: cui vim Christus in-»tulit? quem coegit?« Itaque tantum euincitur inde, haereticos, et schismaticos, qui filii perditii, et desertores sunt, posse ab Ecclesia compelli: non vero eos, qui Ecclesiae filii nunquam facti sunt: hos enim blande exspectat, et inuitat: atque vt ait Augustinus: »im-»tatur . . . Ecclesia in his cogendis Dominum suum, quae prius, »vt neminem cogeret, expectauit, vt de fide Regum, atque gen-»tium praedicatione prophetica compleretur.«

Tertii haec est solutio: qui fidem nunquam susceperunt, nullius hominis iurisdictioni subsunt quantum ad eam suscipiendam: solumque Deum in hac causa superiorem, et iudicem habent. Qui vero eam iam susceptam in Baptismo reliquerunt: vtpote iam subditi Ecclesiae constituti, ab ea tanquam christianae Religionis custode compelli possunt, et puniri.

Potest autem Princeps erga Dei cultum, vt naturae lege praecipitur, legem ferre, et ad eam seruandam subditos omnes compellere. Vnde quia cultus idololatriens est contra cultum naturae lege Deo debitum, potest lege lata omnes sibi subditos ad eum deserendum obligare: eos tamen lege aliqua compellere, et obligare nequit ad fidem Christi suscipiendam, nisi velint. Neque eiusmodi subditi exleges manerent, siue Athaei: nam semper compellerentur naturae legem seruare, quae dicat, non plures Deos esse colendos, sed vnum solum. Potest quoque Princeps leges politicas, et humanas ferre, ad easque obseruandas omnes sibi subditos, etiam Paganos, et Iudaeos obligare: in his enim homo homini subicitur: at in Dei cultu secundum Evangelii legem suscipiendo, soli Deo homo subicitur: vnde peccatum infidelitatis per non susceptionem fidei, a solo Deo punitur.

Ad quartum dicatur: Constantinum idolorum templa diruendo, haud compulisse hoc facto Paganos ad fidem christianam suscipiendam;

dam, sed ad deserendum cultum idololatricum, et ad obseruandam naturae legem: quod quidem sui iuris erga sibi subditos erat. Carolus autem Magnus Saxones, et Saracenos poena mortis mulctauit, non quia repugnarent fidem catholicam suscipere; sed quia christiana Religioni iniurii erant, sibi que rebelles. Nam et Ecclesias diruebant, et Monachos, aliosque Christianos persequebantur, et occidebant. De quo Baronius multa. (5) Verum et saepissime Carolo rebellauerant: vnde et ex hoc capite tanquam fidei fractores, et lesae maiestatis rei mortem commouerant; cuius tamen poenae remissionem Carolus illis indulsit, qui Baptisma suscipere, et fidem catholicam profiteri vellent.

Postremo, Ferdinandus, et Elisabetha Castellae Reges non coegerunt Iudaeos, aut Mauros fidem suscipere; sed eos, qui in sua infidelitate vellent permanere, e Regno expulerunt. Quod sane eis licebat omnino propter contumelias, et perturbaciones fidei, fideliumque peruersionem, quae ex huiusmodi conuictu eueniebant. Quamuis enim non liceat infideles ad fidem compellere; licet tamen eos ex his citere locis, vbi imminet periculum fideles peruertendi, turbasue excitandi.

Hanc vero causam expulsionis Iudaeorum fuisse constat ex pragmatica sanctione hac occasione edita. (6) Constat et ipsam fuisse causam expulsionis Saracenorum ex pragmatica hoc in negotio promulgata. (7) Et hac ratione in Concilio Toletano vi. statutum fuerat, (8) nullum conscendere regium solium, nisi promittat nullum non catholicum in Regno suo degere permitturum. Quod autem Mauri tali, vel tali via abire sint compulsi, iusta quidem causa fuit; ne scilicet expulsi, per mare Mediterraneum transeuntes Mauris Africanis iungerentur, quos contra tunc bellum feruebat; et sic multiplicarentur hostes contra Hispaniam.

Ad quintum responderetur: compulsionem infidelium ad fidem, si a non habente iurisdictionem fiat, esse per se malam; sicut malefactoris occisio, dum fit a non habente publicam, aut legitimam auctoritatem: quum autem Ecclesia non acceperit a Deo potestatem in fideles illos compellendi, qui numquam fidem susceperunt, vt eam suscipiant; hinc talis compulsio per se mala est. Quod si ex hac compul-

(5) Ad ann. Chr. 786. et ann. 716.

774. 774. et 778.

(6) Anno 1492. 13. Martii.

(7) Anno 1502. mense Febr.

(8) Can. 111.

pulsione bona quaedam sequuntur, multo maiora mala inde sequuta sunt. Fide enim plerique Baptisma accipiunt sacramenta alia mille sacrilegiis contaminant; imo filios suos, salum occulte, in infidelitate instruant; atque plerumque contingit, vt per generationes multas blasphemetur Deus.

Sextum soluitur expositione textuum adductorum. Itaque Ecclesiastici textus, si quid probat, probat certe, non tantum peccato infidelitatis, sed aliis etiam peccatis amitti dominatum potestatem. Sensus ergo illius est, Deum ita iuste disponere, vt propter peccata Regum, et populi, regnum transferatur ad alios, sicut regnum Israel a Roboam ad Ieroboam, vt legimus iii. Reg. 12: et tandem vniuersus populus Iudaeorum traditus est Babyloniis captiuus, et eorum regnum euersum.

Secundus textus ex Paulo ductus non agit de iurisdictione temporali, et translatione legum ciuilium; sed de translatione legis Moisaicae in legem Euangelicam, quae non in possessione temporalium consistit, sicut illa, sed regni Dei. Dato tamen, quod loquatur etiam de iurisdictione temporali, non generaliter accipiendus est, sed de solis Iudaeis, a quibus et sacerdotium, et regnum temporale translatum est in poenam, secundum Danielis vaticinium cap. ix: cui alludit Christus, quando videns ciuitatem Hierusalem fleuit super illam, praedicans eius euersionem faciendam a Tito. Nihilominus et Titus, et Babyloniis iniuste se gesserunt, Hebraeos temporali regno spoliantes.

Ad septimum dicatur: Alexandrum VI. non potuisse concedere dominium, quod non habebat: neque enim dominus ille erat omnium, quae in mundo sunt. Quare Paulus III. post Alexandri Bullam defuit, Indos verum, et proprium suorum regnorum dominium habere. Sed quum nuntius ad Alexandrum peruenisset, in illis insulis recenter a Columbo detectis inuentos fuisse homines, agrestes quidem, ac nudos incedentes, pacifice tamen viuentes, vnumque Deum creatorem omnium agnoscentes, qui ad suscipiendam fidem Christi, et bonos mores induendos apti videbantur; vt possent ad illos lucrandos viri probi, docti, ac religiosi, qui eos tuto instruerent, ad illas partes mitti; ac locum, vbi sedem figerent, habere, ne a praedicatione Euangelii possent impediri; illarum insularum per centum leucas Regibus Catholicis, eorumque successoribus partem concessit, atque donauit. Quapropter non dedit eis fa-

cul

cultatē deponendi Reges Indorum, vel eorum possessiones invadendi; sed ut illuc Prædicatores mitterent, illosque, ac qui converterentur, populos defendere possent, loca illa designavit. Quia vero Reges illi prædicationi obstrerunt, ad vindicandum ius, quod habet Ecclesia ubique terrarum Evangelium prædicandi, earum partium dominium ad Hispaniæ Reges transtulit.

Ira communiter et domestici, et exteri Theologi, Itali potissimum, factum hoc vindicare satagunt, adversus quosdam ex Gallis, qui haud desinunt illud, qua dictis, qua conuictis, et improperis incusare. Nostrum non est rem desuere. Quod autem ad priorem Theologorum sententiam spectat, vel maximum illa fundamentum habet in S. Thoma. Docet enim, (9) quod esto infideles, qui nunquam fidem susceperunt, non possint compelli ad fidem, sunt tamen compellendi a fidelibus, si adsit facultas, ut fidem non impediant, vel blasphemis, vel malis persuasionibus, vel etiam a peris persecutionibus. Et propter hoc fideles Christi frequenter contra infideles bellum mouent; non quidem ut eos ad credendum cogant, quia si etiam eos vicissent, et captiuos haberent, in eorum libertate relinquerent, an credere vellent: sed propter hoc, ut eos compellant, ne fidem Christi impediant.

CAPVT VIII.

De Spe fidelium, eiusdemque necessitate, ac certitudine.

Spes, secunda virtutum Theologicalium, a Fide, et Charitate diuersa est.

Atque omnimode adultis necessaria ad salutem est. Certa insuper illa est, licet non respectu nostri.

Habetur prima propositio ex testimonio Pauli in 1. ad Corinth. 13. ubi scribit: nunc autem manent Fides, Spes, et Charitas; tria hæc. Vbi Apostolus eam manifeste à fide distinguit, eas seorsim enumerans. Distinguit præterea a charitate subiungens; maior autem horum est charitas.

Ac.

(9) Secunda Sec. q. x. art. 9.

Accedit Concilii Tridentini definitio: (1) scilicet: posse hominem, suffultum præueniente Spiritus Sancti motione, et adiutorio, sperare sicut oportet: proindeque spem iustificationem præcedere, ab eaque seungi. Item, et ubi ait: (2) peccatores ad iustificationem disponi, dum ad considerandam Dei misericordiam se conuertendo, in spem eriguntur, fidentes Deum sibi propter Christum propitium fore.

Huc facit damnatio propositionis Quesnelianæ, numero LVII. a Clemente XI: scilicet, totum deest peccatori, quando ei deest spes: et non est spes in Deo, ubi non est amor Dei.

Eruitur etiam hæc veritas ex Augustino, (3) qui spem aliquam esse informem affirmat, dicens: frustra quidem, sed tamen potest sperare veniam, qui non diligit.

Venit et in subsidium ipsa ratio: indubium enim, quin diuersæ illæ virtutes sint, quarum sunt diuersa omnino obiecta: quum ergo trium harum virtutum diuersa obiecta sint, et eas inter se differre necesse est.

Sed spes tamen, tametsi a charitate perfecta distinguatur, requirit amorem aliquem inchoatum, quo Deus diligitur, quatenus ab intellectu proponitur, ut summum, et beatificum nostrum bonum: licet semper non adsit amor charitatis, ut animaduertit Eschius. (4)

Iam vero et spem esse virtutem theologiam, quod assertio videtur supponere, S. Thomas hac ratione ostendit: (5) quia virtus, quæ habet pro suo obiecto præcipuo, ac immediato Deum, virtus theologica est: at huiusmodi spes est: Deus enim nedom id est, a quo, vel in quo sperat, sed est id quod principaliter sperat. Ad rationem enim virtutis theologice non sufficit Deum respicere: sed requiritur ipsum respicere, ut immediatum obiectum: nam timor potest Deum respicere, a quo imminet malum, et tamen virtus theologica non est, non enim potest habere Deum pro obiecto, quum ab ipso refugiat: religio pariter Deum respicit, cui debitum cultum offert; et tamen virtus theologica non est, quoniam non Deum, sed cultum Dei immediate respicit.

Necessitatem vero huius virtutis, eiusdemque actuum, quod secundum Tom. III. Bbb

(1) Sess. VII. Can. 3.

(2) Cap. VI.

(3) Tract. LXXXIII. in Ioan.

(4) In III. Sent. dist. 16. §. 2.

(5) Secunda Sec. q. XVII. art. 5.

cunda propositio praescert, eadem argumenta demonstrant, quibus fidei necessitas demonstrari solet. Nempe, vt Bernardus ait, (6) germana fidei, speique cognatio est, vt quod illa futurum credit, haec sibi incipiat sperare futurum. Hinc est, quod in Scripturis fides, et spes soltant simul coniungi, quasi essent vna, et eadem virtus, quam tamen sint essentialiter distinctae. Ita Rom. vi. de fide dicitur: credidit Abraham Deo, et reputatum est illi ad iustitiam. De spe vero v. 18: qui contra spem in spem credidit. Et v. 20: in repositione etiam Dei non haesitavit diffidentia.

Practerea, expressum est in sacris litteris Dei praeceptum, quo sperare adstringimur. Legimus enim Psal. lxx: sperate in eo omnis congregatio populi. Eccl. ii: dirige viam tuam, et spera in illo. Osee xii: spera in Deo tuo semper. Et ii. Petri cap. i: sperate in eam, quae vobis offertur, gratiam.

Probatur deinde ex Patribus. Clemens Alexandrinus sic loquitur: (7) fides est ad salutem inclinatio, post quam timor, spes, et poenitentia. Ambrosius: (8) nemo, inquit, potest bene agere poenitentiam, nisi sperauerit indulgentiam. Augustinus docet: (9) spem non minus necessariam esse ad conseruandam vitam spiritualem, quam respirationem ad vitam animalem; atque: Iudam traditorem, non tam scelus, quod commisit, quam indulgentiae desperatione fecit penitus interire. ceteri.

Accedit Alexandri VII. et Cleri Gallicani auctoritas, hanc propositionem anathematizans: homo nullo vnquam vitae suae tempore tenetur elicere actum fidei, spei, et charitatis ex vi praeceptorum diuinorum, ad eas virtutes pertinentium. Quam quidem propositionem Clerus Gallicanus anno 1700. scandalosam, in praxi perniciosam, erroneam, inducentem fidei, et Euangelii obliuionem declarauit.

Ex his autem apertissime concluditur, spei virtutem, nedum necessitate, quam vocant modii, sed et necessitate praecepti, tam naturalis, quam diuini, necessariam ad salutem esse: sine illa enim nec remissio peccatorum, nec salus aeterna obtineri possunt: praecepta deinde illa est, vt Scripturae testantur.

Certitudinem demum spei nostrae, quod ad eius substantiam spectat,

(6) Serm. x. in Psal. 9.

(7) Lib. i. Stromat.

(8) Lib. i. de Poenit. cap. 1.

(9) Serm. modo xxvii. inter L. Homil. cap. j.

spectat, sic ex Scripturis demonstramus: legimus enim in Psal. xxxii: qui sustinent te, non confundentur. Eccles. ii: respicite filii nationes hominum, et scitote quia nullus sperauit in Domino, et confusus est. Rom. viii: spes non confundit. ii. ad Timoth. i: scio cui credidi, et certus sum, quia potens est depositum meum seruare. Epist. ii. Petri cap. i: secundum misericordiam suam magnam regenerauit nos in spem viuam, per resurrectionem Iesu Christi ex mortuis.

Vnde Concilium Tridentinum docet, (10) quod iusti firmissimam spem in Dei auxilio reponere omnes, ac collocare debent.

Sed et ratione ipsa hanc spei nostrae certitudinem demonstramus: Nititur enim illa medio certo, et infallibili; videlicet omnipotentia, et misericordia diuina; quin et veracitate, seu fidelitate in promissis. Dicitur namque in Psalmo xxxvi: adiuuabit eos Dominus, et liberabit eos, et eruet eos a peccatoribus, et saluabit eos, quia sperauerunt in eo. Quae postrema verba expendens Bernardus haec profert: (11) dulcis causa, attamen efficax, at tamen irrefragabilis. Si haec sapimus, vt quid eunctamur. . . . huic vnae tam solidae, tam perfectae, tam beatae spei, tota deuotione animi, toto fetuore spiritus inhaerere. ceteri.

Verum, quomodo intelligenda haec spei certitudo sit, non vna est eademque Theologorum vox, et sententia. S. Thomas docet, (12) Spem esse solum participatiue certam, scilicet certitudinem a fide participata. Nam certitudo essentialiter inuenitur in vi cognoscitiua, per participationem autem in omni eo, quod a vi cognoscitiua mouetur ad finem suum: quumque fides, quae est in vi cognoscitiua, certitudinem habeat de diuinis promissionibus, earumque adimplentione, easque sic proponat voluntati, mouet eam ad illas sperandas, vt certo adimplendas, et futuras.

Ceterum, quum certitudo triplici, et eoque diuerso sensu, considerari possit, et tripliciter spem nostram certam esse in quaestionem vocari poterit. Itaque prius certitudinis genus, quod conditionatum est, scilicet, quia altero posito sequitur, spei adoptari certum est. Omnis enim, qui aeternam vitam sperat, certus est, quod eam assequatur; posito nempe, quod fecerit omnia, quae ad eius consequitionem requiruntur: hoc est, si in iustitia perseuerauerit vsque

Bbb 2

in

(10) Sess. vi. cap. 13.

(11) Serm. viii. in Psal. 9.

(12) Secunda Sec. q. xviii. art. 4.

in finem. Atque pro certitudine ista faciunt adductae probationes.

Porro secundum certitudinis genus, quod absolutam certitudinem appellant, ex parte tantum spei accommodatur. Si enim spectetur spes quatenus nititur diuinæ promissioni, omnipotentiae, et bonitati, habet illa quidem absolutam certitudinem; ideoque certissime expectamus beatitudinem, vt possibilem, iuxta Dei promissa. Et hac quidem certitudine ductus dixit Paulus II. ad Timoth. I. : « scio cui credidi, et certus sum, quia potens est depositum meum seruare in illum diem, » ceter.

At si spectetur spes, vt merita respicit nostra, vel in meritis perseverantiam, nullam sic certitudinem habet; non enim sperans certus esse potest, se vel merita habere, vel in bonis meritis esse persecuturum. Vel vt in Ecclesiastico legitur cap. IX. : « nescit homo, vtrum amore, an odio dignus sit, sed omnia in futurum seruauerunt incerta. »

Itaque spem incertam esse respectu nostri contra Pseudo reformatos firmavimus, quo eorum inane commentum oppugnaremus. Dogmatizant enim illi, spem christianam habere absolutam salutis securitatem, et hac certitudine debere omnes fideles sperare. Sed quantum illi a vero aberrant! Neque enim Deus promissit vnique absolute aeternam vitam, sed si vigilauerit, si mandata eius custodierit, si vsque in finem in bono perseverauerit. Quas condiciones, seu leges, quum nemo scire possit sese adimpleturum esse; sequitur, quod neque de rei promissae consequutione omnino certus, et securus esse possit. Quapropter Paulus ad Phillip. II. ait : « cum metu, et tremore vestram salutem operamini. » Et I. ad Corinth. X. : « qui se existimat stare, videat, ne cadat. »

Tertium autem certitudinis genus, quo scilicet id certum dicitur, quod vel naturae instinctu, vel ex animi inclinatione fere semper vno modo fit, iure conuenit spei. Nam sicut quaelibet alia virtus infallibiliter inclinatur ad proprium actum, ita et spes; erigit enim illa sperantis animum ad aeternam felicitatem certo, et determinato modo expectandam, ex gratia nempe, et meritis gratia compatatis.

Oritur autem haec spei certitudo ex iudicio Dei: quum enim fides iudicat, Deum, qui beatitudinem obtemperantibus promissit, veracem esse, et omnipotentem; oritur certa beatitudinis expectatio, sub conditione, sub qua promissa illa est. Et quum insuper iudi-

dicer, quod beatitudo non dabitur nisi bene operantibus per auxilium gratiae; oritur expectatio eiusdem ex gratia, et meritis gratiae.

Hinc igitur illud eruitur, spem nostram simpliciter certam dicendam esse, incertam tantum respectu nostri. Quaelibet enim res aestimari, ac denominari debet ex iis, quae sunt ei propria; non vero ex iis, quae eidem per accidens adueniunt. Ita ars, et prudentia, ex gr. virtutes sunt certae, et infallibiles; tametsi dobum esse possit, an aliquis ad illarum virtutum regulas opus suum exegerit.

COROLLARIUM.

Quae autem in prioris adsertionis probationem sunt adducta aperte subinferunt, Deum possidendum spei obiectum materiale primarium (nam ita loqui cogimur) esse: « non enim minus aliquid ab eo sperandum est, quam sit ipse, » ait S. Thomas: (13) secundarium vero ea etiam temporalia esse, per quae Deus decreuit nos ad se ipsum adducere. Versatur enim spes praecipue circa beatitudinem futuram, quae aliud certe non est, quam Deus possidendus; posthac vero circa media, quibus obtineri potest. At temporalia secundum se spectata, aequae possunt esse impedimenta salutis, ac adiumenta; nec illius consequendae euadunt media, nisi ad eam fuerint ordinata, et quidem a Deo: nam sine eius monitione a nobis ordinari nequeunt; ac proinde non ex affectu ad illa, sed ex affectu ad vitam aeternam: illa quaerere, et petere debemus; alioquin illa non ex gratia, et virtute, sed ex cupiditate expecteremus. Vnde consulto a nobis additum, dum haec diximus spei secundarium obiectum, « per quae Deus decreuit nos ad se ipsum adducere. »

Maior difficultas est in assignando obiecto spei theologiae, quod *formale* vocant. Nam super hac vna re Theologos, eos etiam, qui de Sancti Thomae nomine gloriantur, dissidentes nouimus. Alii enim statuunt esse omnipotentiam diuinam, et misericordiam, seu Deum, vt omnipotentem, et misericordem; atque S. Thomam ipsorum sententia stare confidentissimè pronuntiant. Alii contra adserunt, bonitatem diuinam relatiue ad nos, seu Deum, vt nobis bonum, esse obiectum *formale* spei. Et hi quoque S. Thomam suum dicunt. Demum alii vtramque hanc sententiam facile conciliari posse

au-

autumant, dicendo, spei obiectum quid complexum esse ex bonitate diuina relate ad nos, et ex omnipotentia, et misericordia, quibus possessio Dei fit possibilis.

Ego vero haud percipio qua ratione conciliatio haec, ab Habertio, (14) et aliis praetensa, subsistere queat. Quantumuis enim diuina misericordia, bonitas, fidelitas, ceteraque huc spectantia attributa ad spei obiectum praerequirantur, habebunt illa vnice rationem praerequisiti, vel etiam conditionis; at obiecti rationem non habebunt. Quemadmodum diuina veracitas, aliaque similia attributa ad fidei obiectum praerequiruntur; sed hoc nemo aliud dixerit, quam primam veritatem, vt reuelantem. Itaque primae sententiae adserendibus adhaerendum opinamur.

Sequitur et ex his, quae dicta sunt in probationem tertiae propositionis, duplex esse peccatum spei oppositum; scilicet desperationem, et praesumptionem. Est autem desperatio diffidentia assequendi beatitudinem, et obtinendi media ad illam necessaria. Itaque sicut spei duplex est obiectum obtentu possibile, primum, nempe beatitudo, seu possessio Dei, et secundarium, scilicet auxilia gratiae, et bona opera, quibus tanquam mediis ad beatitudinem peruenitur; ita desperationis duplex assignatur obiectum obtentu impossibile, siue absolute, siue moraliter; hoc est, nimis difficile; nimirum beatitudo, et media ad illam necessaria, scilicet poenitentia, et alia opera bona.

Porro bonum, apprehensum vt impossibile, proponitur voluntari desperanti, vt incommodum, disconueniens, et malum quoddam abiliendum, seu fugiendum: apprehensum vero vt possibile, exhibetur speranti, vt conueniens, et appetibile, et ideo desperatio est quidam voluntatis recessus a beatitudine, et mediis ad illam ordinatis; spes contra se habet vt accessus, et conatus ad beatitudinem, et ad media; scilicet opera bona, quibus obtineri beatitudo potest.

Praesumptio autem est temeraria expectatio beatitudinis, et mediorum illius assequendae. Dupliciter vero temeraria illa esse potest; vel quia non innitur diuinae misericordiae, et omnipotentiae, sed viribus humanis; vel quia inordinate confidit in diuina misericordia, et omnipotentia. Et hac vana expectatione deluduntur, qui sibi meritum per bona opera in Deo facta comparare negligunt, et poenitentiam ad mortem vsque differunt, interim suis cupiditatibus ha-

(14) Tom. III. pag. mihi 378. de spe.

habenas laxantes; quia ita audiunt quod scriptum est in Ezech. cap. xxxiii: «impietas impii non nocebit ei, in quocumque die conuersus fuerit ab impietate sua,» vt atres suas obrurent ad ea, quae alibi dicuntur; scilicet: «dies Domini sicut fur in nocte,» 1. Thessal. vj et «qua hora non putatis, filius hominis veniet.» Lucae xii.

CAPVT IX.

Momenta cum adductis pugnancia solvuntur: ea praesertim quae Pseudo-reformati proferunt.

Spei virtutem a fide saltem non distingui dixerunt haeretici, quos Pseudo-reformatos dicimus, contendentes, veram fidem nihil aliud esse, quam certam fiduciam in Dei promissis. Quorum impium errorem Concilium Tridentinum anathematizauit. (1) Eorundem error fuit, vt in superiore capite monebamus, quo adsercbatur, christianam spem habere salutis securitatem, et hac certitudine teneri fideles omnes sperare; quod ex ipsis Concilii Tridentini verbis illum damnantis colligitur. Ait enim: (2) «si quis dixerit hominem renatum, et iustificatum teneri ex fide ad credendum se . . . esse in numero Praedestinatorum, anathema sit.»

Quae autem in praesumptae suae securitatis subsidium producunt haec scilicet. I. Ad Rom. iii. sic legitur: «si enim qui ex lege, haeredes sum, exinanita est fides, abolita est promissio: quia scilicet omnes legem sunt transgressi. Ideo ex fide, vt secundum gratiam firma sit promissio omni homini.» Argumentatur sic Kemnitius, addens: «haec non verba, sed fulmina sunt aduersus Concilium Tridentinum.

II: ipse Apostolus ii. ad Corinth. xiii. sic scribit: «vosmeripso tentate si estis in fide, ipsi vos probate. Annon cognoscitis vosmetipso, quia Christus Iesus in vobis est: nisi forte reprobi estis?» At haec verba indicant omnimodam certitudinem: ergo.

III: Chrysostomus haec habet (3) de interiori Spiritus Sancti testimonio loquens: «quando vos Spiritus Sanctus restatur, quatenam relinquitur ambiguitas.» Ergo ex Chrysostomi sententia iusti omnimodam habent certitudinem.

Accedunt his alia argumenta, quae ex oppido in stabilitas ad-

scri-

(1) Ses. vi. Can. 14. (2) Can. 15. (3) Hom. xliiii. in Epist. ad Rom.

seruaciones feruntur. I: illae virtutes non distinguuntur, quae idem obiectum habent: at spes saltem, et charitas idem habent obiectum: ex dictis enim capite praecedenti spei obiectum est supernaturalis beatitudo, seu Deus possidendus, vt summum bonum nostrum; quod et est charitatis obiectum: etenim charitatis consummatae in Beatis est frui Deo, gaudere de Deo praesente, et in illo tanquam in summo bono quiescere; charitatis vero proficientis in viatoribus est desiderare eius conspectum, et possessionem, aegreque ferre eius absentiam: quod sane vnum idemque obiectum est.

II: illa virtus non est certa ratione sui, quae timoris causa est: atqui spes theologica causa timoris est: efficax enim desiderium possidendi bonum absens, et arduum, naturaliter producit timorem illius amittendi; et quidem eo maiorem, quo bonum illud pluris aestimamus, et obtentu difficilior apparet: non ergo certa ratione sui spes theologica est. Haec obici solent.

Sed eorum solutio non est difficilis. Itaque ad I. quod Pseudo-reformati obiciunt, dicatur: ex allatis Paulli verbis solum inferri, quod debemus nos credere promissa generatim facta: ex. gr. »omnis qui inuocauerit nomen Domini, saluus erit. Qui manducat hunc panem, viuet in aeternum.« Quoniam Deus haec dixit, nec eorum veritatem labefactare potest hominum iniquitas: at non sequitur debere credere nos, promissa illa priuato cuiilibet applicari, dum inuocat nomen Domini, dum panem hunc manducat: quia certus ille non est, inuocare se nomen Domini, neque panem illum manducare, sicut oportet: Deus enim illud posterius illi non reuelauit. Ita Patres Tridentini, vbi inquirunt: (4) »sicut nemo pius de Dei misericordia, de Christi merito, deque Sacramentorum virtute, et efficacia dubitare debet: sic inquit, dum se ipsum, suamque propriam infirmitatem, et indispositionem respicit, de sua gratia formidare, et timere debet.«

Ad II. dicendum: Paulli verba indicare quidem omnimodam certitudinem miraculorum, per quae Apostolus efficaciter probauit, se a Deo missum, et Christum esse Dei filium; sed non indicare certitudinem gratiae sanctificantis, in vnoquoque iusto existentis: nam de hac non agit Paulus, sed de gratis datis, de dono linguarum, et aliis miraculis, quae frequentia erant in Ecclesia Corinthiorum, quaeque potenter demonstrabant diuinam Christi potentiam, »ni-

(4) Ses. vi. cap. 9.

»nisi forte, inquit Paullus, estis reprobi: hoc est, nisi aliqui inter vos ex infidelitate blasphemantes diuina illa opera tribuant magicis artibus.

Tertio duplici via occurri potest. Prima, opponendo Chrysostomum Chrysostomo. Enim expendens haec verba Apostoli in 1. ad Corinth. iii: »nihil mihi conscius sum; sed non in hoc iustificatus sum: qui autem iudicat me Dominus est, ait: non Corinthios tantum, sed se ipsum priuat hoc iudicio.«

Secunda, exponendo Chrysostomi dictum sub hac forma: nulla relinquitur ambiguitas circa testimonium Spiritus Sancti in se spectatum, esto; firma enim fide credimus peccata in Baptismo remitti; Christianos non accipere spiritum seruitutis iterum in timore, sed spiritum adoptionis filiorum, in quo clamant Abba Pater: nulla relinquitur ambiguitas circa signa, quibus iustus coniecit Spiritum Sanctum sibi restari sua peccata esse remissa, se accepisse gratiam adoptionis, nego. Quot enim peccatores confiderent Deum inelamant Abba Pater? Nonne Satanas transfiguratur se in Angelum lucis, vt decipiat? Illud ipsum agnoscit Calvinus docens, plures falso credere, se esse praedestinos, et peccatorum remissionem se esse consequutos. Igitur non de testimonio Spiritus Sancti, sed de testimonio propriae conscientiae cum Apostolo dubitamus; ita tamen vt iustus non desint signa magis, aut minus probabilia acceptae iustitiae.

Ad primum autem secundi ordinis argumentum responderetur primo: negari non posse, quin charitas in viatoribus tendat in Deum, tanquam in vltimum finem nostrum, desideriumque fruendi tanto bono sit proprius illius actus; quemadmodum eminentissimus Cardinalis de Noailles inuicte, ac multiplici eruditione demonstrat in sua Pastoralis institutione aduersus spurios mysticos. Enimvero nihil amanti optatius, quam frui amanti praesentia; nihil molestius quam ab illo diuelli, aut separari. An non sponsa, per quam exprimitur iuxta Patrum intelligentiam quilibet iustus in amore Dei perfectus, ex purissimo charitatis affectu per vicis, et plateas quaerebat dilectum? Cant. iii. An non Apostolus ex ardentissimo Christi amore dicebat ad Phillip. i. »coarctor. . . e duobus desiderium habens dissolui, et esse cum Christo, multo magis melius: peto manere autem in carne, necessarium propter vos.« Sed haec responsio nedum difficultatem non soluit, quin potius auget: nec par-

rum Theologorum ingenia torquet, vbi statuendum sit discrimen spem inter et charitatem.

Respondetur secundo: quod licet idem sit obiectum *materiale*, sic dicuntur, Spei, et Charitatis, non ita *formale*. Spes enim fertur in Deum vt bonum sibi. Ait enim Bernardus: (5) »et qui timet, »et qui cupit, vtrique pro se agunt: « Charitas vero tendit ad Deum vt bonum in se; refertque ad eum et ipsum amantem, et eius beatitudinem, et cetera omnia, quae per Spem concupiscuntur. Ait enim Augustinus: (6) »Charitatem voco motum animi ad fructum Deo propter ipsum, et se, atque proximo propter Deum. «

Ad secundum respondendum: ex timore hoc vnum concludi posse, nempe Spem non esse certam respectu nostri; quoniam periculum est, ne quis desit gratiae Dei propter prauitatem cordis sui, et innaram voluntatis leuitatem, ac inconstantiam. Sed timor ille nedum remittit Spem nostram, quasi incerta illa sit; quin illam aenit, et ad Deum confugere impellit, secundum illud Psal. cxiii.: »qui timent Dominum, sperauerunt in Domino. «

Verum paradoxon, et contra communem hominum sensum videtur, timorem esse causam sperandi: timor quippe perspicit malum imminens et vitatu difficile; Spes vero bonum absens, et arduum. Distinguendum itaque hic inter timorem hominis, et timorem Dei. Hominem enim tunc timemus, quum nobis male vult, et ideo manus eius fugimus, certi quod non parceret, si in eius potestatem nos venire contingeret. Deum autem timemus, ne deserat, neue propter peccata a se proficiat; atque eiusmodi timore impellimur confugere ad illum, cuius natura est bonitas omnipotens, et opus misericordia.

Ergo qui sperat in Domino, vti catholica fides praescribit, vere exiit infirmitatem humanam, et Dei fortitudinem induit, vt valeat dicere cum Apostolo, »quum infirmor, tunc potens sum: omnia possum in eo, qui me confortat. « Quid enim non possit, qui innititur omnipotentiae, et misericordiae diuinae, quam fides docet non defuturam, modo ipse non desit? Hinc Bernardus confidenter scribit: (7) »quidquid agendum sit, quidquid declinandum, »quidquid tolerandum, quidquid optandum, tu es Domine spes »mea. «

CO.

(5) In lib. de dilig. Deo, cap. 122.
(7) Serm. viii. in Psal. 90.

(6) Lib. iii. de Doct. Christ. cap. 10.

COROLLARIA.

Ex data doctrina sequitur, quam sit laudandus, ac prae ceteris commendandus timor ille castus, quo, vt dicebamus, timet anima ne a Deo deseratur. De hoc enim timore legimus in Psal. xviii.: »timor Domini sanctus permanens in saeculum saeculi. « De eodem sic Augustinus loquitur: (8) »si diceret Deus, faciem meam »numquam videbis: ecce omni ista terrena felicitate, omnibus rebus abundabis, circumfluent te bona temporalia, non illa amittis, »non illa deseris; quid vis amplius? Fleret quidem, et gerneret timor castus, et diceret: imo tollantur omnia, et faciem tuam videam. Timor castus exclamaret de Psalmo, et diceret, Deus virtutum conuerte nos, et ostende faciem tuam, et salui erimus. Timor castus exclamaret de Psalmo, et diceret, vnam petii a Domino. Vide quomodo ardeat amor iste castus, amor verus, amor sincerus.

Verum et sequitur ex doctrina superius data quam sit pessima Lutheri, aliorum etiam haeticorum de timore Domini sententia. Eam breuiter perstringere lubet. Quem illi vanum, inutilem, Deo iniurium, viamque ad desperandum sternentem dicunt timorem, videlicet scrulem; hunc bonum, vtilem, Dei donum, Scripturae, Partes, coetusque Theologorum depraedicant. Legimus enim Matth. x. quod Dominus ipse de hoc timore dixit, eum commendans; scilicet: »potius timere eum, qui potest et animam, et corpus perdere in gehennam. « Et Proverb. xiii.: »timor Domini fons vitae, vt declinent a ruina mortis. « Audimus Augustinum dicentem: (9) »modo quum dicis mihi gehennam timeo, ardere timeo, in aeternum »puniri timeo, quid diciturus sum? Male times? Vane times? Non »audeo: quandoquidem ipse Dominus ablato timore subiecit timorem. « Et post pauca: »quum ergo Dominus timorem incusserit, et vehementer incusserit, et repetendo verbum combinationem ingeminauerit, diciturus ego sum, male times ista? Non dicam. Plane time, nihil melius times, nihil est quod magis timere debeas. « Augustino consentiunt Patres omnes.

Et Theologi hanc in huius timoris commendationem adducunt rationem: hunc timorem excitat supernaturalis fides, qua credimus futurum iudicium, et sempiterna reprobatorum supplicia: hic timor

Ccc 2

a

(8) In Psal. cxvii. num. 9.

(9) Serm. cxix. num. 8.

a malo coeret, ac plura affert virtutis adiumenta; nec praeterea vllam ex sui natura peruersam infert cupiditatem; respicietque tantummodo poenas a iusto iudice reprobis infligendas; quas sine vlla noxia delectatione possumus pertimescere: bonus ergo, ac vllis timor ille est, Scriptura, Patribus, ac Theologis attestantibus.

CAPVT X.

De praecipuo hominis officio, scilicet dilectione Dei, et hominum, quod Charitas dicitur.

Extat praecipuum diuinum dilectionis Dei, et hominum.

At haec dilectio, seu charitas non est ipse Spiritus Sanctus; sed est quid in anima productum.

Est praeterea vera hominis cum Deo amicitia.

Primum prioris adsertionis partem his verbis Scriptura docet. Deuteronomi vi. dicitur: «diligis Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, et ex tota anima tua, et ex tota fortitudine tua; et eruntque verba haec, quae ego praecipio tibi hodie, in corde tuo.» Et Matth. xxii. Christus laudans illud praecipuum, ait: «hoc est maximum, et primum mandatum.»

Traditio quoque hanc veritatem testatur. Augustinus Deum sic alloquitur: (1) «quid tibi sum ipse, vt amari te iubeas a me, et nisi faciam irascaris mihi, et mineris ingentes miseras? Paruaue ipsa est, si non amem te.» Ecclesia item in Baptismatis administratione haec illud praecipuum, tamquam vitae christianae summam proposuit: «si vis ad vitam ingredi, serua mandata: diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo.» Vnde iure merito Alexand. VIII. anno 1690. tamquam haereticam hanc proseripsit propositionem: «sufficit vt actus moralis tendat in finem vltimum interpretatiue: hunc homo non tenetur amare, neque in principio, neque in decursu vitae mortalis.»

Ra-

(1) Lib. 1. Conf. cap. 5.

Ratio accedit, quam virget S. Thomas scribens: (2) «per se quidem debitum est in vnoquoque negotio id quod est finis; quia «habet rationem per se boni. Propter aliud autem est debitum, id quod ordinatur ad finem: sicut medico per se debitum est, vt sanet, propter aliud autem, vt medicinam det ad sanandum. Finis autem spiritualis vitae est vt homo vniatur Deo, quod fit per charitatem, et ad hoc ordinatur sicut ad finem, quae pertinent ad spirituales vitam in quolibet autem genere id quod est per se, potius est eo, quod est propter aliud; et ideo maximum praecipuum est de charitate.»

Alteram adsertionis partem, quae de proximi charitate est, probant etiam Scripturae. Matth. enim xxi. dicitur: «diliges proximum tuum sicut te ipsum.» Ioan. xv. «hoc est praecipuum meum, vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos.» Et cap. xiii. dixerat Dominus, hanc futuram notam, qua veri Christiani ab ethnicis Philosophis discernendi erant; «in hoc cognoscent omnes, quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad inuicem.»

Atque probationes istas de interiori charitate accipiendas dicitur. Si enim charitas «motus animi est, si ad Deum, vt ait Augustinus, (3) «non poenis, et pedibus. sed affectu ituri» quaecumque adesset sine animi motu dilectio, figmentum, non charitas foret.

Modum autem diligendi Deum adducta Scripturarum testimonia praescribunt. Seruatur vero ille, dum praecipuum studium in eo ponitur, vt summo bono adhaeremus; dum nihil Deo praefertur; dum creaturis vtimur, vt Deo fruamur. Diligitur enim Deus ex toto corde, dum in eum referuntur omnia consilia nostra, omnis cognitio, omnis vita, omnis intellectus, et dilectio Dei nullum a se riuum duci extra patitur, cuius deriuatione minuat. Consultat Augustinus, (4) et ex Theologiae Mysticae Scripturibus Salesius, (5)

Et hic quoque modus sub praecipuo cadit: tunc enim modus sub praecipuo cadat necesse est, quum actus praecipuus sine illo poni nullatenus potest: sic attentio, et deuotio ex gr. quae sunt orationis modi, simul cum oratione ipsa praecipiantur: nam verba abs-

(2) Secunda Sec. quates. xlv. art. 1. Doct. Christ. lib. 1. cap. 22.

(3) Seru. eccles. lib. num. 1.

(f) Lib. 1. cap. 6.

(4) De morib. Eccl. cap. viii. et de

absque illa attentione, et deuotione prolata, non sunt oratio: ac amor, quo aliquis Deum, non plusquam se ipsum, aut aliam creaturam diligeret, non esset Dei amor: quia amor Dei essentialiter est vnio, et adhaesio ad Deum tamquam ad vltimum finem, ad quem omnia referuntur. Qui autem se ipsum, aut aliam creaturam plusquam Deum diligit, se ipsum, aut illam creaturam constituit pro vltimo fine: si autem supponatur, quod aequaliter tantum se, aut illam creaturam diligit: vel supponitur eum sibi constituere duos fines vltimos, quod repugnat communi Philosophorum sensui, vel saltem Deum non habebit pro fine vltimo; quum nolit se ipsum ad aliud referre; ac proinde non adhaerebit illi tamquam suo vltimo fini: ergo Dei amor essentialiter esse debet ex toto corde, et tota mente; proindeque ille diligendi modus sub primo legis praecepto cadit: axioma enim theologicum, quo adseritur, quod «modus praecepti non cadit sub praecepto,» non extenditur secundum S. Thomam, (6) nisi ad praecepta de virtutibus a charitate distinctis.

Ad modum autem proximum diligendi quod attinet, eum diligere iubemur sicut nosmetipsos: non quidem dilectionis aequalitate, sed similitudine, vt auctor est S. Thomas. (7) Debemus enim nos plus diligere, quam proximum; nec licet nobis peccare etiam venialiter, quum illud necessarium videretur ad impediendum lethale alterius peccatum.

Iraque praecipitur, vt charitas, qua nos ipsos diligimus, sit instar exemplaris, ad cuius similitudinem procedat, dirigaturque dilectio nostra erga proximum. Quo quidem sensu accipienda est illa Christi Domini sententia Matth. v.: «estote perfecti, sicut Pater vester caelestis perfectus est.» Repetitur vero eiusmodi dilectionis similitudo ex triplici capite, iuxta S. Thom. (8) Primo, ex fine, et merito, vt sit sancta. Secundo, ex obiecto materiali, seu materia circa quam; hoc est, ex illis, quae volumus proximo, vt sit iusta. Tertio, ex principio, seu ex ipso animo beneuolo, vt sit vera.

Secundam propositionem demonstrant verba Apostoli ad Rom. v. nempe: «charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis.» Quibus indicat charitatem esse

(6) Secunda Sec. q. XLIII. art. 1. ad 1.

(8) Vbi supra.

(7) Ibid. art. 7.

esse donum a Spiritu Sancto in cordibus nostris diffusum, siue productum. Super quae verba Augustinus inquit: (9) «charitas Dei dicta est diffundi in cordibus nostris, non qua nos ipse diligit, sed qua nos facit dilectores suos: sicut dicitur iustitia Dei, qua iusti eius munere efficiuntur; et Domini salus, qua nos saluos facit: et fides Iesu Christi, qua nos fideles facit.»

Consonat his Tridentinum Concilium dicens: (10) in iustificatione impii sanctissimae passionis Christi merita communicari, dum per Spiritum Sanctum charitas Dei diffunditur in cordibus eorum, qui iustificuntur, atque ipsis inhaeret. Vnde in ipsa iustificatione cum remissione peccatorum haec omnia simul infusa accipit homo per Iesum Christum cui inseritur, Fidem, Spem, et Charitatem. Si ergo charitas per Spiritum Sanctum diffunditur, si nobis inhaeret, si infunditur, certe non est ipse Spiritus Sanctus, sed effectus, et donum ipsius.

Quare 1. ad Corinth. XIII. inter charismata Spiritus Sancti nominatur ab eodem Apostolo Charitas: et ad Galat. v. Inter fructus spiritus eam recenset, scribens: «Charitas, gaudium, pax, patientia,» cert. Hinc ait Hieronymus: (11) «quae alia inter fructus spiritus debuit tenere primatum nisi Charitas, sine qua ceterae virtutes non reputantur esse virtutes, et ex qua nascuntur vniuersa, quae bona sunt.»

Accedunt S. Thomae rationes. (12) Prima sic proponitur: si actus dilectionis est vnice a Spiritu Sancto mouente voluntatem; vel voluntas ad actum huiusmodi est pure mota, et non motens, seu principium talis actus; sicut quum aliquod corpus ab aliquo exteriori mouente mouetur; vel etiam voluntas seipsam ad talem actum mouet, tanquam principium eiusdem. Si primum dicatur: ergo actus charitatis non erit homini voluntarius, de cuius ratione est, quod procedat a principio, quod in voluntate sit: imo contra rationem actus vitalis, qui a viuentis, et non in viuentis produci debet. Quare ad actum dilectionis Dei humana voluntas comparabitur tanquam inanime quoddam, nihil omnino agens, sed mere passive se habens: nec erit in illa, vnde possit dissentire, si velit; quod in Luthero damnauit Tridentinum: (13) vel si moueretur

(9) Lib. de Spir. et lit. cap. 32.

(12) Secunda Sec. q. xxxii. art. 2.

(10) Sess. vi. cap. 7.

(13) Sess. vi. can. 4.

(11) In Epist. ad Galatas.

tur a Spiritu Sancto ad actum dilectionis, sicut mouetur instrumentum; quod tametsi principium actus sit, non tamen est in ipso agere, vel non agere: vnde tollitur ratio voluntarii, et ratio meriti; quum tamen dilectio charitatis sit principium merendi.

Si vero dicatur secundum, quaero rursus: hoc principium, ratione cuius voluntas mouet se ad actum charitatis, estne Spiritus Sanctus extrinsece assistens voluntati; vel est aliquid a Spiritu Sancto in voluntate productum? Si primum: contrariatur communi Doctorum sensui adserentium, haud posse ab intellectu, vel voluntate humani actus quoslibet supernaturales elici per solam extrinsecam Dei adistentiam; quin nec Deus potest intrinsece se vniri in ratione formae, seu principii operandi: esto possit vniri in ratione speciei obiectum repraesentantis, vel subsistentiae naturam terminantis. Quod si secundum dicatur: ergo hoc a Spiritu Sancto in voluntate productum charitas erit; proindeque haec virtus quid in anima creatum erit.

Secunda Sancti Thomae ratio est: Deus, qui omnia suauiter, et accommodate ad rerum naturas disposuit, indidit cuique rei proprias formas, et virtutes, quibus connaturaliter suas operationes exercere possent: ergo quum hominem eleuauerit ad ordinem supernaturalem, decuit, vt ei dederit formas, et virtutes, quibus promte facile, delectabiliter, et connaturaliter operari posset in tali ordine: quemadmodum igitur ad credendum dat ei habitum fidei, ad sperandum habitum spei; cur ad amandum ipsum Deum, auctorem supernaturalem non infundet ei habitum charitatis, quo id promte, ac facile exequi valeat?

Tertiam propositionem hoc vno argumento Doctores Scholastici probare pergunt: conueniunt charitati omnia, quae ad veram amicitiam constituendam necessaria suat. Quod eorundem enumeratione aperte constat: primo enim, S. Thoma docente, (14) requiritur ad veram amicitiam, vt diligatur amicus propter se ipsum, seu vt amico bonum velimus; qui amor secernitur ab amore concupiscentiae. At charitate Deum propter se diligimus: iubet enim, vt diligamus eum ex toto corde, ex tota anima, in tota mente, et vt eum super omnia diligamus; omnia, etiam nos ipsos ad eum referendo: est igitur vera amicitia.

Secundo: amicitia requirit, vt amor sit mutuus. Vt enim S.

Tho-

(14) Secunda Sec. quaest. xxii. art. 1.

Thomas dicit: (15) »nec benevolentia sufficit ad rationem amicitiae, sed requiritur quaedam mutua amatio, quia amicus est amicus» et hoc quidem ad differentiam simplicis benevolentiae: at charitas amor mutuus est: ea enim diligimus eum, qui nos diligit, legitur siquidem Prou. viii.: »ego diligentes me, diligo.» Cant. ii. »dilectus meus mihi, et ego illi.» Et Ioann. xiiii.: »qui autem diligit me, diligetur a Patre meo, et ego diligam eum.» Est ergo et ex hoc capite vera amicitia.

Tertio requiritur, vt eiusmodi mutua benevolentia in aliqua communicatione fundetur: seu, quod amici conueniant in aliquo bono ex quo amicus dicitur alter ego: charitas autem amor est in communicatione fundatus, qua Deus seipsum nobis communicat: in praesenti quidem vita per gratiam, in futura per gloriam. Hanc communicationem expressit mirifice S. Thomas dicens: (16) »se nascens dedit socium, conuescens in edulium, se moriens in praetium, se regnans dat in praemium.»

Quarto requiritur inter amicos vno animorum. Hinc dici consuevit, quod anima magis est vbi amat, quam vbi animat. Hoc autem praestat nobis charitas. Vnde dicitur i. ad Corinth. vi.: »qui autem adhaeret Domino, vnus spiritus est.» Et ad Galat. ii. »vno ego, iam non ego; viuunt vero in me Christus.»

Quinto requiritur inter amicos secretorum communicatio: non solum enim homines iusti Deo cor suum adaperiunt, non quia ipsum lateat, sed ex quadam amabili confidentia, vt ipsos iustos sed et ipse Deus secreta sua illis communicat. Quare Ioan. xv.: »iam» (ait Dominus) non dicam vos seruos; quia seruus nescit quid faciat Dominus eius. Vos autem dixi amicos, quia omnia, quaecumque audivi a Patre meo, nota feci vobis.»

Postremo: debent amici mutui amoris esse certi: quod certe charitas praestat. Nam primo, amor noster interior, et occultus, Deo notus est: iustos praeterea se a Deo redamari non latent: sciunt etenim Deum diligentes se diligere: et quamuis id certo non cognoscant, id tamen ex coniecturis, et signis, quantum sufficit, colligere possunt. Nam quoque, dum homo alteri amicus est, non maiori eestitidine, quam ex signis, et effectibus, alterius dilectionem dignoseere potest.

Compendio: est amicitia »rerum humanarum, et diuinarum

Tom. III.

Ddd

»cum

(15) Vbi supra.

(16) In Prosa Eucharistica.

» cum benevolentia, et charitate consensio: » vt eleganter Augustinus dicit. (17) Est igitur Deum inter et hominem iustum amicitia vera, ceterisque omnibus amicitiae speciebus longe praestantior; quoniam inter vitumque est charitatis consensio: et si Deus nihil vult propter hominem, tanquam finem vltimum; neque id vult iustus, sciens longe melius esse hunc finem constitui in bono incommutabili, quam in creato, et finito: ac e contrario, si homo nihil commodi Deo adfert; neque id quaerit Deus, felix satis, ditissimusque seipso: sed quam perfecta voluntas sit summo bono adhaerere, eoque frui, vtrumque vult, iam homo iustus, quam Deus: excellentissima haec est animorum consensio. Igitur amicitia vera, diuturna, mutua, iucundissima, optima.

COROLLARIA.

Quae autem de diuino dilectionis praecepto dicebamus, absurdas, atque scandalosas illico commonstrant quorundam Recentiorum propositiones. Harum prima fuit. » Praeceptum amoris Dei per se tantum obligat in articulo mortis. « Secunda: » probabile est ne singulis quidem rigore quinqueennis per se obligare praeceptum charitatis erga Deum. « Tertia: » an peccet mortaliter, qui actum dilectionis Dei semel tantum in vita eliceret, condemnare non audeamus. « Quarta: » tunc solum obligat, quando tenemus iustificari, et non habemus aliam viam, qua iustificari possimus. « Via autem, qua iustificari possumus sine dilectione Dei, ex eorum Theologorum opinione, est Sacramentum poenitentiae, cuius ope immunes nos putant a charitatis praecepto. Sed proscripae hae adseritiones, et ab Academia Parisiensi anno 1665., et a Summo Pontifice Innocentio XI. anno 1676. fuere, vel ex eo quod Scripturis, ac Patribus, supra a nobis memoratis contrariarentur.

Itaque amoris Dei praeceptum obligat quam saepissime, atque ad eius adimplerionem semper eritendum est: contra ac insane nimis, et cum piarum aurium offensione Theologi illi dixerunt.

Quibus vero temporibus potissimum? Nam et hoc bonae notae Theologi definire solent. Primo quidem, initio vsus rationis, quum iam homini liberum est, vel ad Deum, vel ad creaturam se convertere: » creaturae quippe rationali, ait Fulgentius, (18) alia beatitudo non potuit, nec potest esse, nec poterit, nisi vt agnoscens

» a

(17) Lib. II. cont. Academ. cap. 6. (18) Lib. I. de Fide, cap. 17.

» a quo non solum facta, sed etiam a quo rationalis facta est, maiorem dilectionem exhibeat bono creatori, quam sibi.

Secundo: praeceptum amoris Dei maxime obligat in vitae exitu: hinc Pastores iuxta Ecclesiae disciplinam actus fidei, spei, et charitatis a decumbentibus exigere solent.

Tertio: eliciendi sunt actus amoris Dei quum tentationibus pulsatur, aduertimusque charitatem in nobis tepescere.

Quarto: si eam orandi formulam, quam dictauit ac praecipit Magister noster Christus, tenemus, toties amoris actus elicere debemus, quoties orationem Dominicam, ad quam cetera reduci debent, lingua proferimus: nisi enim interni affectus animi verbis nostris respondeant, vere illud Matth. xv. in nos contorquebitur: » populus hic labilis me honorat, cor autem eorum longe est a me; si-
» ne causa autem colunt me. «

Sed ea quoque, quae de diuino hoc praecepto dicebamus, absurdas, scandalosasque has Recentiorum propositiones ostendunt. Prima: » non tenemur proximum diligere actu interno, et formali. « Secunda: » praecepto proximum diligendi satisfacere possumus per solos actus externos. « Tertia: » Praeceptum affirmatiuum amoris Dei et proximi non est speciale, sed generale, cui per aliorum praeceptorum adimplerionem satisficit. « Has enim Innocentius XI. anno 1679. et Parisiensis Academia anno 1665. damnarunt, quod contrarias repugnantesque agnoscere Scripturae testimoniis, et Patrum dictis. Equidem (ne alia producamus) legitimus Matth. xxii. : » diliges proximum tuum sicut te ipsum. « ? Anne ipsi aduersarii sese externo dumtaxat amore diligunt? Sunt et his affinia in Scripturis, et Patribus bene multa.

CAPVT XI.

Eos, qui contra opinati sunt, designat: eorumque momentis occurrit. Quaedam insuper inde infert. ®

Haud recte de diuino dilectionis Dei, et hominum praecepto sensisse Theologos nonnullos, qui postremis his temporibus scripserunt, praecedentibus corollariis inuimus. ®

Ast Sententiarum Magister est, qui S. Thoma referente, (1)

Ddd 2

» po

(1) Secunda Sec. quaest. xxxii. art. 2.

« cum benevolentia, et charitate consensio: » ut eleganter Augustinus dicit. (17) Est igitur Deum inter et hominem iustum amicitia vera, ceterisque omnibus amicitiae speciebus longe praestantior; quoniam inter utrumque est charitatis consensio: et si Deus nihil vult propter hominem, tanquam finem vltimum; neque id vult iustus, sciens longe melius esse hunc finem constitui in bono incommutabili, quam in creato, et finito: ac e contrario, si homo nihil commodi Deo adfert; neque id quaerit Deus, felix satis, ditissimusque seipso: sed quam perfecta voluntas sit summo bono adhaerere, eoque frui, vtrumque vult, iam homo iustus, quam Deus: excellentissima haec est animorum consensio. Igitur amicitia vera, diuturna, mutua, iucundissima, optima.

COROLLARIA.

Quae autem de diuino dilectionis praecepto dicebamus, absurdas, atque scandalosas illico commonstrant quorundam Recentiorum propositiones. Harum prima fuit. « Praeceptum amoris Dei per se tantum obligat in articulo mortis. » Secunda: « probabile est ne singulis quidem rigore quinquentis per se obligare praeceptum charitatis erga Deum. » Tertia: « an peccet mortaliter, qui actum dilectionis Dei semel tantum in vita eliceret, condemnare non audeamus. » Quarta: « tunc solum obligat, quando tenemus iustificari, et non habemus aliam viam, qua iustificari possimus. » Via autem, qua iustificari possumus sine dilectione Dei, ex eorum Theologorum opinione, est Sacramentum poenitentiae, cuius ope immunes nos putant a charitatis praecepto. Sed proscripae hae adsertiones, et ab Academia Parisiensi anno 1665., et a Summo Pontifice Innocentio XI. anno 1676. fuere, vel ex eo quod Scripturis, ac Patribus, supra a nobis memoratis contrariarentur.

Itaque amoris Dei praeceptum obligat quam saepissime, atque ad eius adimplerionem semper eritendum est: contra ac insane nimis, et cum piarum aurium offensione Theologi illi dixerunt.

Quibus vero temporibus potissimum? Nam et hoc bonae notae Theologi definire solent. Primo quidem, initio vsus rationis, quum iam homini liberum est, vel ad Deum, vel ad creaturam se convertere: « creaturae quippe rationali, ait Fulgentius, (18) alia beatitudo non potuit, nec potest esse, nec poterit, nisi vt agnoscens

» a

(17) Lib. II. cont. Academ. cap. 6. (18) Lib. I. de Fide, cap. 17.

» a quo non solum facta, sed etiam a quo rationalis facta est, maiorem dilectionem exhibeat bono creatori, quam sibi.

Secundo: praeceptum amoris Dei maxime obligat in vitae exitu: hinc Pastores iuxta Ecclesiae disciplinam actus fidei, spei, et charitatis a decumbentibus exigere solent.

Tertio: eliciendi sunt actus amoris Dei quum tentationibus pulsatur, aduertimusque charitatem in nobis tepescere.

Quarto: si eam orandi formulam, quam dictauit ac praecipit Magister noster Christus, tenemus, toties amoris actus elicere debemus, quoties orationem Dominicam, ad quam cetera reduci debent, lingua proferimus: nisi enim interni affectus animi verbis nostris respondeant, vere illud Matth. xv. in nos contorquebitur: « populus hic labilis me honorat, cor autem eorum longe est a me; siue causa autem colunt me. »

Sed ea quoque, quae de diuino hoc praecepto dicebamus, absurdas, scandalosasque has Recentiorum propositiones ostendunt. Prima: « non tenemur proximum diligere actu interno, et formali. » Secunda: « praecepto proximum diligendi satisfacere possumus per solos actus externos. » Tertia: « Praeceptum affirmatiuum amoris Dei et proximi non est speciale, sed generale, cui per aliorum praeceptorum adimplerionem satisficit. » Has enim Innocentius XI. anno 1679. et Parisiensis Academia anno 1665. damnarunt, quod contrarias repugnantesque agnoscerent Scripturae testimoniis, et Patrum dictis. Equidem (ne alia producamus) legitimus Matth. xxii. « diliges proximum tuum sicut te ipsum. » Anne ipsi aduersarii sese externo dumtaxat amore diligunt? Sunt et his affinia in Scripturis, et Patribus bene multa.

CAPVT XI.

Eos, qui contra opinati sunt, designat: eorumque momentis occurrit. Quaedam insuper inde infert.

Haud recte de diuino dilectionis Dei, et hominum praecepto sensisse Theologos nonnullos, qui postremis his temporibus scripserunt, praecedentibus corollariis inuimus. ®

Ast Sententiarum Magister est, qui S. Thoma referente, (1)

Ddd 2

» po

(1) Secunda Sec. quaest. xxxii. art. 2.

ponit, »quod charitas non est aliquid creatum in anima, sed est »ipse Spiritus Sanctus mentem inhabitans. Nec est sua intentio, quod »iste motus dilectionis, quo Deum diligimus, sit ipse Spiritus Sanc- »tus, sed quod iste motus dilectionis est a Spiritu Sancto, non me- »diante aliquo habitu, sicut a Spiritu Sancto sunt alii actus virtu- »tum, medianibus habitibus altarum virtutum, puta, habitu fidei, »et spei, aut alterius alicuius virtutis. Et hoc dicebat propter excel- »lentiam charitatis.»

Tamen Magistri opinionem refellit a Sancto Thoma, (2) et a ceteris Theologis constat. Ac iure illa quidem ab aliis sal- »tim vi temeraria, ab aliis vi erronea reiecta est; quum, praeter dic- »tam pugnet illa aduersus conclusionem, quae ex fidei propositione eu- »denter satis colligitur. Fide enim constat infundi in iustificatione gra- »tiam, et charitatem, quae cordibus inhaeret, ex Concilio Tridenti- »no: (3) et paruulos per baptismum induere nouum hominem, fieri »innocentes, immaculatos, et haeredes Dei, cohaeredes autem Chris- »ti: (4) At isthaec non possunt in paruulis intelligi de actu charita- »tis, quum in illis nullus sit actus; neque de Spiritu Sancto prae- »cise, quum inhaerere nequeat: igitur intelligantur necesse est de »charitatis habitu.

Postremo: charitatem esse veram amicitiam inter Deum homi- »nesque negant cum Durando perpauci, ceteris omnibus affirman- »tibus.

Sed videamus quibus momentis ducantur homines hi. Itaque, qui »diuinum dilectionis praeceptum oppugnant friuolis his, ineptisque »argumentis nituntur. I. Ioan. xiiii. inquit, legimus: »si diligitis »me, mandata mea seruatae:» nulla ergo praeter obseruantiam prae- »ceptorum nobis iniungitur dilectio.

II: nonne possumus implere omnia mandata ex timore poenae?

Non, ergo opus est dilectionis praecepto.
III: Bernardus haec habet: (5) »est charitas in actu, et in af- »fectu, et de illa quidem, quae operis est, puto datam legem ho- »minibus, mandatumque firmatum: nam in affectu quis ita habeat, »vt mandetur?»

IV: si diligendus Deus est ex toto corde, ex tota anima, ex to- »ta mente, nullus certe in hac vita praeceptum dilectionis adimplere »po-

(2) Ibidem.

(1) Sess. v. Can. 11.

(4) Sess. vi. Can. 5.

(5) Serm. 1. in Cantica.

poterit: saltem igitur modus iste charitatis sub praecepto non cadit.

V: Quod si extaret quoque dilectionis proximi praeceptum, pec- »catores quoslibet diligere teneremur, tanquam proximos: at pec- »catores sunt Dei inimici, et ei inuisi, secundum illud Sap. xiv.: »odio sunt Deo impius, et impietas eius:» ergo nullum datur hu- »iusmodi praeceptum; sed potius peccatores, vt inimicos odisse de- »bemus, exemplo Dauidis, qui Psal. cxviii. ita cecinit: »iniquos »odio habui:» et Psal. cxxxviii.: »perfecto odio oderam illos, et »inimici facti sunt mihi.»

VI: saltem excommunicati charitate diligendi non sunt; quum »a corpore Christi abscissi sint, et a fidelium communione separati: »ita, vt pro eis orare non liceat, nec Aue eis dicere.

VII: nullum extat praeceptum diligendi se ipsum: ergo nec de- »bitur dari praeceptum diligendi proximum.

Pro sententia autem Magistri Sententiarum sic valet argumenta- »ri. Primo: i. Ioan. iv. dicitur: »Deus charitas est: et qui manet »in charitate, in Deo manet, et Deus in eo.» Quibus ostenditur, »charitatem qua Deum diligendo in Deo manemus, et Deus nos di- »ligendo in nobis manet, non esse aliam, nisi charitatem, quae Deus »est.

Secundo: Augustinus sic loquitur: (6) »fraterna dilectio, qua »diligimus inuicem, non solum ex Deo est, sed etiam Deum esse, »Scriptura declarat.» Et alio loco: (7) »ita dictum est Deus cha- »ritas est, sicut dictum est, Deus spiritus est.» Atque praeccludens »responionem, qua occurrere posset, nempe: Deum eo modo dici »charitatem, qua dicitur nostra patientia, quia sit donum ab ipso »proueniens; superaddit: »neque enim propterea dictum est, quia »Dei substantia est nostra patientia, sed quod ab ipso nobis est: »sicut alibi legimus: quoniam ab ipso est patientia mea. Hunc quip- »pe sensum facile refellit Scripturarum ipsa loquutio. Tale est enim: »tu es patientia mea; quale est: tu es Domine spes mea, et Deus »meus, misericordia mea, et multa similia. Non est autem dictum: »Domine charitas mea; aut: tu es charitas mea; aut: Deus chari- »tas mea. Sed ita dictum est: Deus charitas est; sicut dictum est, »Deus spiritus est.

Rursus dicit: (8) »quomodo corpus tuum sine spiritu, quod »est

(6) Lib. viii. de Trinit. cap. 8.

(7) Lib. xv. de Trinit. cap. 17.

(8) Tract. ix. in Ioan.

est anima tua, si fuerit, mortuum est; sic anima tua sine Spiritu Sancto, id est, sine charitate, si fuerit, mortua deputabitur.

Tertio: nihil creatum potest nos a vanitate separare, ac Deo, qui infinitus est, coniungere: ut enim dicitur ad Rom. viii. : »vanitati creatura subiecta est,« et quod vanitati subiectum est, non potest veritati connectere. Vnde Augustinus concludit: (9) Spiritum Sanctum, quum a vanitate separet, et veritati coniungat, non esse creaturam: atqui charitas a vanitate separat, et Deo primae veritati nos coniungit: non ergo quid creatum illa est.

Accedit: quod omne creatum, natura quaedam est, proindeque nequit esse principium meriti, ut contra Pelagium sentit Ecclesia: at charitas principium meriti est: ergo non est quid creatum.

Denum pro Durando haec opponi solent. I: Deus, sicut nihil facit, ira nihil amat, nisi propter semetipsum. Dicitur enim Proverb. xvi. : »vniuersa propter semetipsum operatus est Dominus:« neminem igitur diligit amore amicitiae, quae vult bonum alteri.

II: Deus nullo bono caret: igitur nullum est bonum, quod possit homo Deo velle.

III: inter dominum, et seruum non datur vera amicitia: nam quicquid serui est, domini est: neque inter dominum, et seruum mutuum datur conuictus: sed homines quantumcumque iusti, serui Dei sunt: ergo eos inter et Deum non est vera amicitia.

IV: amicitia non datur proprie nisi inter aequales: ait enim Hieronymus: (10) »amicitia pares, aut accipit, aut facit; ubi enim inaequalitas est, amicitia non est:« atqui inter Deum et homines non potest esse aequalitas, sed est maxima inaequalitas: non est ergo amicitia.

V: charitas non est amicitia, neque ex parte hominis; quia amor, cuius finis est amato frui, non est amicitiae, sed concupiscentiae, quae amat bonum sibi; charitatis autem finis ex parte hominis est frui Deo: neque est amicitia ex parte Dei: quia Deus diligit nos propter se ipsum, non propter nos: ergo.

VI: amicitia debet esse liberalis, et honesta; sed charitate diligimus Deum, non liberaliter, et honeste, sed propter mercedem: ergo non est amicitia.

VII: amicitia requirit familiarem consuetudinem, et conuictum: at cum Deo nulla est familiaritas, neque conuictus: »quoniam, dum

(9) Lib. de mor. Eccl. cap. 21.

(10) In cap. vii. Micheae.

sumus in corpore, peregrinamur a Domino, ut Paulus ait ad Corinth. v: et Daniel cap. ii. ait: »exceptis Diis, quorum non est cum hominibus conversatio: neque igitur est cum hominibus amicitia.«

VIII: de hominibus, velut de seruis dicitur Lucae xvii. »sic et vos, quum feceritis omnia, quae praecepta sunt vobis, dicitur: »serui inutilis sumus, quod debuimus facere, fecimus:« igitur haud possumus ad Dei amicitiam peruenire.

IX: Scriptura etiam reprobos, nec habentes charitatem, amicos vocat. Ita Matth. xxii. non habenti vestem nuptialem dicitur: »amicum, quomodo huc intrasti?« Et cap. xxvi. Christus Iudae proditori ait: »amicum, ad quid venisti?«

X: charitas se extendit etiam ad inimicos, qui certe non redamant: ergo non est mutua benevolentia. Haec obiciunt.

Omnium tamen in promptu est solutio. Ad primum igitur primae classis dicimus, nihil ex eo concludi: nam Apostoli, quibus dictum est, »si diligitis me, mandata mea seruate,« iam proculdubio diligebant; eisque, »imperatur ut diligant, et mandata conseruent,« ut accipiant manifeste Spiritum Sanctum, atque innotescat quod »habent:« ut loquitur Augustinus. (11) Ergo non diligentibus praecipitur, ut diligant; diligentibus vero ut dilectionem factis comprobent, in eaque proficiant. Qui autem praecipit argumenta amoris, vult potius amorem ipsum.

Ad secundum dicendum: laudandum esse timorem, quem legis Paedagogum cum Augustino appellamus: (12) sed timendum est, »ut formido custodiat, et perducatur ad dilectionem:« quae auctore Apostolo ad Rom. xiii. »plenitudo legis est.«

Tertio occurrimus dicendo: ex Sancto Bernardo quid infertur, nisi charitatem actualem praeeptam esse: cum vero, quae sapit, afficitque suauiter, et quam vocat charitatem in affectu, non ad meritum dari, sed ad premium? Ait enim post pauca: (13) »neque hoc dico, ut sine affectione simus, et corde arido solas moueamus manus ad opera.«

Ad quartam responderetur: quod duplici sensu aliquid ex toto corde, ex tota anima, et in tota mente facere dicimus. Primo quidem, si actio tanto charitatis ardore intendatur, ut non possit vehementius intendi: Secundo, si in ea praecipuam curam ponamus.

Ac

(11) Tract. lxxiij. num. 1.

(13) Laud. Serm. num. 3.

(12) Serm. clxxi. num. 8.

Ac primo sensu non impletur praeceptum charitatis, nisi in patria, vt Augustinus, (14) et Bernardus docent. (15) Altero vero modo impletur etiam in hac vita; tametsi non possumus extinguere concupiscentiae luctamen praecedens impetum casti amoris vehementiorem, dummodo nihil operatur illicitum. » Aliud enim est totam non » assuqui charitatem, aliud nullam sequi cupiditatem: « inquit lepidissime Augustinus. (16)

Quum soluitur exponendo Sapientiae locum sub hac forma: peccatores sunt Dei inimici, atque ei inuisi, qua peccatores, et ratione malitiae, esto: impius enim ex. gr. Idoli fabricator, et idolum ab ipso fabricatum odio sunt Deo; ac de his agitur laudato capite Sapientiae: sunt Dei inimici, et ei inuisi, secundum naturam, nego. Dilexit enim nos, quum adhuc peccatores essemus. Ait siquidem Dominus Ezech. xviii. » numquid voluntatis meae est mors impij, dicit Dominus Deus, et non vt conuertatur a viis suis, et viuat? » Iraque et nos, quum vnius spiritus, et voluntatis cum Deo, ob charitatem simus, odisse peccatoris iniquitatem, et malam voluntatem debemus; neutquam personam.

Docet id Augustinus scribens: (17) » iniquus homo, in quantum iniquus est, odio habendus est: in quantum autem homo est, » diligendus est, vt illud, quod recte odimus, arguamus, id est, » vitium, quo possit illud quod ideo recte diligimus, id est, humana ipsa natura, emendato vicio liberari. « Docet idem S. Thomas, vbi dicit: (18) » secundum naturam suam sunt ex charitate diligendi (peccatores); secundum culpam, qua Deo aduersantur, sunt » odiendi quicumque peccatores, etiam pater, et mater, et propinquus, vt habetur Lucae xiv. . . . et hoc est vere ex charitate » diligere propter Deum. «

Ad sextum dicendum: excommunicationem esse poenam medicinalem ordinatam ad salutem excommunicati, vt patet ex Apost. I. ad Corinth. v. vbi scribit se incestuosum tradidisse » Satanae in interitum carnis; vt spiritus saluus sit in die Domini nostri Iesu Christi. « Et ad Thessal. iii. postquam praecipit fidelibus, vt se subtrahant ab omni fratre ambulante inordinate, subdit: » et nolite quasi inimicum existimare, sed corripite vt fratrem. « Sed charitas Aposto-

(14) De perfect. Iust. cap. 7. et de spir. et lit. cap. ult.
(15) Serm. 2. in Cant. et de diligendo Deo cap. x.

(16) Lib. de spir. et lit. cap. ult.
(17) Lib. xix. cont. Faust. cap. 14.
(18) Secunda Sec. q. xxv. art. 6.

toli in incestuosum a se excommunicatum, et postea poenitentem maxime elucet n. ad Corinth. ii. vbi pro illo intercedit apud Corinthios, vt suo exemplo confirmet in illum charitatem.

Postremum maximum hoc habet discrimen, quo soluitur. Quoniam homo naturaliter diligit seipsum, etiam infimum, etiam pessimum, nec in potestate eius est, vt nolit esse beatus; quin aliquando ideo malus est, quia vult esse beatus, suam beatitudinem in voluptatibus, et rerum humanarum abundantia constituens. Quamobrem frustra daretur illi praeceptum diligendi seipsum; sed in primis eger, et doctrina, vt discat in solo Deo suam esse hominis felicitatem, et praecepto simul et gratia, quibus suauiter impellatur deum amorem sui ab illicitis renouare, et totum in Deo colligere. Ait enim Augustinus. (19) » quia igitur nemo nisi Deum diligendo, diligit » seipsum, non opus erat, vt dato de Dei dilectione praecepto, etiam » seipsum homo diligere iuberetur, quum in eo diligeret seipsum, quod » diligit Deum. « Sed amor noster non simili impetu in proximum currit; multa in illo, etiam in sanguine coniunctissimis, displicent, suntque nobis onera, quae impatienter ferremus, nisi lex diceret, » diliges proximum tuum sicut te ipsum. « Item, » alter alterius onera » portare. «

Ad primum deinde secundae classis argumentum respondendum: ex Ioannis testimonio non concludi, quod charitas fraterna, quae in nobis est, et qua in Deo sumus, sit formaliter ipsa charitas, quae Deus est, sed quaedam illius participatio: quum enim charitas, quae Deus est, sit fons omnis dilectionis, quae in creaturis reperitur, recte concluditur, quod is, qui manet in charitate, manet in Deo, et Deus in illo. Sicut ergo is dicitur manere in sole, qui manet in lumine a sole diffuso; et vicissim sol dicitur esse in cubiculo, vbi est lumen solis; ita ille dicitur manere in Deo, qui manet in charitate a Deo diffusa; et Deus dicitur in eo manere per suum effectum.

Ad secundum soluendum exponere oportet Augustini praeceptum dictum: fraterna dilectio, qua diligimus inuicem, non solum ex Deo est, sed Deus ipse participatiue; esto: Deus ipse substantialiter, nego. Inquit enim S. Thomas: (20) » quemadmodum dicimur boni bonitate, quae Deus est, et sapientes sapientia, quae est Deus; quia » bonitas, qua formaliter boni sumus, est participatio quaedam diuinae bonitatis; et sapientia, qua formaliter sapientes sumus, est » Tom. III. Ece » par-

(19) Laud. Epist.

(20) Secunda Sec. quaest. xxxiii. art. 6. ad primum.

» participatio quaedam diuinæ sapientiæ; ita etiam charitas, qua formaliter diligimus proximum, est quaedam participatio diuinæ charitatis. Hic enim modus loquendi consequens est apud Platonicos, quorum doctrinis imbutus fuit Augustinus. «

Atque exponens illud, (21) quod frequentissimum est in scriptis S. Augustini, nempe, sicut anima est vita corporis, ita Deus est vita animæ; » et quomodo corpus tuum sine spiritu, quod est anima tua, si fuerit, mortuum est; sic anima tua sine Spiritu Sancto, id est, si charitate si fuerit, mortuum deputabitur: « docet, Deum per charitatem non esse formaliter, sed effectiue vitam animæ.

Iustus tamen dicitur viuere vita Dei, sed participatiue; quatenus amor charitatis, qui est summæ beneuolentiæ, transformat amantem in Deum amatum per ætissimam unionem, quæ vnum alteri ita adstringit, vt non tam similis illi, quam vnus, idemque cum eo spiritus, vna voluntas, et vna quasi anima efficiatur; vero quidem, sed adeo ineffabili modo, vt nouæ excogitandæ sint voces ad illam communicationem explicandam, qua quis per charitatem manet in Deo, et Deus in ipso: Deus enim sic amantem non solum assimilât sibi in moribus, et virtutibus diuinis; sed etiam facit consortem naturæ diuinæ, eiusdem secum animi, desiderii, et affectus; omnes eius potentias, sensus, appetitus, amores, operationes, cogitationes, intentiones cordis trahens ad se; aden vt fiat quaedam moralis communicatio idiomatum; diciturque Spiritus Sanctus postulare, genere, contristari, gaudere, dum ista operatur in anima.

Reliqua Augustini dicta, quæ obiecta sunt, facilius exponuntur. Quod enim ad primum attinet, Augustini intentum solum est firmare, quod Deus aliter charitas est, quam spes, vel patientia: non quod ipse charitatem suppleat; sed quoniam non dicitur spes, vel patientia, quasi in seipso spem, vel patientiam habeat: neque enim quidquam sperare potest Deus, vel pati; sed pater, ac præcisè, quoniam spem, et patientiam in nobis causat, et infundit. Verum dicitur charitas, nedum, quia charitatis virtutem nobis causat, et infundit; sed etiam, quia ipsemet in se charitatem habet; imo et charitas ipsa est: vere nos ex charitate diligit, sicut a nobis ex charitate diligitur.

In secundo testimonio nihil aliud Augustinus adfirmat, nisi spiritum esse vitam corporis efficienter; animam vero esse vitam corporis

for-

(21) In Respons. ad secundum.

formaliter: vnde anima per se ipsam immediate viuificat corpus, et ea recedente corpus moritur, quia ab eo recedit causa dans formaliter vitam: recedente autem spiritu, anima dicitur mortua, quoniam recedit causa conseruans efficienter vitam charitatis, et gratiæ. Doctrinam hanc S. Thomæ verbis iuuat dilucidare. Scribit enim: (22) » Deus est vita animæ per modum causæ efficientis; sed anima est » vita corporis per modum causæ formalis. Inter formam autem, et » materiam non cadit aliquod medium; quia forma per se ipsam informat materiam, vel subiectum. Sed agens informat subiectum, non » per suam substantiam, sed per formam, quam causat in materia. «

Tamen his ad Augustini loca responsionibus allatis, haud prætereundum existimamus, legi certe in Augustini operibus alia, in quibus S. Doctor perspicue distinguit charitatem, quæ Deus est, a charitate, qua Deum diligimus. Ita in Ioannem scribens: (23) » iustitia Dei hic dicitur, non qua iustus est Deus, sed quam dat homini » Deus, vt iustus sit per Deum. « Quod autem hominis iustitia sit ipsa charitas, docet vbi hæc scribit: (24) » charitas ergo inchoata, inchoata iustitia est; charitas prouecta, prouecta iustitia est; charitas ex Augustino hic sicut et iustitia incrementum suscipiunt: at qui Deus nullam mutationem admittit: Deus igitur non est ea charitas, qua diligimus illum. Haud dubitandum ergo de Augustini mente.

Ad tertium argumentum responderet S. Thomas his verbis: (25) » charitas operatur formaliter: efficacia autem formæ est secundum » virtutem agentis, qui induit formam. Et ideo patet, quod charitas » non est vanitas, nec est infinita; sed quod facit effectum infinitum, » dum coniungit animam Deo, iustificando ipsam.

Augustinus autem probat Spiritum Sanctum non esse creaturam, quia propria sua vi, et auctoritate separat a vanitate, et coniungit veritati; non autem vt virtus alterius, quod præstat creata charitas. Vnde in forma poterit prior propositio sic exponi: nihil creatum, secundum ea, quæ habet ex se; et quatenus creatum est, potest nos a vanitate separare, et Deo, qui infinitus est, coniungere, concedo secundum ea, quæ habet vt virtus est agentis infiniti, nego.

Veniamus tandem ad argumenta tertiam propositionem oppugnanti. Ex his primum soluitur dicendo: quod Deus operatur quidem, et

Ecc 2

vult

(22) Secunda Sec. quaest. cx. art. 1. ad secundum.

(24) Lib. de nat. et gr. cap. ult.

(25) Vbi sup. art. 2. ad tertium.

(21) Tract. xxv.

vult omnia propter semetipsum, sicut propter finem vltimum; sed ad vilitatem nostram, non ad suam; quippe, qui »bonorum nostrorum» non indiget, « vt Psal. xv. scriptum est: ergo vult bonum nobis, quando nos ad se, vt ad destinatum finem refert, in quo verum bonum nostrum situm est. Quod si Augustinus dicit: (26) »Deus non »fruitur nobis, sed vultur, « verum dicit: sed hic Dei vsus, non ad suam, sed ad nostram vilitatem refertur.

Secundi inepta est illatio, proinde neganda. Quamuis enim Deus nullo careat bono, tamen possumus ei bona velle, vel interna, nobis complacendo quod habeat illa, et de hoc gaudentes; vel externa, vt honorem, cultum, tum exhibendo, tum desiderando, quum procurando: vnde dicitur quotidie, »sanctificetur nomen tuum.« Nec refert, quod nihil Deo dare possumus, quod suum non sit, ei que debitum ex iustitia. Nam haec est Dei bonitas erga nos, vt ex nobis accipiat, velut dona nostra, meritaque, quae debita ipsi sunt, ac dona sua.

Ad tertium dicendum: quod licet dominum inter et seruum, dum in seruitute manet, amicitia non contrahatur; quoniam dominus, dum seruum amat, non vult bonum seruo, sed sibi: amat siquidem eum, vt sibi vtilem; nihil tamen obest, quin ille, qui conditione seruus est, gratia, et benevolentia domini libertate donetur, ac ad eam euahatur dignitatem, vt vel filius eius adoptiuus sit, vel amicus: hoc sane homini per Christum contigit. Qui enim et conditione, et peccato seruus erat, gratia, et charitate factus liber, ad filiationem, et amicitiam Dei euectus est. Hinc Paulus ad Galat. iv. ait: »itaque fratres, non sumus ancillae filii, sed liberae, quia libertate Christus nos liberauit.«

Ad quartum dicendum: amicitiam requirere aequalitatem, non quidem absolutam, sed proportionis. Vnde ipse Philosophus, (27) agnoscit quoddam genus amicitiae etiam inter inaequales; quam dicit supereminetiae, seu excellentiae; qualis est inter patrem et filium, virum et uxorem, Principem et subditos; quae in eo posita est, vt proportionaliter quod suum est, in bonum amici velit, ac faciat; vt Princeps subdito beneficia conferendo, et subditus obsequium Principi praestando. Sic igitur Deus hominem diligendo, quamuis aequalitatem non adiuueniat, eam tamen proportionaliter facit; volendo nempe, et efficiendo in ipso dona gratiae, et charitatis, quibus

(26) Lib. I. de Doct. Chr. cap. 37.

(27) Lib. viii. Ethic. cap. 7.

bus consortes efficiuntur, diuinae naturae, filii Dei, eiusdem domestici, fratres Christi, vt in nouo Testamento saepius repetitum legitimus. Homo autem iustus Deum diligit, omnia ac seipsum propter Deum, vt finem; volendo, ac peragendo.

Quin et ad amicitiam sat esse aequalitatem in animi pulchritudine, Platonis, Dionisque benevolentia mutua ostendit: item et in moribus ferinis, et agrestibus similitudo amicitiam parit, vt Orestis, et Pyladis exemplum commonstrat; et in eruditione, et doctrina, vt Socratis in Phaedrum, et Alcibiadem amor euincit.

Ad quintum respondetur charitatem amicitiam esse ex parte hominis. Enim etsi finis proximus charitatis sit fuit Deo; hunc tamen vltimus ordinat in Dei gloriam: imo quum mercedem inuictur aeternam, hoc in primis respicit, vt glorificetur Deus, quemadmodum Synodus Tridentina docet. (28) Esse quoque amicitiam ex parte Dei; quoniam, vt dictum est, amat nos, tanquam finem, cui bonum vult; quod ad amicitiam excellentiae, quali Deus homines respicit, sufficere debet.

In sexto soluendo non est cur immoremur: falsum quippe est illius assumptum. Nam dum Deum nos diligimus propter mercedem, non diligimus mercedem propter seipsam, sed propter Deum. Neque amor mercedis opponitur amicitiae, quando merces est ipse amicus, praesertim Deus.

Ad septimum duplici via occurrimus. Prima: amicitiam non requirere conuictum; quam etiam teste Philosopho, (29) inter absentes possit esse vera amicitia. Secunda: quod, quamuis absentes a domino, corpore quidem, adhuc tamen ambulantes per fidem, mente cum Deo familiariter possumus conuersari. Vnde Paulus ad Philip. iii. »nostra autem, ait, conuersatio in caelis est.« Moses Dei amicus familiariter cum Deo loquebatur, sicut solet homo loqui ad amicum suum. Exod. xxxiii. Et per orationem cum Deo familiariter loquimur, ac ipse nobiscum; quo sensu Psal. lxxxiv. dicitur: »audiam quid loquatur in me Dominus Deus.«

Verba vero, quae ex Daniele afferuntur, non hominis iusti, sed impiorum Chaldaeorum apud Regem se excusantium, quod somnium ei dicere non possent, sunt. Loquendo tamen de vero Deo, dicitur Deuter. iv. »non est alia ratio tam grandis, quae habeat Deos appropinquantes sibi, sicut Deus noster adest cunctis obseruationibus nostris.«

Ad

(28) Sess. vi. cap. 10.

(29) Vbi supra.

Ad octauum dicendum: laudata Lucae verba de nobis dici, quasi ex nobis; qui serui inutiles sumus; quia non sufficentes sumus cogitare aliquid a nobis quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est: ut inquit Paulus II. ad Corinth. III. sed non propterea diffidere debemus, si per Dei gratiam a seruitute ad statum filiorum eleuemur. Quare idem Paulus citato loco praemiserat: fiduciam autem talem habemus per Christum ad Deum.

Quod non loco positum est, sic soluitur: modum illum loquendi Scripturarum esse per antiphrasim, et ironiam; quasi dicendo: tu qui amicum te profiteris, ita te geris, aut haec facis? Quod sane quaedam exprobratio est.

Vltimum soluit S. Thomas scribens: (30) quod amicitia se extendit ad aliquem dupliciter. Vno modo respectu sui ipsius: et sic amicitia nunquam est nisi ad amicum ipsius. Alio modo se extendit ad aliquem respectu alterius personae: sicut si aliquis habet amicitiam ad aliquem hominem, ratione eius diligit omnes ad illum hominem pertinentes, siue filios, siue seruos, siue qualitercumque ei attinentes: et tanta potest esse dilectio amici, quod propter amicum amantur hi, qui ad ipsum pertinent, etiamsi nos offendant, vel odiant. Et hoc modo amicitia charitatis se extendit etiam ad inimicos, quos diligimus ex charitate in ordine ad Deum, ad quem principaliter habetur amicitia charitatis. Quare, quum dicitur, quod amicitia perit redamationem, intelligi debet quantum ad eos, cum quibus principaliter, et ratione sui est amicitia, ut docet ipse Doctor Angelicus. (31)

COROLLARIUM.

Est igitur in charitate ordo seruandus. Quia charitas tendit in vltimum finem, sub ratione finis vltimi, quod non conuenit alicuius virtuti: finis autem habet rationem primi principii in appetitibus, et in agendis. Et ideo charitas maxime importat comparationem ad primum principium: ut loquitur S. Thomas. (32) Hunc vero ordinem ex Scriptura discimus. In II. siquidem Canticorum legitur: ordinauit in me charitatem.

Ast quomodo ordinanda charitas est? Scilicet: amore affectiuo me

(30) Secunda Sec. quaest. XXIII. art. 1. ad octauum.

1. ad secundum.

(31) In III. Sent. dist. 27. q. 2. art.

(32) Secunda Sec. q. XXVI. art. 1.

meliora sunt magis diligenda; amore autem effectiuo, seu opere, quae nobis sunt coniunctiora in pari tamen necessitate, et in eorundem bonorum genere. Cuius resolutionis, quod ad primam partem attinet, hanc habemus rationem: quod ubi maior est ratio diligendi, magis diligere oportet: atqui bonum est ratio diligendi: igitur maius bonum, magis diligendum est. Hinc bona spiritualia, vitio meliora, plus amare oportet, quam temporalia; si tamen ista sunt amanda: nam non sunt bona nostra, sed necessaria, quibus vtendum ad aliud, non quibus frui liceat amore iis inhaerendo.

Posteriorem vero eiusdem resolutionis partem nos Augustinus docet, ubi scribit: (33) omnes homines aequae diligendi sunt (hoc est idem bonum hominibus expetendum, quamuis non eodem affectu); sed quum omnibus prodesse non possit, his potissimum consulendum est, qui pro locorum, et temporum, vel qualibet rerum opportunitate constrictius tibi quasi quadam sorte iunguntur.

Ergo Deum ceteris omnibus anteponeere debemus, amore, quum affectiuo, tum effectiuo: quia praeterquamquod est summum bonum, et finis vltimus, ad quem omnia referenda sunt, nobis quoque est coniunctissimus, et intimior nostro intimo: habet quippe rationem totius, nos vero partis; pars autem minus est sui, quam totius. Vnde Augustinus inquit: (34) si te ipsum non propter te debes diligere, non succenseat alius homo (etiam si parerit) si et ipsum propter Deum diligas.

Ex his autem cuiquam datum est resolueret quaecumque de objecto charitatis schola late disputat.

(33) De Doct. Chr. cap. 28.

(34) De Doct. Chr. cap. 22.

CAPVT XII.

*Charitatis excellentiam prae aliis virtutibus contra sectarios tuetur.
Damnatum quietismum reprobatur: una et purum
amorem.*

Charitas est virtutum omnium, in omni quidem genere, excellentissima.

Amoris puri statum, necnon et quietem, in qua nihil anima agat, fanaticum, errorem, haeresim dicimus.

Prior propositio de fide est contra Lutherum, et Caluinum, qua parte genus moris, ac virtutis respicit. Eam enim manifeste docet Paulus I. ad Corinth. xiii. ubi post enumeratas omnes virtutes, adserit, eas sine charitate nihil prodesse; charitatem vero omnes virtutes secum trahere. Item ad Rom. xiii. inquit: «plenitudo legis est dilectio.» Et ad Coloss. iii.: «super omnia autem haec charitatem habete, quod est vinculum perfectionis.» Demum, in I. ad Titum I. dicit: «fidei autem praecepti est charitas.» Finis vero perfectior est his, quae ad finem sunt. Atque Christus Dominus Matth. xxii. rogatus, quodnam esset mandatum magnum in lege, dilectionem Dei esse respondit; dicens: «hoc est maximum, et primum mandatum.»

Eandem veritatem perpetuo Patres docuerunt. Ex his Hieronymus ait: (1) «quae alia inter fructus spiritus debuit tenere primum, nisi charitas, sine qua virtutes ceterae non reputantur esse virtutes; et ex qua nascuntur vniuersa, quae bona sunt.» Augustinus: (2) «nullum est, inquit, isto dono excellentius. Solum est, quod diuidit inter filios regni aeterni, et filios perditionis aeternae, dantur et alia per Spiritum Sanctum munera, sed sine charitate nihil prosunt.» Et alio loco: (3) «quantum est, ait, ista charitas, quae si defuerit, nihil prosunt omnia? Quid tibi plus potest dare Deus? Quidquid dederit minus est.»

Ac-

(1) In cap. v. Epist. ad Galat.
(2) Lib. xv. de Trinit. cap. 18.

(3) Sermon. cxxlv.

Accedit ratio S. Thomae. (4) Inter virtutes theologicas illa est certe excellentior, quae attingit Deum in se, vt in ipso sistat, non vt ex eo aliquid nobis proueniat: sola autem charitas Deum hoc modo attingit: nam fides, et spes attingunt quidem Deum, non tamen vt in se, sed secundum quod ex ipso prouenit nobis, vel cognitio veri, vel adeptio boni: charitas igitur omnium excellentissima est. Rursus: charitas est forma omnium virtutum, ordinans etiam earum actus ad finem vltimum: ac reddens propterea opera fructuosa, et meritotia vitae aeternae: fides enim, et spes sine charitate ad vitam aeternam nihil prosunt: est ergo ceteris virtutibus perfectior, quum ex eius coniunctione eximiam hanc dignitatem acquirant.

Quod autem charitas et in esse physico sit etiam fide, et spe perfectior, nobis exploratum videtur. Si enim est perfectior charitas etiam in esse naturae virtutibus moralibus, quoniam ex natura sua, ac specie hominem immediate Deo coniungit; quum quoque ex natura, et specie sua eum magis, quam fides, et spes coniungat Deo, vt in se bonus est, non vt principium cognitionis veri, vel adoptionis boni nobis, quomodo nos coniungunt fides, et spes, vt dictum est: si propterea in esse moris sit perfectior est, atque excellentior, cur non erit item et in natura?

Secundam propositionem, qua parte puri amoris statum relict, sic demonstramus: haec de amore puro doctrina a nullo antiquorum Patrum tradita est, vt ipse eius auctor fassus est in damnata propositione, dicens: (5) «quamuis haec doctrina esset pura, et simplex perfectio euangelica, antiqui Patres eam non proponebant passim multitudini iustorum:» at nulla euangelica doctrina verbum salutis excludit; neque existimandum Ecclesiae Pastores tanquam arcum seruasse necessaria pure amantibus documenta: igitur noua, et inaudita doctrina, quaeque elapso seculo erupit, de statu puri amoris, euangelica non est.

Deinde: et Euangelio haec doctrina repugnat: in hoc enim diligentibus Deum obseruantia mandatorum praescribitur; vt legitur Ioannis xiv: atque inter praecepta connumerantur fides, spes, charitas, poenitentia, oratio, ieiunium, aliaque virtutum officia a charitate, et amore imperata: spes praesertim, quae puro amori secundum

Tom. III.

Fif

dum

(4) Secunda Sec. quaeest. xxxii. art. 6. (5) Num. xxii.

dum arestabilem hanc opinionem repugnat, nonne commendatur ab Apostolo in locis compluribus? (6)

Præterea: præterea hæc indifferentia, non charitatem purgat, sed trahit homines cuiusque generis ad interitum sempiternum. Enimvero si infirmitatem propriam, ac patrata scelera minime recogitamus, in perditionem prolabimur; cuius primus gradus est propriae infirmitatis simulatio, alter ignorantia, qua mortales sua non vident vulnera; tertius præsumptio, qua vulnera non esse contendunt, vt docet Bernardus. (7) Si autem dicamus, accepta libertate spiritus, neque nobis orandum, vt Deus nos adiuuet, ne peccemus: superbia hæc est Pharisæi, quam vt vitemus Augustinus hortatur. (8)

Accedit: nullus amor est rectus, qui diuinæ voluntati aduersatur: at hæc est Dei voluntas, vt abstinemus ab omni immunditia, vt vnusquisque vas suum possideat in sanctificatione, et honore, vt habentes donationes secundum gratiam, quæ data est nobis, simus sollicitudine non pigri, spiritu feruentes, Domino seruientes, spe gaudentes: vt loquitur Apostolus ad Rom. xii. ergo.

Postremo: derelinquit quidem ad tempus coelestis sponsus, subtrahitque assueta dulcedinis spiritualis argumenta, incusso quoque reprobationis timore, prædilectis sibi animabus; quemadmodum fecisse traditur cum plurimis Sanctis. At id præstat, vt tentationibus vexatae, humilitatis, ac patientiæ exempla præbeant; neque illas deserit penitus, neque purificatur amor reprobationis persuasionem; hoc enim est Caini, et Iudæ peccatum, charitatem non purificans, sed extinguens. Quare Theresia ait: (9) nunquam Christi sponsam, animam charitate flagrantem, siue in coelum, siue in infernum, absque sponso cogitatione deferri. Derelictio igitur illa, qua anima puro amore affecta, etiam desperando, ac se reprobata inuincibili persuasionem credendo, superiore parte sponso adhaereat, inferiore autem tabescat, fanaticismus est, error etiam, imo et hæresis.

Alteram propositionis partem, quæ de damnato Quietismo est, demonstratur I: quietis oratio a Doctoribus Mysticis probata, nihil est aliud, quam dum anima ad cordis intima sese retrahens, nec videt, nec sentit, nisi Deum. Ita eam describunt Bonauentura, (10) Theresia, (11) Salesius, (12) et ab his edocri alii complures. In hac,

(6) In II. ad Cor. 3. - Ad Philip. 3. - Ad Titum 2.

(7) Serm. 11. in Psal. Qui habitat.

(8) Lib. 11. de peccat. merit. cap. 2.

(9) Cap. xviii. vitæ suæ.

(10) De stim. Amor. p. II. cap. 7.

(11) Cap. xiv. vitæ suæ.

(12) Lib. vi. capp. 7. et 8.

hac, aiunt, recolectione cessat anima a terrenis tumultibus, et a superuacuis cogitationibus quiescit, vt Bernardus docet. (13) At Molinos e contrario vult in sua quiete animam cum indifferentia pati, etiam doemonum, si occurrant, violentias, turpesque libidinum incitationes; nec quærem illam deturbari, tametsi animus alia videat, alia sentiat, etiam impura, et horrenda: ergo.

II: debet voluntas exercere in alias potentias imperium, et charitas ceteris affectibus dominari, vt Salesius demonstrat; (14) Ideoque castus amor præcipit singulis animæ facultatibus, ne contemplationis tempore diuagentur, veluti domina ad se ornandam in penetralia se conciliens, famulas hortatur ad domus custodiam: vnde in Proverbis cap. ix. scriptum est: »missit ancillas suas, vt vocarent ad arcem, et ad moenia ciuitatis.« Præcipit etiam, vt quando in oratione quietis fruitur sponso, silentium sensuum tumultus; ne »euigilare faciant dilectam,« vt in Canticis saepius dicitur. Quæ ergo est illa Molinosii ementita quies, ac diabolica, in qua voluntas, non regina, sed captiua, nihil imperat, eamque ancillæ tumultuosæ, atque errabundæ excitant, exturbant, a sponsi amplexibus separant, adulterisque amatoribus subiciunt?

III: etsi in oratione quietis, vt a Theresia explicatur, quandoque anima, dulcedine charitatis perfusa, dormitans nihil agere videatur; ait tamen, deperdi, aut abripi somno; docet quoque quietem illam esse diuini amoris scintillulam, (15) quam Dominus incipit in anima excitare, et accendere, et quæ scrupulæ timorem expellit, inseritque filialem. Salesius etiam, licet animam in oratione quietis posiram puerulo in sinu matris dormienti, et simulacro in sede consistenti comparet; (16) imo adserat, voluntatem nihil agere, (17) sed recipere dumtaxat amoris dulcedinem, et delectationem; ait tamen id euenire, quoniam non de se cogitat anima, sed de eo, cuius presentia delectatur: atque exponit, quoniam pacto voluntas non exerceat alias potentias, operetur tamen superiore parte, et quamquam nullam habeat sensuum exercitationem, in delectatione tamen charitatis non dormitet: ergo falluntur, errant, qui ex Theresiæ, et Salesii lectione probari autumant orationem quietis, in qua nihil anima agat, quum in ea quiete magis intellectus per fidem Deum in-

Fif 2

tuea

(13) De interiore domo.

(14) Lib. I. cap. 62.

(15) Cap. xiv. et xv.

(16) Capp. ix. et x. lib. 6.

(17) Cap. viii. ciuid. lib.

tueatur, et voluntas per charitatem magis summo bono adhaereat.

IV: quietem a Mysticis Doctoribus probatam esse specialem Dei gratiam Theresia docet: (18) at commentum sunt falsi Mystici hac quiete suum illos, qui semel arbitrium Deo subiecerunt, neque in posterum vlla illos sollicitudine angere; specialia Dei beneficia cuique, quantumvis improbo, impurissimoque, temere tribuentes: errantur igitur illi, atque in haeresim, detestandamque fanaticismum declinauerunt.

COROLLARIUM.

Relicienda itaque omnis omnino quies, ea quoque quam veri Mystici in animabus charitate flagrantibus admittunt? Non ita. Nam hanc dari quietem Scripturarum testimonia suadent. De anima quippe Christi sponsa legimus in Cant. cap. ii: »adiuro vos filiae Hierusalem per capreas, certosque camporum, ne susceitis, neque euigilare faciatis dilectam, quoadusque ipsa velit.« De Maria contemplantium typo Lucae x. dicitur: »sedens secus pedes Domini audiebat verbum illius.« Ac de Ioanne in eius Euangelio cap. xiii. dicitur: »erat recumbens vnus ex discipulis eius in sinu eius.« At Mystici his quietem illam explanant, qua anima, quasi dulci abrepta somno, ac veluti puer mammis intixus, lactemque suggens, diuinae dulcedinis incunditate perfunditur, illamque exteriores potentiae ac sensus ad obiecta alia non distrahunt, nec euigilare faciunt, sed colloquentem Dominum audit, et in sinu eius recumbit; vt sancti viri scripserunt, edocti praesertim experimento; vt Theresia, Ioannes a Cruce, Salesius, alii.

CAPVT XIII.

Errores contrarios vna et auctorum nomina adducit. Momenta, quibus eos firmare student, destruit.

Lutherus, eiusque gregales, negarunt charitatem, quam nos eidem excellentiam adfiximus; existimantes excellentissimam in vtroque genere esse fidem; quum per illam, aiebant, non per charitatem iustificemur. Caluinus autem (1) praefert quidem charitatem fidei; non tanquam sit magis meritoria; sed quia magis fructuosa est, quia

(18) Cap. xxi.

(1) In III. Instit. cap. 14. §. 8.

»latius patet, quia pluribus seruit, quia semper viget; quum fides vsus ad tempus consistat.«

Qui autem errores contra secundam veritatem numerantur? Postquam anno 1311. damnati fuerant in Viennensi Concilio Beguardorum errores; postquam extincta fuerat illuminatorum secta, Hispali exorta circa annum 1623; praecisusque anno 1656. surculus vetusti erroris, quo aliqui iactabant, adeo se in Dei amore profecisse, vt nacti spiritus libertatem, quidquid agerent, numquam a charitate deflecterent; erupit idem error, pestiferumque venenum effudit, operam nauante Michaeli de Molinos. Is enim perniciosam Mysticam Scholam fabricaturus adseruit primo, annihilandas esse animae potentias; hanc non debere in aliquo opere actiue se gerere, sed debere se regendam diuinae voluntati committere; nihil ab ea petendum, omnemque sollicitudinem propriae salutis, spem quoque, timorem, desideria quaeque virtutum deponenda. Ficta istiusmodi sine voluntatis actu indifferentia, consequenter affirmavit, animam in sua quiete orare etiam, dum somno abrepta est; dum impurae occurrunt cogitationes; imo dum, aut doemonis instinctu, aut altera maris, et foeminae sollicitatione carnales actus exercentur, propterea quod haec omnia, licet eueniant in vigilia, et sine mentis offuscatione, non commaculent superiorem illius partem, quoniam semel Deo proprium subiecit arbitrium. Nefaria autem dogmata haec proscripsit Innocentius XI. in Bulla, *Coelestis Pater*, emanata die xx. Nouembris anno 1687.

Non quidem in tam foeda, et absurda dogmata, sed in quietismum ramen prolapsus est Cameracensis Antistes Franciscus de Fénelon in libro Gallice inscripto: »Explication des Maximes des Saints;« quem in lucem edidit anno 1697. In eo autem docuit, dari statum quemdam habitualement amoris Dei, qui est charitas pura; hunc esse statum sanctae indifferentiae, in quo neque aeternam salutem volumus: dari in eo extremas probationes, in quibus non solum spes omnis amittitur, verum etiam potest anima inuincibiliter credere, se iuste a Deo reprobam; et tunc mystica morte, et a Deo derelictam, quasi cum Christo in cruce spirare: istam tamen perturbacionem clerici in parte inferiore caeca et inuoluntaria passiones ita vt in superiore regnet charitas, dum inferiorem percellit desperatio. Ast hunc errorem Cameracensis Archiepiscopi graui censura perstrinxerunt amplissimi Galliarum Antistites, Parisiensis, Meldensis,

sis, et Carnotensis. Eundem damnauit Innocentius XII. Cuius damnationis fulmine perterritus auctor se Pontificis sententiae submisit, erroreque suum palam, et e suggestu reprobauit.

Iam erroribus, eorundemque auctoribus relatis, ad confutanda illorum argumenta accedamus. Arguebant autem primo sectarili: iustificatio tribuitur fidei: dicitur siquidem ad Rom. v. : »iustificati ergo ex fide.« Et ad Rom. i. : »iustus autem ex fide uiuit:« excellentior ergo charitate fides est.

Secundo: ut legitur i. ad Timoth. i. : »charitas est de fide non ficta.« Ergo fides non ficta nobilior est charitate, sicut causa effectui.

Tertio: victoria tribuitur fidei i. Ioann. v. ubi dicitur: »haec est victoria, quae vincit mundum, fides nostra. Ergo fides praecedat charitatem, sicut victoria pugnam.«

Quarto: Paulus ad Hebraeos ii. fidem statuit tanquam basim, ac fundamentum, quo Sancti »uicerunt regna, operati sunt iustitiam, adepti sunt repositiones:« ergo ut fundamentum aliarum virtutum eis praestantior est, et excellentior.

Quinto: illud, per quod aliud operatur, videtur eo inferius esse; sicut minister, per quem Dominus operatur, Domino inferior est: at sicut habetur ad Galat. v. : »fides per dilectionem operatur:« superior igitur, ac nobilior charitate est.

Sexto: actus martyrii est actus fortitudinis; et tamen excellentissimus est, ut docet S. Thomas: (x) sed ea virtus est perfectior, quae perfectiorem actum habet: non ergo charitas est virtutum excellentissima. Haec praecipue exaggerant Sectarili.

Quietistae vero opponunt exempla Christi, Moysi, et Paullis quorum primus in cruce a Patre derelictus clamauit Matth. xxvii. : »Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me?« Alter Exodi xxxii. ait: »aut dimitte eis hanc noxam; aut si non facis, dele me de libro uiuentium.« Tertius denique ad Rom. ix. dicit: »Operabam enim ego ipse anathema esse a Christo pro fratribus meis.« Igitur, subinferebant Quietistae, perfecta charitas omnem cum Christo patitur desolationem, et cum Mose, et Paulo etiam propriam reprobationem amoris posponit.

Sed respondetur. Ad primum quidem primi ordinis; hominem iustificari ex fide, iustum ex fide uiuere, non quia fides se sola ius-

(x) Secunda Sec. q. cxxiv. art. 3.

tificet, aut sit se ipsa vita formaliter: »nam fides, inquit Concilium Tridentinum, (3) nisi ad eam spes accedat, et charitas, neque uenit perfecte cum Christo, neque corporis eius uiuum membrum efficit: sed quia est humanae salutis initium, fundamentum, et radix omnis iustificationis, sine qua impossibile est placere Deo, et ad filiorum eius consortium peruenire.«

Ad secundum neganda est illatio: dicit enim Paulus ibi, quod finis praecepti est charitas: finis autem non est effectus, sed causa eorum, quae sunt ad finem. Dicitur uero charitas procedere ex fide non ficta; quia fidem praesupponit; et quia actus charitatis ex fidei cognitione proficiscitur: non enim possunt incognita amari.

Ad tertium respondendum cum S. Thoma (4) negando inde ductam consequentiam. Eatenus enim fides dicitur vincere mundum, quatenus ostendit nobis inuisibilia, ex quorum amore contemnitur mundus. Ait autem S. Doctor: »nullus enim potest praesentia contemnere, nisi propter spem futurorum bonorum: per contentum enim principaliter vincitur mundus. Et ideo quia fides ostendit nobis inuisibilia, propter quae contemnitur mundus, ideo vincit mundum fides nostra.

Ad quartum dicendum: quod aliter fides dicitur fundamentum, et radix, aliter charitas. Enim fides dicitur fundamentum, quia eius actus est primus, iuxta illud Apostoli ad Hebr. ii. : »credere enim oportet accedentem ad Deum:« et quia dirigit, et ostendit finem ita ut ex ea incipiat fundamentum christianae religionis. Charitas autem dicitur fundamentum, et radix, quatenus motu suo mouet, uiuificat, et facit fructuosa opera aliarum virtutum, etiam ipsius fidei. Unde aedificium, quod inchoat fides, charitas perficit; proindeque praestantior ea est. Dicit item S. Thomas: (5) »charitas comparatur fundamento, et radici, in quantum ex ea sustentantur, et nutriuntur omnes aliae virtutes.

Quintum soluit S. Thomas his uerbis: (6) »quod fides non operatur per dilectionem, sicut per instrumentum, ut Dominus per seruum, sed sicut per formam propriam, eo modo, quo corpus operatur per animam.« Addendum: probabile ualde esse uerbum illud operatur sumendum esse, non actiue, sed passiuue; ut significet

(1) Sess. vi. capp. 7. et 8.

secundum.

(2) In cap. ii. ad Heb. lect. 7.

(3) Art. 6. ad secundum.

(4) Secunda Sec. q. cxxii. art. 8. ad

etur fidem per dilectionem agi, et in actu operantis constitui; quatenus charitas non sinit fidem otiosam esse, et torpentem, sed facit eam operari. Quia tamen fides per charitatem sic excitata agit, et bona opera exercet, verum est, quod fides per charitatem, ut formam, actiue operatur.

Ad sextum sub hac distinctione respondendum est: actus martyrii excellentissimus est, ut actus fortitudinis est; nego: ut imperatus a charitate, concedo. Ut enim ait S. Thomas (7) tolerare mortem, qui est actus elicitus a fortitudine, non est laudabile secundum se, sed tantum ut ordinatur ad aliquod bonum. Etsi mors toleraretur propter Christum, et fidem eius, qualis est actus martyrii, est opus praestantissimum; non quatenus a fortitudine elicitur, sed quatenus a charitate imperatur. Martyrium enim, ait S. Doctor, inter omnes actus virtuosos maxime demonstrat perfectionem charitatis.

Hic, quandoquidem sectariorum argumenta soluta iam sunt, placet, obiter licet, argumentum soluere quorundam Doctorum nostrae communionis catholicae, existimantium, fidem, vtpote ad intellectum pertinentem, praestantioris naturae suae, seu, ut aiunt, in genere entis esse. Est huiusmodi: altioris potentiae altior est virtus, sicut est altior operatio: sed intellectus altior est voluntate, quia ipsam dirigit: igitur fides, quae in intellectu est, charitate in voluntate residente est excellentior naturae suae.

Sed dicendum cum S. Thoma: (8) quod intellectus, eiusque operatio, est quidem secundum se altior voluntate, eiusque operatione: tamen per accidens, ac ratione habitae praesentis status, in quo ea, quae sunt supra nos, non cognoscuntur per species proprias, altior est operatio voluntatis, quae fertur ad ea, ut sunt in se. Et ideo, inquit S. Doctor, eorum, quae infra nos sunt, nobilior est cognitio, quam dilectio. Propter quod Philosophus in vi. Ethicorum capp. 7. et 12. praetulit virtutes intellectuales moralibus: sed eorum, quae sunt supra nos, et praecipue Dei dilectio, cognitioni praefertur. Et ideo charitas est excellentior fide.

Quietistarum modo argumenta soluenda sunt. Ac primum ab eisdem petimus, vbi nam eluceat haec praetensa indifferentia, si Christus desolationem illam refugit, et Moses ac Paullus tam vehementer dolent de cognatorum suorum scelere, et damnatione? Neque enim

(7) Loco in arg. laud.

(8) Secunda Sec. quaest. 23. art. 6. ad primum.

inferior illorum pars orabat; sed superior pro inferiore, quam desolatio, et tristitia afficiebant. Inepissime itaque his vtuntur exemplis ad indifferentiam, et quietem euincendam: illis enim trahimur ad gemitum, et orationem, ut Deus ariditatem nostram, ac desolationem dissipet rore, atque dulcedine amoris sui. Et ita quidem se gessit Mariam Magdalenam de Pazzis; scilicet, in maiori spiritus desolatione lachrimantem, et orantem, eius vitae Scriptores attestantur. (9)

Praeterea: non negamus inferioris, et superioris animae partium separationem, quum sermo Dei sit «efficax, et penetrabilior omnini gladio accipiti, et pertingens vsque ad diuisionem animae, ac spiritus,» ut ait Apostolus ad Hebraeos iv. sed negamus posse in summa parte spiritus esse indifferentiam, quae cum desperatione certa reprobationis persuasionem valeat conciliari.

Igitur, ut ad exempla quae producta in argumento sunt, singulatim occurramus; de verbis Christi in cruce pendentis dicimus, supplicem ea expressisse orationem cum spe, et fiducia coniunctam; et exclamasse Saluatorem ab ea tantum, quae pariebatur, humana natura, nullum poenarum leuamen accipiens a diuina. Sane, dicere Christum in cruce desperasse, blasphemia haereticorum est; quae vel ex eo refuratur, quod Patri paulo ante spiritum suum commendauerit. Mosis autem dictum de corporis occisione Hieronymus interpretatur; (10) cuius quidem interpretatio ex cap. xi. libri Numer. liquet. Non enim aliquis de libro Praedestinatorum deleri potest. Verum et dici potest, talia Mosem protulisse humano quodam affectu, rationi tamen non repugnante; scilicet, ad contestandam confidentiam suam: qua loquendi phrasi vsa Rachel est, Gen. xxxi. dicens marito: «da mihi liberos, alioquin moriar.» Eadem et amici familiariter vti solent, scientes quidem, nolle eos, a quibus impense diliguntur, tanta anxietate torqueri. Haec etiam responsum tradit Augustinus. (11)

Vitaeque autem aprati potest verbis Paulli, «qui optabat perire in carne, ut alii saluarentur in spiritu,» inquit Hieronymus. (12) Tamen videtur Paullum reuera loqui de separatione, et exito animae: non enim ait, optabam anathema esse, sed addit, a Christo: quare Chrysostomus negat, Apostolum loqui tantum de corporis occisione; quae sententia plurimis aliis probatur.

Tom. III.

Ggg

Sed

(9) Bolland. tom. 6. Maii cap. 6.

(11) Quaest. cxlvii. in Exod.

(10) In Epist. ad Galatas cap. 9.

(12) In locum Apostoli.

Sed neque iuuat Quietistas Chrysostomi interpretatio: neque enim ait posse aliquem propriam expetere reprobationem: sed principio obscurat in Graecis extare *optarim*, non *optabam*.

LIBER X.

*Potissimam humanorum officiorum regulam
Conscientiam scilicet, declarat.*

CAPVT I.

*Conscientiae notionem exhibet. Granissimam de opinione probabili
quaestionem resoluit.*

Est conscientia animi iudicium, eorum, quae interius facimus, per quod vel redargui possint, vel probari.

Eidem morigerari tenemur, si recta, si moraliter certa, si erronea cum ignorantia intuibili coniuncta, sit.

Quod si probabilis illa sit, nec tuta appareat, haud erit firma humanorum officiorum regula.

Hinc nec sequi licet opinionem probabilem libertati fauentem, altera aequae probabili, quae stet pro lege, relicta.

Conscientiae definitio prima propositione tradita, haud differt ab ea, quam S. Thomas tradit, scribens, (1) est conscientia »iudicium, »seu actus intellectus, quo aliquis applicat suam scientiam practi- »cam, seu dictamen rationis, ad aliquid agendum.« Comparatur autem conscientia, vel cum operibus faciendis, vel cum his quae iam facta fuerunt. Atque horum operum respectu est conscientia testimonium illud, quo iusti eriguntur, ac improbi timore prostrantur; de quo ait Paulus ad Rom. ix. »testimonium mihi perhibente conscientia

» mea.

(1) Prim. Part. quaest. LXXIX. art. 1.

» mea.« Relate vero ad opera facienda, conscientia est intima persuasio, per quam iudicamus ea, quae agenda sunt, esse bona, vel mala. Hanc propterea definiunt Scholae: »actus mentis, quo de iis, »quae hic et nunc agenda nunc, iudicamus, an omitrenda sint, an »exequutioni mandanda.«

Penes varias autem iudicii nostri condiciones solet conscientia a Theologis diuidi: quemadmodum enim iudicium verum est, aut falsum, ita conscientia alia recta est, alia erronea. Rectam eam dicimus, quae veritati, et acquirati conformis est; videlicet, quae iudicamus bonum esse, ac faciendum, quod reuera est huiusmodi, aut e contrario malum esse, ac fugiendum, quod reuera tale est: eiusmodi est conscientia, quae nobis proponit cultum Deo exhibendum, honorem parentibus praestandum, eleemosynam pauperibus elargiendam: quod si conscientia proponat ut bonum, quod malum est, vel contra tanquam malum, quod est bonum, non rectam, sed erroneam conscientiam dicimus.

Sunt vero rectae conscientiae diiudicandae certi canones; quorum primus est indita singulis aeternae legis participatio; siue lex naturae, quae non sinit rationales creaturas vniuersalia saltem, et communia principia ignorare; et a qua, si opus aliquid discordet, illud turpe sit, atque inhonestum necessum est.

At in iis, quae naturae luminis non sunt obuia, rectam conscientiam dicimus, quae diuinae auctoritati, et voluntati morigeratur; cuius voluntatis septem habere possumus argumenta; ut animaduertit Paulus Comitolus. (2) Haec sunt Sacra Scriptura, Oecumenica Concilia, Christi, Apostolorumque traditiones, Ecclesiae consuetudo, iussa Romanorum Pontificum, Patrum, et Ecclesiae Doctorum vna vox, ac tandem Theologorum in scholis disceptantium vnanimis consensus. Verum si rationi, vel auctoritati diuinae, quam nobis haec signa enuntiant, conscientia repugnet, prauam illam, erroneamque aestimamus.

Sed agnoscimus praeterea plura erroneae conscientiae genera. Enim, vel animus aliquo ex innumeris ad veritatem obstaculis praecooccupatus iudicat vitio esse contaminatum, quod omni culpa caret, et haec est conscientia scrupulosa, et infirma; vel iudicat esse veniale peccatum, quod in se grauissimum ac turpissimum est, et haec est conscientia, quam laxam, seu dissolutam vocant; vel iudicat es-

Ggg 2

se

(2) In Resp. Moral. lib. v. q. 15.

Sed neque iuuat Quietistas Chrysostomi interpretatio: neque enim ait posse aliquem propriam expetere reprobationem: sed principio obscurat in Graecis extare *optarim*, non *optabam*.

LIBER X.

*Potissimam humanorum officiorum regulam
Conscientiam scilicet, declarat.*

CAPVT I.

*Conscientiae notionem exhibet. Granissimam de opinione probabili
quaestionem resoluit.*

Est conscientia animi iudicium, eorum, quae interius facimus, per quod vel redargui possint, vel probari.

Eidem morigerari tenemur, si recta, si moraliter certa, si erronea cum ignorantia intuibili coniuncta, sit.

Quod si probabilis illa sit, nec tuta appareat, haud erit firma humanorum officiorum regula.

Hinc nec sequi licet opinionem probabilem libertati fauentem, altera aequae probabili, quae stet pro lege, relicta.

Conscientiae definitio prima propositione tradita, haud differt ab ea, quam S. Thomas tradit, scribens, (1) est conscientia »iudicium, »seu actus intellectus, quo aliquis applicat suam scientiam practi- »cam, seu dictamen rationis, ad aliquid agendum.« Comparatur autem conscientia, vel cum operibus faciendis, vel cum his quae iam facta fuerunt. Atque horum operum respectu est conscientia testimonium illud, quo iusti eriguntur, ac improbi timore prostrantur; de quo ait Paulus ad Rom. ix. »testimonium mihi perhibente conscientia

» mea.

(1) Prim. Part. quaest. LXXIX. art. 1.

» mea.« Relate vero ad opera facienda, conscientia est intima persuasio, per quam iudicamus ea, quae agenda sunt, esse bona, vel mala. Hanc propterea definiunt Scholae: »actus mentis, quo de iis, » quae hic et nunc agenda nunc, iudicamus, an omitrenda sint, an » executioni mandanda.«

Penes varias autem iudicii nostri condiciones solet conscientia a Theologis diuidi: quemadmodum enim iudicium verum est, aut falsum, ita conscientia alia recta est, alia erronea. Rectam eam dicimus, quae veritati, et acquirati conformis est; videlicet, quae iudicamus bonum esse, ac faciendum, quod reuera est huiusmodi, aut e contrario malum esse, ac fugiendum, quod reuera tale est: eiusmodi est conscientia, quae nobis proponit cultum Deo exhibendum, honorem parentibus praestandum, eleemosynam pauperibus elargiendam: quod si conscientia proponat ut bonum, quod malum est, vel contra tanquam malum, quod est bonum, non rectam, sed erroneam conscientiam dicimus.

Sunt vero rectae conscientiae diiudicandae certi canones; quorum primus est indita singulis aeternae legis participatio; siue lex naturae, quae non sinit rationales creaturas vniuersalia saltem, et communia principia ignorare; et a qua, si opus aliquid discordet, illud turpe sit, atque inhonestum necessum est.

At in iis, quae naturae luminis non sunt obuia, rectam conscientiam dicimus, quae diuinae auctoritati, et voluntati morigeraturus cuius voluntatis septem habere possumus argumenta; ut animaduertit Paulus Comitolus. (2) Haec sunt Sacra Scriptura, Oecumenica Concilia, Christi, Apostolorumque traditiones, Ecclesiae consuetudo, iussa Romanorum Pontificum, Patrum, et Ecclesiae Doctorum vna vox, ac tandem Theologorum in scholis disceptantium vnanimis consensus. Verum si rationi, vel auctoritati diuinae, quam nobis haec signa enuntiant, conscientia repugnet, prauam illam, erroneamque aestimamus.

Sed agnoscimus praeterea plura erroneae conscientiae genera. Enim, vel animus aliquo ex innumeris ad veritatem obstaculis praecooccupatus iudicat vitio esse contaminatum, quod omni culpa caret, et haec est conscientia scrupulosa, et infirma; vel iudicat esse veniale peccatum, quod in se grauissimum ac turpissimum est, et haec est conscientia, quam laxam, seu dissolutam vocant; vel iudicat es-

Ggg 2

se

(2) In Resp. Moral. lib. v. q. 15.

se graue peccatum, quod suapte natura leue est; et hanc conscientiam Pharisaeicam dicimus, denominatione sumta a consuetudine inuidorum Pharisaeorum, qui discipulis vitis dabant, quod spicas euclerent, quod mantis, priusquam mensae accumberent, non lauant, quod futes seniorum traditiones paruipenderent; vel denique absque vilo sensu, pietatisque respectu approbat atrocissima, et iniquissima quaeque; quemadmodum gentes, quae ignorant Deum, et homicidia, furta, adulteria, allaque flagitia atrocissima, existimant honesta esse, ac licita. Quam conscientiam sunt qui appellant *cauteriatam*, quoniam simillis facta carnis cauterio inustis, nihil percipere videatur. Malumus tamen obcaecaram dicere, lumini rebellem, et ex crassa, peruetsaque ignoratione profectam. Quemadmodum vero haec ignorantia vincibilis, et inuincibilis esse potest, ita duplicem conscientiam erroneam constituit; vincibilem scilicet, atque inuincibilem, quarum prima neminem a culpa excusat.

Quoniam autem omnes haec conscientiae partitiones obiectum spectant; illud nempe, circa quod versatur interioris animi iudicium practicum; inquirendum et hic, quotuplex conscientia sit ipsius iudicii motiuo spectato. Sane praenotio, quae nos ad iudicandum potest pertrahere, aut euidenciam habet, aut morale certitudinem; aut est probabilis, et aperte falsa, et repugnans.

Itaque conscientia, siue animi persuasio, ex praeeconcepta notione ventens, vel erit euidens, vel moraliter certa, vel dubia, vel probabilis, vel improbabilis. Conscientia certa, et euidens est in tima persuasio, quae oritur ex manifesta cognitione; qualem conscientiam habet, qui Deum colit, qui parentes honorat, qui naturalem legem sibi inscriptam intuetur, meditat, ac seruat. Conscientia certa tantum moraliter est, quae procedit ex motiuis, quae etsi euidenter non appareant, firma tamen sunt, et formidinem omnem excludunt; qualis est conscientia hominis illiterati, ac rudis, qui edoctus a Parocho, aliisque, quos nouit probos esse, ac bene moratos, neque contraria mentis persuasionem pulsatus, neque opposita auctoritate, neque contraria aliqua consuetudine, facit quod censet esse a se faciendum.

Hincque patet, posse conscientiam moraliter certam haberi etiam cum errore, dummodo sit involuntarius, uti demonstrant theologi exemplo Iacob ad Liam accedentis. At dubia conscientia est in quantum seceratur a probabili, dum quis pari rationum momento

li-

liberatus haeret in incipiti, et ab utraque parte cohibet assensum. Est vero dubium, aliud iuris, aliud facti; quod ex terminis appareret. Si vero motiua, quae dubitationem pariunt, perleuia sint, timidisque ad hanc angustiam adigant, ut credant graue scelus, quod in se vel est minimum, vel inculpatum, conscientia dicitur scrupulosa. Si autem ex aduerso leui ductus momento iudicet aliquis vel bonum, vel excusabile quidquid probrosum est ac nefarium, habet is quidem latam, peruersamque conscientiam.

Est vero conscientia probabilis, quae graui quidem momento innititur, et ducitur ratione aliqua, vel auctoritate minus spernenda, sed quae partis oppositae formidinem penitus non excludunt. De qua conscientia plura infra dicenda sunt. Conscientia denique improbabilis ex aduerso ea est, quae nulli tali momento inniua, suadet opus aliquod faciendum temere, atque imprudenter. Haec pro primae propositionis pleniori intellectu dicere oportebat.

In secunda propositione adserenda conueniunt fere omnes Theologi, adeo ut superuacancum sit eam multis communire. Hoc vnum argumentum insequemur, quod nempe, agere contra conscientiam, siue rectam, siue moraliter certam, siue erroneam, semper peccatum est. Docet id S. Thomus, scribens: (3) «Quod omnis voluntas discordans a ratione, siue recta, siue erronea, semper est mala. Discordare autem a ratione siue recta, siue errante, idem est ac agere contra conscientiam, siue rectam, siue errantem, ut ipse S. Doctor probat. (4) Ex cuius doctrina haec efformatur argumentatio: Bonitas et malitia voluntatis pendet ex obiecto, non quidem secundum suam naturam considerato, sed secundum quod a ratione proponitur: si ergo ratio, etsi erronee, dicit, rem, quae bona vel indifferens est, esse malam, et prohibitam, ac nihilominus voluntas in eam feratur, voluntas erit mala, quia fertur in id, quod apprehenditur ut malum, siue ut prohibitum: si autem ratio dicit, rem, quae mala est, esse bonam ac praeeceptam, nec tamen voluntas eam appetat, voluntas est mala, quia non fertur in bonum, quod apprehenditur ut praeeceptum.

Hoc tamen intelligendum de conscientia proponente aliquid tantum praeeceptum, vel prohibitum; quia etsi conscientia dicit, quod bonum sit vouere castitatem, non erit tamen censendus agere contra conscientiam, qui nolit castitatem vouere; quoniam conscientia

(3) Prim. Sec. Quaest. xix. art. 5.

(4) Ibidem.

tia ei quidem bonum dicitur, sed non dicitur id esse praeceptum. Et hunc sensum tradit etiam S. Thomas. (5) Hanc ipsam veritatem indicauit Paulus ad Rom. xiii. dicens: »Beatus qui non iudicat semetipsum in eo, quod probat. Qui autem discernit, si manducauerit, damnatus est: Quia non ex fide. Omne autem, quod non est ex fide, peccatum est.« Super quae verba S. Thomas dicit: (6) »Beatus, qui non iudicat semetipsum, id est, cuius conscientia eum non reprehendit, vel condemnat. Qui autem discernit, id est, qui habet opinionem falsam, quod oportuit cibos discernere, si manducauerit, scilicet, cibos, quos reputat esse illicitos, damnatus est, ex hoc quod, quantum in ipso est, habet voluntatem faciendi, quod est illicitum; et sic delinquit proprio iudicio condemnatus, ut dicitur Tit. 3.« cetera.

Atque, quod ad erroneam attinet conscientiam, obligare eam, etiamsi sit vincibilis, docet S. Thomas his verbis: (7) »quamuis igitur talis conscientia, quae est erronea, deponi possit; nihilominus tamen, dum manet, obligatoria est, quia transgressor ipsius de necessitate peccatum incurrit. Diuersimode autem recta conscientia, et erronea ligat: recta quidem ligat simpliciter, et per se; erronea autem secundum quid, et per accidens. Dico autem rectam ligare simpliciter, quia ligat absolute, et in omnem euentum: Si enim aliquis habeat conscientiam de vitando adulterio, istam conscientiam sine peccato non potest deponere; quia in hoc ipso, quod eam deponeret, errando grauius peccaret: ea autem manente, non potest praetermitti in actu sine peccato: vnde absolute ligat, et in omnem euentum. Sed conscientia erronea non ligat, nisi secundum quid, et sub conditione: ille enim cui dicitur conscientia, quod tenetur ad fornicandum, non est obligatus, ut fornicationem sine peccato dimittere non possit, nisi sub hac conditione, si talis conscientia remoueri potest absque peccato. Vnde talis conscientia non obligat in omnem euentum; potest enim aliquid contingere, scilicet depositio conscientiae, quo contingente, vitare non ligatur. Quod autem sub conditione tantum est, secundum quid esse dicitur.«

Quae S. Thomae doctrina prae oculis habenda est: ex ea enim apparet, differentiam inter conscientiam erroneam, vincibilem, et in-

(5) In II. Sent. dist. 39. q. 3. art. 3. ad sextum.

(6) Lect. III.

(7) Quaest. XVII. de verit. art. 4.

vincibilem, non in eo positam esse, ut vna liget, nempe inuincibilis, altera, nempe vincibilis, non liget. Quum enim vtraque, licet erronea, iudicet secundum legem Dei hoc esse faciendum, vel omitendum, in obligando, quoad sui sequelam, pares sunt; sed differre in hoc quod conscientia erronea vincibiliter potest, et debet deponi; conscientia vero erronea inuincibiliter non potest, nec debet deponi. Stare autem potest cum obligatione deponendi conscientiam, obligatio operandi secundum illam, dum non deponitur: nam aliunde nascitur obligatio ad deponendam conscientiam, aliunde obligatio operandi secundum illam. Quia obligatio ad deponendam conscientiam non oritur ex ipsa conscientia, sed ex altiori principio: quia nempe ratio naturalis dicitur, quod qui, quum possit, non facit sufficientem diligentiam, eam facere teneatur, atque ignorantiam, quando vincibilis illa est, tollere, nec temere procedere, sed prudenter. At obligatio operandi secundum conscientiam, etsi erroneam, et neutquam contra illam procedendi, ex ipsa oritur conscientia, seu dictamine proponente legem, seu praeceptum, et obligationem eius: vnde, quando talis conscientia non deponitur, semper lex ipsa, ut talis iudicata, urget, et obligat, quoniam proponitur ut lex. Hinc »si contrarium, tali conscientia manente; agere disponat, quantum in se est, ex hoc ipso habet voluntatem legem Dei non obseruandi: vnde mortaliter peccat: ait S. Thomas. (8)

Tertiam propositionem sacrae praepriis Scripturae demonstrant. Legitur enim Eccl. xxxvii. »ante omnia opera verbum verax praecedat te: et ante omnem actum consilium stabile.« Quo loco verbum verax dicitur veritatis perceptio, vel ratio, iuxta graecae versionem. Igitur, ut quisquis bonam gerat conscientiam, necessum est, ut rationem suorum operum reddere valeat, nec sinat se transuersum agi a cupiditate, passione, casu, aliaque re, quae eum in errorem inducat. Et hoc est monitum praeclearissimum S. Thomae Aquinatis Monachis Fosaenouae datum prope exitum vitae suae: ut testatur etiam Cornelius a Lapide. (9) Certe, eum, qui ducitur opinione probabilis, saepe saepius non ratio praecedat, sed error; ac talis error, cuius aliquam habet suspicionem; neque praecedat stabile consilium, sed iudicium fluctuans, et anceps.

Deinde Matth. vi. ait Dominus: »lucerna corporis tui est oculus tuus. Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit.

» Si

(8) Vbi supra.

(9) In locum Ecclesiastici.

» Si autem oculus tuus fuerit nequam, totum corpus tuum tenebrosum erit. « Vbi oculum mentis directionem Christus Dominus appellat. Est autem oculus simplex, vt Bernardus exponit: (10) » qui habet » charitatem in intentione, et in electione veritatem. « Ita e regione duo mala oculum nequam constituunt, videlicet, » caecitas, qua fit, » vt veritatem non agnoscat, et peruersitas, qua fit, vt diligat iniquitatem; « ait ipse Bernardus. (11) At qui probabile vtrumque amplectitur, is saepe falsam probat opinionem, et deteriora eligens, et quae Deo displicent, non charitate, sed peruersitate ducitur. Itaque est eius oculus nequam, et corpus, id est, valuersum quod exercet opus, tenebrosum, atque peruersum.

Eandem propositionem demonstrat auctoritas Augustini. Is enim contra Academicos scribens, (12) excutere nititur principium illud; » qui sequitur in agendo probabile, non errat, nec peccat, « demonstrans, eo admissio, licere adolescentibus insidiari pudicitiae vxoris alienae, ac dare operam homicidijs, parricidijs, sacrilegijs, flagitijs, aut facinoribus, quum omnia ab aliquo auctore approbentur.

Post haec (13) scire S. Doctor in haec erumpit verba: » illud est » capitale, illud est formidolosum, illud optimo cuique metuendum, » quod nefas omne, si haec ratio probabilis erit, quum probabile cuiquam visum fuerit esse faciendum, tantum nulli quasi vero assentiatur, non solum sine sceleris, sed etiam sine erroris vituperatione committat. « Atque hanc Augustinianam argumentationem non Academicos tantum, sed et Probabilistas reuincere constat. Enimvero demonstrat Augustinus, iuuenem adulterum haud posse apud sapientissimos iudices damnari, si vera sit Academicorum opinio; propterea quod persuasum esset in Cumano Gymnasio ipsum non peccasse. Quod de alijs flagitijs consimili ratione concluditur.

Hinc ex Augustino ita probabilissimum refellimus: si fas sit facere quicquid probabile videtur, immunis prorsus a damnatione, ac supplicio erit flagitiosissimus quislibet, si ad ethnicum iudicem perducatur, quoniam apud ethnicos probabiliter non peccat grauium flagitiorum patratore: et si patrias leges fregisse conuincatur, respondere poterit, se vinculo illarum legum non teneri, quum sibi liceat agere quicquid est probabile: igitur si fas est sequi opinionem probabilem, neque aliquis huic opinioni obsequens poterit reprehendi; quod

Au-

(10) De praecip. et dispensat. cap. xiii. num. 35. (11) Num. 36.

(12) Lib. iij. cap. 16. (13) Num. 36.

Augustinus capitale, formidolosum, et cuique viro optimo metuendum vocat.

Neque fauet Probabilistis reponere, ideo Academicos recte ab Augustino refelli, quoniam nulli rei assensum praebentes, quicquid alteri probabile videbatur, agebant, semper dubiam conscientiam seruantes. Nam id renuit Carneades Academiae princeps, et auctor: qui apud Augustinum, (14) » quum vndique premeretur, si » nulli rei esset assensus nihil acturum esse sapientem, attendit sapienter quales illi actiones probarent, easque nescio quarum verarum similes videns, id quod in hoc mundo ad agendum sequeretur, verisimile nominavit: Idque etiam probabile appellabar. « Ita et Probabilistae, dum inter varias opiniones animo fluctuant, nullique assentiuntur, attendunt, quales actiones probent Theologi benigniores, illorumque adsertum verisimile, quod etiam dicunt probabile, complectentes, imitantur omnino discipulos Carneadis, qui ipso Augustino attestante, (15) » approbant falsa, in quibus imitationem laudabilem rerum verarum animaduertebat. «

Accedunt theologiae rationes. Prima est: Si vera est contrarium opinio, impij, ac idololatrae immunes a culpa erunt seruientes sculptilibus; enim non solum leui, sed etiam apud ipsos ponderosa probabilitate ducuntur. Huiusmodi vero probabilitas nitorum parentum insinuationi, maiorum traditioni, patriae, ac regionis consuetudini. Vnde ait Augustinus: (16) » quid faceret puer natus inter paganos, vt non coleret lapidem, quando illum cultum insinuauerunt patentes? Inde prima verba audiuit, illum errorem cum lacte suxit: et quia illi, qui loquebantur, maiores erant, et puer, qui loqui disceret, infans erat, vnde poterat paruulus nisi maiorum auctoritatem sequi, et id sibi bonum ducere quod illi laudabant. «

Fortè reponet Probabilistae, infidelem, cui fides nostra proponitur, non teneri eam admittere, dum eius secta probabiliter apparet credibilis. Reponet, infideles non excusari a colendis idolis, quia non datur de existentia veri, ac supremi Numinis ignorantia inuincibilis. At ex his responsionibus prima, quum laxam nimis doctrinam praesererat, repugnat Augustino, imò et Dauidi, diuinoque spiritui, qui in ore paganorum ad fidem venientium ponunt laudatum.

Tom. III.

Hhh

tum

(14) Eodem lib. cap. xviii. num. 40. (15) Vbi supra.

(16) In Exposit. Psal. lxxiv.

tum Psalmi LXIV. versiculum; scilicet: »verba iniquorum praeu-
luerunt super nos, et impietatibus nostris tu propitiaberis.« Secun-
dam vero negant Probabilistarum plurimi: Ex eaque sequitur, solam
inuincibilem ignorantiam excusare a culpa eos, qui ducti opinione
probabilis praeceptum aliquod transgrediuntur.

Secunda ratio theologica esto: Sequens opinionem probabilem
imprudenter se gerit. Etenim prudentia est animi affectio, vel motus,
quo intelligit, aeterna superiora esse, et temporalia inferiora;
atque magis appetenda quae superiora sunt, quam temporalia, et
inferiora, vt Augustinus docet: (17) At Probabilistae aiunt, fas esse
propriae libertati indulgere, dummodo adsit probabilitas; quan-
tumuis ex alio capite diuinum urgeat praeceptum: Igitur imprudenti-
ssime illi praeferunt commodum temporale bono incommutabili, vo-
luntatemque propriam diuinæ.

Tertia ratio ex doctrinae nouitate desumitur. Nullus siquidem
pro benigniore sententia auctor laudatur, qui vetustior sit Medina,
et Mercado, ait Auctor Synopsis Tract. Theol. Thirsi Gonzalez.
(18) Incompertam fuisse opinionem hanc de probabilitate ante an-
num 1570. norunt sapientes. Quinimo, ipso Gonzalez auctore, no-
uae huic opinioni nullus Theologorum, quos Iesuitas antea diceba-
mus, ante annum 1597. consensus. Quidni ergo? Amplectenda in
officiorum humanorum praxi recentium Theologorum placita prae an-
tiquorum nominatorumque virorum scitis? Atqui contrarium praeci-
pit Ecclesiasticus cap. xxxix. dicens: »sapientiam omnium antiquo-
rum exquiret sapiens, et in Prophetis vacabit: narrationem viro-
rum nominatorum conseruabit:« cett.: ergo.

Quartam propositionem haec quoque argumenta commonstrant,
quae hucusque sunt proposita. Verum et commonstrant sequentia.
I: Ecclesiastici iii. dicitur: »qui amat periculum, peribit in illo:«
quae verba ad illos spectant, quorum cor duas ingreditur vias, vt
ex contextu Sermonis liquet. Similiter in Epistola i. ad Thessalonicen-
ses cap. v. Paulus scribit: »omnia probate: quod bonum est tene-
te: ab omni specie mala abstinete vos.« Quomodo ergo non pe-
ribit, qui periculo frangendi legem sese exponit, diuinumque praec-
eptum hominum opinionum praefert? Quoniam insuper pacto om-
nem probat spiritum, qui veritatis spiritui resistit, falsum probat, de-
terioraque sequitur?

II:

(17) Lib. i. de Lib. arb. cap. 13.

(18) S. xxii. num. 55.

II. argumentum: docet Nazianzenus, (19) quod nihil nostra in-
teresse debet, si secus plerisque videbitur; sed rei veritatem curan-
dam, quae vel nos condemnabit, vel absoluet. Basilius ait, (20)
stateram, qua ad vitam instituendam vtamur, esse arbitrium libe-
rum, ratione directum, non hominum opiniones, de quibus dictum
est: »mendaces filii hominum in stateris.« Chrysostomus (21) in-
quit, res ipsas esse inquirendas, neque standum multorum opinionibus.
Augustinus (22) respondens ei, qui in duabus opinionibus op-
positis versatur; an scilicet, liceat, necne Sacramentum in parte Do-
nati accipere, existimans vtramque opinionem probabilem, et Ca-
tholicorum id negantium, et Donatarum adserentium, inquit: »hic
»ergo (nempe in Ecclesia Catholica) securus accipiat, vbi et esse,
»et accipi recte certus est; illic autem non accipiat, quod esse qui-
»dem ibi dicunt, sed ibi accipiendum esse non dicunt, quorum sen-
»tentiam decreuit eligere; quamquam etiamsi dubium haberet non
»illic recte accipi, quod in catholica recte accipi certum haberet,
»grauiter peccaret in rebus ad salutem animae pertinentibus, vel eo so-
»lo, quod certis incerta praeponeret.«

III argumentum: Duae opiniones sese inuicem oppugnantes du-
bitationem patiunt; atque in dubiis tutiore eligere debemus par-
tem, commune edocti proloquium, Iuris regulis, ac Romanorum
Pontificum auctoritate firmatum: Atqui magis tutum esse sequi opi-
nionem, quae pro praeecepto, seu lege stat, et in qua nullum oc-
currit peccandi periculum, quam sequi opinionem stantem pro li-
bertate, res est perquam manifesta: illam ergo huic praefere debemus.
Et quidem pronuntiatum illud in maiori propositione assum-
tum, locum habere in ipsis Iuris questionibus, contra ac Probabi-
listae aiunt, liquido apparet ex Clementina *Exini*, et Clementina,
Qui praeterea, Clementis V: ac ex capite *Inquisitionis tuae* Innocen-
tii III. Enim duae quaestiones illae Clementi, atque Innocentio pro-
positae, Iuris absdubio erant: videlicet, prior, num FF. Minores teneantur sub praeecepto lethalis peccati ad ea obseruanda, quae in sui
ordinis regula, verbo imperatiui modi, negatiue, vel positue ap-
posito, inserta sunt: posterior, quid agendum coniugi, quando du-
bitar de valore Matrimonii.

IV. argumentum offert S. Thomae doctrina varis in locis ex-
pres-

Hhh 2

pres-

(19) Orat. xxvii.
(20) In Pal. lxi.(21) Hom. in II. Epist. ad Cor. cap. 11
(22) Lib. i. de Bap. cont. Donat. scilicet.

pressa. Ex his vnum selegimus, quem apertiore iudicauimus: scilicet, vbi quaerit, an licitum sit plures simul habere praebendas. (23) Aut enim, quaestionem resoluens: «si ille, qui possidet plures praebendas, in quamquam dubitationem inducitur ex contrarietate opinionum; et si manente tali dubitatione plures praebendas habet, periculo se committit, ter sic peccat; vtpote magis amans beneficium temporale, quam propriam salutem.»

Ac, ne quis existimet S. Thomam agere inibi de conscientia dubia, neququam de probabili, ea in mentem ducat, quae ibidem S. Doctor tradit; nempe: «iudicandum est ergo, quod quando duae sunt opiniones contrariae de eodem, oportet esse alteram veram, et alteram falsam. Aut ergo ille, qui facit contra opinionem Magistrorum, habendo plures praebendas, facit contra veram opinionem, et sic quum faciat contra legem Dei, non excusatur a peccato, quamuis non faciat contra conscientiam: aut illa opinio non est vera, sed magis contraria, quam iste sequitur, ita quod vere licet habere plures praebendas, et tunc distinguendum est: quia aut talis habet scientiam de contrario, et hac iterum peccat contra conscientiam faciens, quamuis non contra legem: Aut non habet scientiam de contrario, sed certitudinem; sed tamen in quandam dubitationem inducitur ex contrarietate opinionum; et sic si manente tali dubitatione plures praebendas habet, periculo se committit, «cert.: ergo, qui operatur ex conscientia probabili, vel sequitur falsam opinionem, et peccat, agens contra legem, quin excusari possit ob inuincibilem ignorantiam, quae non adest vel sequitur opinionem veram; et in conflictu duarum opinionum item peccat, sese exponens periculo peccandi, quum non habeat talem certitudinem, quae omnem formidinem excludat: vnde necessum est, ne peccet, vt opinio, quam sequitur, adeo probabilis sit, vt ex opposita in nullam dubitationem inducatur, ait idem S. Thomas: (24) At id non posse euenire stantibus duabus opinionibus aequo probabilibus indubitatae rei loco ponendum est. Lepide igitur, hac Doctoris Angelici doctrina perpensa, dixit Amadaeus Guimienus: «haec si vera sunt, vae operantibus ex opinione probabili.»

COROLLARIUM.

Nefas proinde esse sequi opinionem minus probabilem stantem

pro

(23) Quodlib. ix. art. 15.

(24) Vbi supra.

pro libertate, in concursu opinionis probabilioris, quae stet pro Lege, ex dictis habemus. In id enim tendunt omnia argumenta praecedentia, vt leui eorum examine cuique innotescit. Illis tamen addere placet, quae sequuntur. Legimus in Scripturis, «qui credit scito, leuis et corde.» Ita Eccl. xviii. «Quam angusta porta, et arcta via est, quae ducit ad vitam.» Ita Math. vii.

Legimus insuper, Concilium Lemouicense, agens de Officio S. Marialis, desinisse: «Necessum esse, vt semper iustior, et rationabilior pars praeualeat.» Legimus quoque Augustinum Scribenem: (25) «Eas (nempe Christi. Doct.) quae ab omnibus recipiuntur Ecclesiis, praependendas eis, quas quaedam non accipiunt in his vero, quae non accipiuntur ab omnibus, praependendas, quas plures, grauiioresque recipiunt, eis quas pauciores, minoris auctoritatis Ecclesiae tenent.» Audimus praeterea latas aduersus oppositam Sententiam censuras. Videlicet, Ludouici de Gondrin Archiepiscopi Senonensis, qui coactum septingentorum virorum Synodo, anno 1658. omnium plausu, et suffragiis declarauit. «Doctrinam, quae censet fas esse, neglecta probabiliore, et iustiore, sequi opinionem minus probabilem, et minus tutam. . . falsam, et periculosam esse, et innumeris corruptelis viam aperire.»

Antistitum etiam, Alecensis, Apianensis, Conuenarum, Vasatarum, et Censeranorum, qui eodem anno proscribere celebrem Casuistarum Apologiam, declararuntque eiusdem Apologiae auctorem adeo absurda, horrendaque scripsisse, illi innixum principio: «Quod e duabus opinionibus probabilibus ea eligi possit, quae minus probabilitatis praeseferat.»

Audimus et aliorum complurium censuras apud Marbesium. (26) Nouimus item proscripitas ab Innocentio xi. propositiones istas: «Ab infidelitate excusabitur infidelis non credens, ductus opinione minus probabili:» et: «Probabiliter existimo iudicem posse iudicare iuxta opinionem minus probabilem.» Postremo nouimus, ipsa ratione duce imprudentissime illos se gerere, qui opinionem minus probabilem sequuntur. Ecquid enim est prudentia? Eam Augustinus definit, quod sit eligendorum, et reiciendorum discretio. Consentit Cicero scribens: (27) «Prudentia est rerum expetendarum, fugiendarumque sententia.» Huius vero praecipuum munus est, sa-

®

ga

(25) Lib. ii. de Doct. Chr. cap. 4.

(27) Lib. i. de Officiis.

(26) Part. i. Sum. Chr. q. 16.

gaciter ea selegere » quibus adiuuatur, ab eis, quibus impeditur, « ut ait Augustinus. Ast, qui opinionem minus probabilem sequitur, ita operatur? Minime id quidem. Igitur maxime imprudens ille est.

CAPVT II.

Probabilistiarum argumentationes expediuntur. Varias ex probabilismo ductas consequuntiones reiciuntur.

Ergo multifariam Probabilistiae suum munire systema pergunt. Primo quidem ea Scripturarum loca adducunt, in quibus Dei praecepta dicuntur iucunda, lenia, et obseruari facillima. Ita Psal. cxvii. » Iudicia tua iucunda. « Marth. xi. » Iugum meum suauis est, et onus meum leue. « et Epist. i. Ioannis: » Mandata eius graua non sunt. « At si fas non esset libertati indulgere, et benigniorem sententiam sequi, Domini praecepta graua essent, et eius iugum ponderosum nimis: ergo rigida Antiprobabilistarum sententia est.

Secundo adducunt regulam Caesaris inris cxxi. » In pari causa possessor prior haberi debet. « Et aliam num. ii. in vi. Decretalium: » Quum sunt partium iura obscura, reo fauendum esse potius quam actori. « Ex quarum prima sic illi argumentantur: Stat homo in possessione suae libertatis: igitur in duarum opinionum conflictu penes ipsum est eligere quod magis liber. Ex alia autem sic ratiocinantur: Iudex in ferendis sententiis non debet reo praescribere poenam, dum in suo foro incertus est de delicto: Neque ergo in foro conscientiae damnari aliquis debet, nisi certa sint patraei criminis argumenta: Vnde immunitas a reprehensione est, qui rectitudinis suae opinionem aliquam verisimilem habet.

Tertio obliunt quaedam Romanorum Pontificum rescripta. Nam Innocentius iii. Cap. *Litteras* de Res. Spoliar, interrogatus a Getardo Archiepiscopo Bituricensi, quid agendum foret de muliere, quae non expectato Ecclesiae iudicio, recesserat a marito, opponens impedimentum consanguinitatis, et viri sacritiam, recitat sententiam oppositis, ac mediam eligens, Inquit: » Nos autem ad praesens nullam de praedictis sententiis reprobamus; nec cuiquam illarum aliquod praedictum ex nostra responsione volumus generari: « Igitur declarauit Innocentius fas esse vtramlibet opinionem secretari.

Item

Item: Alexander III. in iiii. Decret. Tit. xi. de Cognat. Spir. cap. 2. quaerentibus, » an vir, aut mulier, si scienter, vel ignoranter filium suum de sacro fonte susceperint, debeant propter hoc separari: « respondit: » quamuis generaliter sit constitutum, ut debeant separari; quidam tamen humanius sentientes, aliter statuerunt: ideoque nobis videtur, quod siue ex ignorantia, siue ex malitia id fecerint, non sunt ab inuicem separandi. « Ergo Alexander sequutus est opinionem benigniorem stantem pro libertate coniugum, tametsi alia communior esset, et probabilior.

Etiam Coelestinus III. in iiii. tit. xv. capite *Fraternitatis*, excusat sententiam Episcopi Altisiodorensis, qui separauerat Odoardem mulierem a viro, per errorem probabilem. » Sententiam diuortii (inquit) per errorem licet probabilem, nouimus esse prolatam: « Censet igitur Rom. Pontifex minime damnandum, qui probabili opinione ductus, falsum approbat.

Quarto auctoritate Augustini arguunt. Aiunt: Augustinus (1) de Baptismo contra Donatistas agens, frequentissime excusat S. Cyprianum, quod sequutus fuerit sententiam de rebaptizandis haereticis, quam indubitatum est fuisse minus probabilem.

Rursus; de coniugis adulterinis loquens, (2) laudata opinione aliorum, qui tenebant baptizandum non esse Cathecumenum in mortis articulo constitutum; nec Sacramentum petentem; dicentes, obseruandum quod dixisse Dominum legimus, » nolite sanctum dare canibus: « hac opinione repudiata dicit: » etiamsi voluntas eius incerta est, multo satis est nolenti dare, quam volenti negare. « Opinionem quidem minus probabilem, atque repugnantem sequens.

Postremo ad Hieronymum scribens, dicit, (3) seuerum putare quod in aliis auctoribus legit, » non quia ipsi ita senserunt, sed quia vel per auctores Canonicos, vel probabili ratione, quod a vero non abhorreat, persuadere potuerunt. « Augustinus igitur probabilem quandoque opinionem amplexatus est.

Quinto laudant aliorum Patrum testimonia. Ex his, aiunt, Leo Magnus dicit: (4) » in his, quae dubia sunt, vel obscura, id nouerimus sequendum, quod nec praeceptis euangelicis, nec decretis Sanctorum Patrum inuentatur aduersum. « S. Thomas in Quodlibetis

(1) Lib. i. cap. 4.
(2) Cap. xxvi.

(3) Epist. modo lxxxii.
(4) In Epist. ad Rust. Narbon.

tis (5) concludit: «si ex contrariis opinionibus in nullam dubitationem adducitur, sic nec committit se crimini, nec peccat.» Demum, S. Antoninus ait: (6) «qui agit scienter id, de quo dubitat esse mortale, permanente dubitatione, peccat mortaliter. Sed si dubitet leuiter quis per modum scrupuli agendo contra tale dubium, non peccat, dum adhaeret opinioni alicuius Doctoris, et habet rationes probabiles pro ipsa magis, quam pro opposita opinione.» Laudatur quoque Antonini responsum, quod licet sequi quaecumque opinionem, dummodo sit *magni alicuius auctoris*.

Sexto plurima congeruntur argumenta a ratione depromta. Horum I sit: potest a Theologis propugnari absque ulla periculo erroris, ac deceptionis opinio minus probabilis, qualis est in sententia nostra de gratia efficaci a consensu, et de sufficientia attritionis ad gratiam in Sacramento recipiendam: imo cautum est Sedis Apostolicae decreto, ne Theologi similia adserentes, docentesque, aliqua censura notentur: possumus ergo etiam in praxi opinionem minus probabilem sequi.

II: si eligere debeamus probabiliorem opinionem, possumus quoque minus probabilem eligere: quum enim sit omnium fere Theologorum sententia, quod fas sit sequi minus probabilem, pars docens licere eam sequi probabilior est.

III: qui sequitur opinionem probabilem prudenter se gerit; sequitur enim opinionem conformem rectae rationi, et existimationi virorum prudentum: talis quippe est opinio probabilis: at non peccat qui prudenter se gerit; non igitur peccat, qui sequitur probabilem opinionem.

III: probabilis opinio graui momento innixa est. Rursus: etiam in conflictu opinionis contrariae remanet illa suis rationibus munita: neque in illius concursu falsa dignoscitur: potest ergo eam vir prudens sequi.

V: sententia affirmans, quod licet sequi opinionem probabilem, qua talem, ab Ecclesia proscripita non est, doceturque a viris doctrina, ac morum probitate conspicuis: cur ergo eam sequi inculpate non possumus? Praesertim; quum ex eo quod appareat probabilis, non habenda sit sacris Litteris, ac Ss. Patrum doctrinae contraria.

VI: nullum dubium in praxi pulsat conscientiam probabilem, quum iudicio reflexo induat moralem certitudinem. Neque adest peccan-

(5) Quodlib. viii. art. 11.

(6) I. P. Sum. tit. 3. cap. 10.

candi periculum, nisi forte materialiter, quum ignorantia, siue sit inuincibilis, siue eorum, quae scire non debemus, excuset a culpa: licet ergo probabilem opinionem sequi.

VII: opinione tantum probabili vtuntur Medici, dum desperata aegroti valetudine remedium adhibent, quod fortassis accessit mortem. Idem faciunt in belli discrimine Duces exercitus; in causis forensibus iudices; in mercibus conducendis Institor, ac Tabernarius.

VIII: tenentur religiosi ex opinione probabili morum regulam interdum sibi praescribere. Religiosi quidem viti, quoniam posteaquam se obedientiae voto obstrinxerunt, si eis superior praecipiat quod ipsis minus probabile appareat, dum non constat esse peccatum, tenentur adimplere praeceptum.

Denique si nos ad tenendam opinionem probabiliorem adigamur, necessum quoque erit tutiorem eligere; atque ita omnes genus aliquod vitae asperissimum, et durissimum capient, ni velint abripi in gehennam: at haec nimis rigida esse quis non videt? Igitur fas est cuique probabilem opinionem amplecti.

Praecipua sunt haec Probabilistarum argumenta: quibus hoc ipso, quo proposita sunt ordine, respondemus.

Ad I: recte dici Domini iugum suauis, et mandata leuia, atque iucunda; quamuis nobis iuxta diuina eloquia per angustam portam intrandum sit, sine intermissione orandum, nosmetipsos abnegandum. Primo itaque, leue est onus Christi comparate ad praecepta legalia, quibus abrogatis, vt ait Augustinus, (7) «Sacramentis numero paucissimis societatem noui populi colligauit.» Deinde leuissimum est ob spem retributionis, quae cor nostrum allicit, et inclinat: vnde inquit ipse Augustinus: (8) «iugum discipulis Christi obedientiae merito est suauis, cui seruire est regnare.» Praeterea leuissimum est, quia non timore, sed amore ad hanc legem seruandam petrahimur, accipientes spiritum adoptionis, non seruitutis.

Postremo, ne omnia persequar, suauis est iugum istud, quoniam Dominus ipse adiuuat, vt fiat quod imperat, vt loquitur Augustinus. (9) Atque si diuinae legis iucunditas plenam nobis in opinionum discrepantia relinqueret libertatem, leuis magis, ac lenior foret, si permitteret etiam in dubiis, imo et in noxiis, atque illicitis agere quicquid lubet; et, quod horrent christianae aures, suauior esset lex

Tom. III.

Iii

con-

(7) Epist. hunc 2131.

(8) Serm. cxxxvii. de Temp.

(9) Serm. xcv. cap. 1.

concupiscentiae, quam spiritus. Sed quis haec abiicienda penitus non vider?

Ad II responderetur: Iuris regulas, quibus Aduersarii vtuntur, nequam ipsis fauere. Quod enim ad primam attinet, Gabriel Vazquez, scilicet Probabilista celeberrimus, testatur (10), eam locum habere vnicui in materia iustitiae; alioquin in omni dubio fas esset eligere partem minus tutam, quod perquam absurdum est. Praeterea, quis, nisi audacissimus, possessionis titulum aduersum Deum, eiusque legem obicitur? Quod si possessio obicienda huc etiam est, certe illa stabit pro Deo, eiusque lege, quae sempiterna et inuolabilis est, neququam pro libertate humana nobis Dei munere collata, vt eidem legi merito obedientiae subiciamur. Item, nullum habet opinio probabilis possessionis ius aduersus probabiliorum ac tutam, quae ab antiquioribus omnibus probatur, aduersariis fauentibus. Ad extremum: negandum est assumum probationis: quandoquidem in duarum opinionum conflictu, neque par est causa, quum in altera desit peccandi periculum; neque potest hominis libertas possessionis titulum obicere aduersus legem Conditoris sui.

Aliam autem iuris regulam in obiectione allatam sic exponimus: Defuit illa Iudicem non posse infligere reo poenam ordinariam, et pro delicto certo et determinato impositam, quem certo non constat illud delictum perpetrasse: id vero locum minime habet si poenae annexum sit praeceptum aliquod se abstinendi a certo genere officii ac operis, qualis est irregularitas arcens delinquentem a ministerio altaris. Enim si Minister peccatum committat, etiamsi certo non constet de delicto, irregularis censendus est, et debet a ministerio altaris recedere, quando eidem peccato canones poenam irregularitatis praescripserint.

Addendum: disparem longe rationem esse de Iudice in foro externo aduersus reum poenam decernentem, et de foro interno conscientiae. Hanc discriminis rationem affert Glossa ex doctrina S. Thomae. (11)

Tertium, quod obicitur, egregie nostram sententiam firmat. Nam Innocentius III. memorato capite, laudat primum Epistolam Lucii III. relatum eodem titulo, qua decreuit restituendam esse mulierem a viro violententer expulsam exceptione consanguinitatis, non expectata sententia Iudicis Ecclesiastici; neque adesse periculum incestus; quoniam mulier, si habeat notitiam impedimenti, nequit debitum petere; si

non

(10) Prim. Sec. disput. 65. cap. 3.

(11) Sec. Sec. quaest. 60. art. 1.

non habet, petere valet; nec maritus reddens, grauiter peccat, quia Ecclesiae, cuius iudicio restitutio facta est, obedit. Quae sane sententia, non pro libertate, sed pro lege de indissolubilitate matrimonii stat.

Quid de Alexandri rescripto? Romanus Pontifex Deus dedit statuerat, vt Luitprandus refert, (12) vt mulieres, quae in Paschae sabato filios suos de Baptismo leuarent, separarentur, dotem reciperent, et post annum alio nuberent marito. Quam sit difficilis generalis haec constitutio, Iurisconsulti omnes testantur. Eapropter Alexander iure, non obstante haec constitutione, sequutus est sententiam aliorum Praedecessorum, qui humanius statuerunt dispensandum cum his; atque sequutus est sententiam probabiliorum Nicolai, quae pro lege matrimonii stat.

Caput praeterea *Fraternitatis* hanc habet expositionem: Episcopus Antiodotensis celebrabat diuortium Odoardi a viro, posteaquam non potuit ab ipso carnaliter cognosci diu cum eodem morata, neque hoc contentus experimento ab utroque coniuge attestato, pleniorum certitudinem desiderans, honestas matronas euocauit, illis sub animarum periculo iniungens, vt Odoardem prudenter inspicerent, esset necne ad viriles amplexus idonea, quae in sua fide constanter adseuerare, quod non posset Odoardi mater aut coniux esse. Hinc Episcopus morali certitudine detegens impotentiae impedimentum Odoardem a marito seiunxit. Posthac autem euenit vt huiusmodi impedimentum nullum agnosceretur, et Caelestinus pronuntiauit matrimonium Odoardi cum primo viro validum exiisse, affirmans sententiam diuortii latam ab Episcopo fuisse per errorem probabilem. Ast probabilis error hoc loco dicitur, non quod fuerit ex conscientia opinata, sed quod innixus fuerit argumentis olim moraliter certis; tametsi postmodum euenerat. Nullum ergo ex Pontificum rescriptis Probabilismo robur accedit.

Quartum argumentum ex variis Augustini testimoniis efformatum, facile expeditur. In priori enim loco excusat S. Doctor Cyprilianum, et quia erat filius pacis Ecclesiae; «ideoque pro falso dogmate non violata charitate pugnabat; et quia sanguine absersit maculam » si qua in eius lucidam mentem ex humana conditione nebula irrepserat; «ac tandem quia et consensere octingenti ferme Coepiscopi, » neque plenarii Concilii sententia quid hac in re sequendum esset totius Ecclesiae consensus «firmauerat. Additque (13) exemplum Petri, qui co-

lii 2

egit

(12) In eius vita

(13) Lib. IV. cap. 6.

egit gentes iudaizare, non omnino irreprehensibiliter, ut ipse Augustinus demonstrat. (14)

In libro autem de coniugis adulterinis tradit S. Pater sequendam probabiliorē opinionem, atque Cathecumenum baptizandum esse; docens locum in illo non habere Domini sententiam, »nolite Sanctum dare canibus;« quemadmodum non habet locum in pueris, qui propriam nequeunt exprimere voluntatem.

Demum, in Epistola ad Hieronymum validissime probabilissimum oppugnat. Docet siquidem, »solis Scripturarum libris, qui canonici appellantur, hunc timorem honoremque deferendum, ut nullum eorum auctoritatem scribendo aliquid errasse firmissime credendum sit. Docet, alios ita legendos, »ut quantalibet sanctitate doctrinaque præpollcant, non ideo verum putandum sit quia ita ipsi senserunt, sed quia vel per illos auctores canonicos, vel probabiliori ratione, quod a vero non abhorreat, persuadere potuerunt.« Quid robustius in Probabilissimi oppugnationem?

Quintum, ut solvamus, verissimum esse principio ponimus, quod S. Leo scribit, in dubiis eligendam esse opinionem, quae evangelicis præceptis, Patrumque decretis non aduersetur; at non inde apte consequitur, licitum esse operari dum conscientiam pulsat dubium, grauisque suspicio; alioquin recta foret etiam conscientia fluctuans, ac dubia; quod nullus adserit. Itaque discernendum quod Leo iubet, ab eo quod supponit. Iubet, ne sequamur opinionem sacris litteris, et Patribus contradicentem; supponit, nos satis operae in veritatis inquisitione locasse, ac percipisse nullum esse peccandi periculum in opinione, quam sequimur; quod in conflictu duarum aequè probabilium fieri non potest.

Quod vero de S. Thoma in eodem argumento dicitur, inexpressissime quidem dicitur. Aperte enim ibi Angelicus Dr. probabilissimum oppugnat: Enim scribit, quod faciens contra legem non excusatur a peccato, quamvis non faciat contra conscientiam: si vero eligat opinionem veram, et legi consonam, docet nullum peccatum committi, dummodo contrariae opiniones in dubitationem non inducant; quoniam tunc non operatur contra legem, neque contra conscientiam. Ergo ex S. Thomae doctrina peccat, qui opinionem legi contrariam, etsi probabilem, eligit.

Desumptum tandem ex S. Antonino argumentum nullius ponderis esse plurima euincunt. I: quod loquitur, ibi de conscientia scrupulosa,

(14) In Epist. ad Hieron.

sa, quam ex leui motiuo prodeuntem deponendam esse commonet. II: quoniam dum exigit necessarium esse ad peccatum vitandum, ut qui adhaeret opinioni alicuius Doctoris, habeat rationes probabiles pro ipsa magis, quam pro opposita, aperte damnat aequè probabilem, aut minus probabilem stantem pro libertate. III: quia inibi ad bonam conscientiam has condiciones requirit; ut qui tenet vnā partem alicuius opinionis, habeat pro se notabiles Doctores; ut eiusmodi opinio non sit contra expressam Sacrae Scripturae auctoritatem, nec contra determinationem Ecclesiae Catholicae; ut ex contrarietate opinionum non inducatur ad dubitandum; ut formet sibi bonam conscientiam, et credulitatem de eo, quod credit, tanquam de probabiliori parte; tandem, ut inquirat an sufficienter moueatur ad hoc quod est licitum. Quae sane condiciones aperte demonstrant, S. Antoninum vnice probare tutiorem, ac probabiliorē sententiam. Perperam igitur, friuole, atque insule etiam, nobis Antoninus obicitur.

Hinc habetur: responsum illud, quod Antonino tribuitur, si tamen genuinum est, eodem pacto pro conscientia scrupulosa tenere, neutiquam pro dubia ac probabilis: nisi velimus Antoninum secum pugnare.

Sextum argumentum, ex multis argumentis constat, haud possumus paucis soluere. Ad primum ergo dicimus: aequiuocatione laborare quod in eo probandum suscipitur. Etenim plurimi Theologi propugnant opiniones quae aliis sunt minus probabiles: verum nullus Theologorum eas opiniones amplectitur, aliisque tradit, nisi quae sibi videntur probabiliores. Sic ex. gr. qui tenent gratiam esse efficacem a consensu, verisimillius esse existimant, quod gratia ab intrinsicis suis efficacibus libertatem euerat; et qui tenent attritionem sufficere, putant hanc Patrum Tridentinorum mentem fuisse.

Itaque si minus probabile accipiatur pro eo, quod tale aliis videntur, vera erit antecedens propositio; non ita si accipiatur pro eo, quod tale apparet sibi ipsi. Vnde intorqueri haec ipsa argumentatio in arguentes valet: nam tametsi Doctor aliquis defendat, ac tradat opinionem ab aliis reprobata; non tamen, si prudens, et verax sit, assensum praebet eidem opinioni, neque eam propugnat, nisi sibi videatur, aut certa, aut saltem verisimillior. Ergo quamvis nonnulli sequantur in praxi opinionem aliis minus probabilem; prudenter non se gerunt, nisi opinio ea saltim probabilior ipsis appareat.

Quod si Scholarum opiniones ad fidem moreste non pertineant; la-

latissima quoque disparitas occurrit: scilicet quia disputamus de opinabili, ut a verisimili trahamur in veritatis agnitionem: aut nefas est opinatiue operari, ne imprudenter in peccatum labamur. Docet id S. Thomas. (15)

Secundo argumento nihil est futillius. Nec enim scriptorem vnum ante annum 1570. adsignare obicientes poterunt, qui licere opinionem minus probabilem amplecti dixerit. Imo nec omnes, qui stare pro probabilibus videntur, reuera illis subscribunt: nam vel probabile ita describunt, ut non sic tale quidquid non innitur momentis validioribus: vel loquuntur de opinionibus stantibus utrobique pro lege: vel exigunt conditiones paullo supra ex Antonino relatas, vel apponunt hypothesim, si opinio in probabilitate persistat, quod evenire nequit in concursu opinionis aequae probabilis.

Ad haec: contingere quandoque potest, ut magna Ecclesiae pars, notum in disciplinis moralibus, sed etiam in Fidei dogmatibus a veritate exorbitet; quo in casu saniori parti accedendum, inquirenda veritas, peccati periculum vitandum, et sedulo cauendum ne ad malum faciendum turbamur sequamur. Non enim numero, sed pondere haec medienda sunt. Neque valet contradicentium carcerua maiorem probabilitatem opinioni tribuere.

Tertium omnimode falsum est in quaestione sensu et intelligentia: Si enim loquamur de opinione probabili in conflictu aequalis, aut probabilioris, imprudentissime se geret ille, qui opinionem illam probabilem in praxi sequatur. Nam primo, non expenditur opinio opposita, non inquiritur veritas, ac voluntas non a ratione recta, sed a se ipsa inconsiderate flectitur ad agendum. Adest praeterea peccandi periculum, mens ex opinionum contrarietate in dubitationem inducitur, et quum opiniones oppositae consimili momento nituntur, nequit recte inter veritatem, et falsitatem discerni: postremo, quia dum abicitur opinio sans pro lege, non seliguntur optima, inferiora superioribus praeponiuntur, nec habetur accurata eligendorum, relictendorumque discretio.

Quarti haec est solutio. Quod probabilis opinio in alterius occurru haud innixa est graui momento: non est enim graue momentum, cui aliud eiusdem ponderis contraponitur, nec opinio apra est ad moralem certitudinem animo ingenerandam, nisi suffulta sit validioribus, quibus trahamur, momentis.

Quod

(15) Quod lib.iii. art. 20.

Quod additur argumento facilius encuratur. Etenim in concursu opinionis contrariae, etsi quae pro libertate stat, probabilis remaneat, aut in se, aut in aliorum mente, non remanet tamen probabilis in mente operantis, qui hinc inde varietate opinionum distrahitur: et quidem morum, officiorumque regula non conscientia aliena est, sed propria.

Ad quintum dicendum: iam ab Ecclesia definitum: quod non liceat sequi opinionem tenui innixam probabilitati. Proscripsit enim Innocentius XI. hanc adseritionem: (16) »generatim, dum probabilitate, »siue intrinseca, siue extrinseca, modo a probabilitatis finibus non »excatur, confisi aliquid agimus, semper prudenter agimus.« Et Alex. VII. hanc aliam: »si liber sit alicuius iunioris, et moderni, debet »opinio censi probabilis, dum non constet reiectam esse a Sede A- »postolica tanquam improbabilem.« At tenuis euadit probabilitas, quando ab aequali, vel maiori oppugnatur: ideoque licet sententia quorundam recentiorum non sit expresse damnata, ex alia damnata relict debet, atque repudiari. Quod enim ex falso directe sequitur, falsum merito reputatur secundum regulam a Cl. Melchioro Cano constitutam. (17) Quamquam Ecclesiae silentium nos impellit ad inquirendam absque dissidio veritatem, non est autem officiorum dirigendorum regula fixa: alioquin opinio alicuius iunioris censenda erit probabilis, dum non constat reiectam esse tanquam improbabilem ab Ecclesia ipsa: quod est damnatum ab Alexandro VII. (18)

Ad id quod additum erat, liquet ex dictis, in opinionum conflictu vnam apparere alteri contrariam, quae probabiliter Scripturae, et Patribus est consentanea; quamquam neutra appareat aduersa Patribus, et Scripturis: quod sufficit, ut quae minus probabilis est, eligi valeat.

Ad sextum respondendum: certitudinem illam ex iudicio reflexo exortam, esse potius deceptionem singularem: ac dum oppositae inter se opiniones animum pulsant, nullam nisi culpabilem ignorantiam adesse, quum occurrat probabilis opinio contraria, ac praeepto conformis, quam plenissima libertate repellimus: proinde committitur peccatum, etiam formaliter.

Quae in septimo argumento laudantur exempla, Probabilissimum evertunt. Medicos enim grauius peccare, si probabilis non adhibeant medicamentum, Vasquesius ipse testatur. Quod et de exercituum ductoribus, aliisque adserendum. Quod si minus probabile aliquando eligant, erit id, non in mente operantium, sed in re, ut dicitur, et ex par-

(16) Anno 1679. (17) Lib. xii. (18) Proposit. xxvii.

parte obiecti : alias imprudenter nimis se gerent.

Octauo argumento hoc pacto occurrimus. Posse Religiosum probum, ac timoratum ad praeceptum Superioris prudenter exerte dubitationem : imo iudicium suum deponere debet, animaduertens superiores Dei vices gerere, et pro nobis vigilare, quasi rationem pro animabus nostris reddituros. Quod si, his non obstantibus, valido praecedentis opinionis iudicio adhuc premeretur : haud posset, conscientia repugnante, culusuis hominis exequi mandatum.

Ad vltimum expedita responsio est : Enim si opinio minus tuta probabilior sit ; qui illam sequitur prudenter se gerit, quam firmissima ratione moueatur ; proindeque peccandi periculo non se exponit. Quod si opinio sit tuta in se, qualls est sententia probans coniugium, vitamque laicalem ; sed tamen alicui videretur ob sui conditionem, proximumque discrimen peccato obnoxia, haud dubium, quod is debeat arctioris vitae institutum amplecti, nisi alia periculum vitandi suppetat via.

COROLLARIUM.

Excisa vero fallaci, sensibusque indulgente probabilitatis doctrina, mala item innumera, quae ipsa protulit germina, vna simul euulsae arbutramur. Quae vero haec ! Ex innumeris pauca haec in exemplum ducimus. Licet, eum, qui nobis aliquam iniuriam intulit, interius odio habere, dummodo exterius debita eadem impendamus officia. Licet homini concubinato suam retinere concubinam, si haec illi utilis valde sit, vt laetam ducat vitam, atque, vt cibos ei pareat, neque alia facile adiuuentri valeat famula, quae similia praestet. Licet viro Theologo aliis proponere sententiam, quem sibi falsam esse persuadeat, dum illam aliquis Doctor propugnet. Licet viro laico varios adire confessarios, donec inueniat vnum, qui ad eius lubitum resoluat, si afficiatur firmo animo nihil gerendi conscientiae probabilis aduersum. Quid multis ? Licet subito vitae Principis insidiari, si durum eius dominium fuerit. Nihil horribilius.

EXPLICIT.

MONITVM. De Sinensium ritibus multa reapse fueramus loquuti in capite 4 libri IX. Ea vero missa postea volumus, quum capitis titulus praelo iam iam commissus fuisset, vt odiosam controuersiam declinarem.



UAN

IDAD AUTÓNOMA DE NUEV

CCION GENERAL DE BIBLIOTEC